



**Doctrinae Jesuitarum praecipua capita : a doctis quibusdam
theologis (quorum libri sequente pagina continentur) retexta,
solidis rationibus testimoniisque sacrarum scripturarum &
doctorum veteris Ecclesiae confutata.**

<https://hdl.handle.net/1874/416849>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

RARIORA

E oct.

81

U.B.U.



3
11
quarto
twinis
Jesuitica






Theologia


Octavo n.º. 81.

yis. xolp a mxyaxoid ou d. s. axdaxo duy.
 .ax. t. equimpo. re. l. na. m. h. o. p. w. p. r. u. i. n.
 mxy b. p. m. ou. n. q. x. u. a. n. y. u. n. y. a. t. a. i. ou. w.
 mxy b. m. x. m. i. n. w. i. p. a. w. q. a. u. e. r. n. e. d. s. u. n. d. u.
 o. n. y. u. b. n. u. i. a. i. d. t. u. n. u. i. d. i. d. s. r. o. m. b. m. u. n. u. s.
 i. o. n. i. a. a. m. u. i. o. i. a. t. s. u. u. m. y. i. o. i. a. m. m. a. i. t. i. a. y.
 u. s. m. u. b. a. d. u. w. p. a. n. m. y. n. y. o. m. u. n. d. i. a. o. o. n. y.
 m. y. i. b. q. u. i. s. o. w. a. w. d. l. b. s. o. m. p. p. r. i. a. o. u. a. u. i. a.
 r. o. u. m. y. i. b. o. n. e. u. u. p. a. t. i. a. s. y. u. u. m. y. i. b. a. i. a. d. t. m. y.
 u. n. u. p. a. t. i. a. s. s. m. u. y. s. u. a. t. a. d. p. w. m. y. i. b. o. a. i. d.
 d. u. a. i. t. a. q. o. j. o. y. u. n. a. t. t. m. b. y. i. y. o. i. a. d. i. u. n. e. n. t.
 y. b. i. t. e. o. u. p. o. q. o. h. y. s. m. u. a. s. i. d. o. u. e. o. n. b. o. a. w. t. i.
 n. d. i. u. n. d. i. s. h. i. s. y. a. w. o. u. a. q. d. s. t. u. a. i. y. o. v. u. i.
 m. i. o. n. y. a. r. i. t. t. m. y. i. b. a. d. o. v. y. i. o. a. l. u. n. i. a. t. a.
 a. t. b. g. l. y. e. m. t. u. b. m. y. i. d. s. p. b. a. w. a. m. q. i. t. s. m. y. i. s.
 a. a. y. m. a. y. u. u. r. u. x. i. m. u. a. y. o. v. u. i. a. a. m. d. y. m. b.
 m. u. s. o. u. x. i. u. n. u. a. i. o. n. i. i. a. t. u. o. u. y. i. u. n. u. y. a. d. u. a. t.
 t. h. u. n. t. x. i. u. n. u. u. o. e. v. u. b. m. y. i. i. o. v. y. u. y. i. u. n. o. r. d.
 e. u. b. i. s. q. a. m. m. e. r. q. l. a. b. h. i. w.
 n. e. o. n. a. i. d. u. o. u. d. i. c. t. u. a. i. u. a. i.
 d. e. t. u. a. m. b. y. n. a. t. l. y. a. i. a. m. y.
 a. m. u. o. q. e. s. u. y. i. n. b. a. i. u. o. u. a. i. d.
 q. u. t. u. m. i. n. b. a. i. t. e. h. u. a. a. t.

axpax

m. u. i. a. t.





ce

DOCTRINÆ
IESUITICÆ
PRÆCIPVA
CAPITA.

Tomus Quartus,

NONNULLA SCRIPTA
continens, in quibus tum ex scripto Dei
verbo, tum ex veteris Ecclesiæ suffragiis,
varia Christianæ Religionis Dogmata
à fallaciis & corruptelis Iesuiticæ sectæ
vindicanur.

*Libros, qui hoc quarto tomo continentur,
pagina sequens ostendit.*



R V P E L L Æ,
APVD THEOPHILVM REGIVM.

M. D. LXXXVI.

Ex dono. Hub. Suergerij

-
1. IO. SERRANI *QUARTVS ANTI-IESVITA*,
siue pro Verbo scripto & verè Catholica Ecclesia, ad-
uersus Ioannis Hayi monachi Iesuitæ commenta &
conuicia, Responsionis pars prior. pag. 1.
2. GRATIANVS *ANTI-IESVITA*, id est,
Canonum ex scriptis veterum Theologorum à Gra-
tiano in illud volumen (quod Decretum appellatur)
collectorum, & doctrinæ Iesuiticæ ex varijs istius nu-
peræ sectæ Matæologorum scriptis excerptæ, COL-
LATIO: à quodam studioso veritatis instituta &
nunc primum in lucem edita. 403.
3. DEFENSIONIS VERÆ ORTHODOXÆ, VETERIS-
que in Ecclesia sententiæ de Sacramento corporis
& sanguinis Domini nostri Iesu Christi, veræque eius
in Cœna sua præsentia, contra nouum & commenti-
tium Transubstantiationis dogma, aliòsque errores
ex illo natos: LIBRI TRES, ad Petrum Scargam
Iesuitam Vilensem, vanissimi huius commenti pro-
pugnatores. Autore ANDREA VOLANO. Respõ-
detur hîc quoque obiter Francisco Turriano, ex ead-
em factione monacho, qui duobus libris Scargam
sibi suscepit, contra Volanum, defendendum. 745.
4. CHARACTERVM IESVITICORVM
Centuria quarta. 1116

TYPO-

Ex libris. Hæc. d. d. d. d. d.



TYPOGRAPHVS
LECTORI CHRISTIANO,
Salutem.

SCRIBENDORVM & excudendorum librorum nullum finem sperandum esse, multi non immeritò fortasse, conqueruntur. Quum enim Dei beneficio tot veterum & neotericorum de omnibus disciplinis scripta nostro hoc seculo in lucem emissa sint, superuacaneum & inutile prorsus videri possit, millies scripta & edita edere: quum nihil dici possit quod non dictum sit prius. Precipue autem si de disputationibus Theologicis agitur, id agre ferunt nonnulli, quod veritas altercando aut inuoluitur, aut tandem amittitur penitus. Contra, nostrorum temporum ea est conditio, vt non paucos reperias qui nouitatis amantes, veterum monumeta aut fastidiunt, aut penitus abijciunt, vt dissentientium in varios de rebus fidei articulos scripta perlegant. Alij autem famo-
ã. ij.

PRAEFATIO.

sis libellis conscribendis vel euoluendis as-
suesfacti, nihil curāt nisi quod putrido pala-
to sapit. Nulli autem magis infames libri
in lucem prodeunt, quā qui Dei veritatem
sophisticis cauillis in mendacium conuertere
conantur: grauissimāque sit temporis & sa-
lutis iactura, si talium lectioe animus le-
gentis ita detineatur, vt tandem mendacio
addictas aures commodet. Dum his co-
gitationibus frequenter distrahor, etiamsi
Theologorum studiis inuādīs operam meam
iamdudum consecrauerim, tamen sapius tot
controuersis & polemicis scriptis finem legi-
tima aliqua ratione imponi mens mea per-
cupiit: tunc enim alacrius in veterum scri-
ptis excudendis, quantum facultates nostra
ferre possent, totius incumberem. Quando-
quidem verò hostium veritatis malus ani-
mus Christianarum Ecclesiarum pastores &
doctores nouis disputationibus, tum in Gallia
tum in Germania, & alibi editis, superbe
adoritur, & necesse sit istorum furiosos cla-
mores comescere, oblatas à Theologiae stu-
diosis viris lucubrationes, quib. veritas con-
seruaretur, typis nostris excudi lubens pas-
sus sum. Et quum inter tot sectas, à spiritu
mendacij in aciem educatas, nona Iesuitica,
veluti

PRÆFATIO.

veluti cohors equitum levis armatura, sophisticis lanceis instructa, ex variis stationibus quotidie erumpat ad oppugnandam Dei veritatem: militum Christianorum aduersus istos decertantium pugnas describere non recusavi. Nunc verò, tibi exhibemus certaminum istorum spiritualium nouum exemplar, quartum videlicet tomum, seu examen aliquot dogmatum Iesuiticorū, in quo multa continentur, quæ te manu ducent ad veteris Ecclesiæ sensum & consensum de plerisque fidei articulis percipiendum. Quod autem pars prior responsionis à Io. Serrano ad Hayum scriptæ, separatim à nobis editur, id temporum iniuria factum esse scito. Quò enim posterior pars ad prelum parata sit, tamen ex auctoris manu ad nostras, propter viarum obsessarum pericula, peruenire adhuc nō potuit. hanc quamprimum accepero, typis nostris editam tibi offeremus. Porro, quartus Antilesuita responsio hæc Serrani inscribitur, quoniam primo tomo nostrorū collectaneorum, priores duo Antilesuitæ, sub nomine Academiæ Nemausensis editi sunt. Tertius verò gallica lingua editus, responsionem complectitur ad Scoticas Hayi Iesuitæ interrogationes. Gratianus Antilesuita, ca.
 a. ij.

P R A E F A T I O.

pita quinque continet de rebus grauíssimis,
videlicet De verbo Dei scripto : De ecclesia-
sticis scriptoribus : De primatu in Ecclesia:
De vocationib. electionib. & ordinationib.
Ecclesiasticis: De Cæna Dom. Reliqua autem
videlicet de disciplina ministrorū Eccles. de
pænitétia, &c. in aliud volumē auctor diges-
sit, quod si necessitas postulat, volente Deo,
excudetur. Andrea Volani eruditus liber
quum ad nos peruenisset, nec facile sit exem-
plaria in Polonia vltimis partibus edita,
Germanis, Anglis, Gallis, Theologia studio-
sis adferre, huic tomo adiungere volui, vt
studiiis tuis pro virili mea inseruirem. Vti-
nam verò ex tot disputationibus veritatem
magis ac magis, elicias & agnoscas, agnitam
colas & ames donec ad illum qui via, veri-
tas, & vita est, colligamur: cui cum patre &
Spiritu S. vnico vero Deo omnipotenti & o-
ptimo, sit laus & gloria in omnem aternita-
tem. Amen.



S E R I E S

Reliqua
Syrxani
op. mdv. 2



SERIES PRÆCIPVORVM

capitum quæ prior pars responsionis

Io. Serrani complectitur.

SCORIA disputationis, id est, generalis responsio ad importunas Hayi reprehensiones & conuitia. pag. 1.

Ad lycophanticam Hayi præfationem peculiaris responsio. 11.

Occasio, summa, & œconomia vniuersæ disputationis, & prioris & posterioris. 28.

Hayanæ disputationis vestibula, seu de quæstionis terminis. 32.

Prima pars quæstionis, eaque ἀπὸ νεωστῆν,

Quid non sit Ecclesia: cuius primaria complexio hæc est, Ecclesiam Romanam seu Papatū non esse Ecclesiam Catholicam de cuius agitur autoritate. 50.

Verbi Dei & Ecclesiæ vocabula distinguuntur. 54.

De Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ appellationibus. 78.

De Primatu siue principatu Ecclesiæ Romanæ. 90.

Testimoniorum orthodoxæ antiquitatis defensio aduersus Hayi calumnias. 149.

Secunda pars primæ quæstionis, eaque κατὰ νεωστῆν, Quid sit Ecclesia. 179.

Summa & œconomia huius disputationis. 180.

Primum demonstrationis axioma, ad Ecclesie definitionem constituendam, Verbum Dei esse primariam Ecclesie Catholice notam. 186.

Testimoniorum tum ex Scriptura, tum ex orthodoxis Ecclesie patribus desumptorum, quibus priori libro probatum est, Verbum Dei esse Ecclesie notam, Hayi oppugnatio, & Serrani defensio. 193.

Illustres Augustini loci, in quibus tota hec de Ecclesia quaestio inter nos & Pontificios hodie controuersa luculenter tractatur & definitur. 204.

Secundum Axioma, Verbum Dei nullum aliud esse quam Prophetarum & Apostolorum doctrina scripto ab eis commendata, quae scriptura proprio vocabulo appellatur. 213.

Testimoniorum tum est Scriptura, tum ex orthodoxis Ecclesie patribus desumptorum, quibus priori libello demonstratum est, Verbum Dei esse Scripturam Sanctam, id est Prophetarum & Apostolorum doctrinam, Hayi oppugnatio, & Serrani defensio. 234.

Tertium Axioma, Omnia fidei nostrae dogmata ad salutem nostram necessaria, in Scripto Dei verbo plane & perfecte contineri. 259.

Testimoniorum tum est Scriptura, tum ex orthodoxis Ecclesie patribus desumptorum, quibus priori libello probatum est, omnia fidei dogmata ad salutem necessaria in scripto Dei verbo contineri, Hayi oppugnatio, & Serrani defensio. 267.

Demon-

Demonstrationis *πείραμα*, necessariam circumstantiam complectens ad primariam Ecclesie notam illustrandam. 314.

Testimonia Scripturę & Antiquitatis à Serrano rectè allata, ab Hayo perperam reprehensa. 332.

Vera Ecclesie Catholicę definitio, ex superiori demōstratione nata, ab Hayo oppugnatur, à Serrano defenditur. 344.

Cōplexio vniuersę disputationis de Ecclesia, *ἀποκρινωσικῶς* collecta: Papatum non esse Ecclesiam Catholicam, sicut in priore disputationis parte demonstratum est: ac proinde de illius autoritate hīc minimè agi. 369.

Testimonia orthodoxorum patrum ad superiorem definitionem allata, oppugnantur ab Hayo, à Serrano defenduntur, vt fideliter citata. 375.



CAPITA ET SECTIONES

Gratiani Anti-Iesuita.

C A P. I. De Verbo Dei scripto in libris Veteris & Noui Testamenti. 403.

Scripturę S. necessitas & autoritas. 403.

Eiusdem perspicuitas & autoritas omnium Patrum & Doctorum consensui & scriptis preferenda. 407.

Canonicis scripturis non aliis inferuendū. 408.

Scriptura seipsam interpretatur.	409.
Scripturę sensus vnde eruendus.	411.
Scriptura est Canon & norma omnium Ec- clesiasticarum legum, consuetudinum, & tra- ditionum, &c.	412.
CAP. II. De scriptoribus Ecclesiasticis, Patri- bus & Conciliis.	426.
De Traditionibus.	430.
De Patribus.	432.
De Conciliis.	438.
Aduersus Concilij Tridentini bruta fulmi- na, seu anathemata iniusta, quorum patro- cinium Iesuitem suscipiunt	443.
CAP. III. De primatu in Ecclesia. Origo hic- rarchiæ seu anarchiæ papisticæ, teste Gra- tiano.	447.
Aduersus primatus affectationem.	450.
De Personali successione.	459.
De Apostolorum inæquali potestate.	461.
De verbis Christi, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.	470.
Consideratio testimoniorum quę ex Pa- tribus à Iesuitis depromuntur vt Petri primatum in Ecclesia stabiliant.	477.
De Presbyterorum & Episcoporum æqua- litate.	513.
An Episcopi Romani & aliorum Episco- porum sit æqualis potestas.	529.
CAP. IIII. De vocationibus, electionibus & ordinationibus Ecclesiasticis. De ordina- tione Romani Episcopi	543.
De ordinatione Episcoporum.	550.
De	

De vita, doctrina, electione & ordinatione
eorum, quibus Ecclesiæ Dei cura committi-
tur. 557.

De papisticis ordinibus (quos vocant) tum
maioribus, tum minoribus. 568.

De ordinis sacramento, vt vocant, disputa-
tio. 574.

CAP. V. De Cœnæ Dominicæ, seu Eucharistię
sacramento. quinque continet autem se-
ctiones. 595


1. De re & voce Sacramenti. 595

2. Expositio verborum, Hoc est corpus
meum, &c. 599

3. Signum signati nomen obtinere. 606

4. Signorum & rei signatæ coniunctio & di-
stinctio. 619

5. Aduersus Transubstantiationem. 625


*DEFENSIONIS ANDREÆ
Volani partes precipuæ.*

A LVNVIARVM Iesuiticarum re- futatio	747.
De autoritate Scripturæ Augustini sententia.	753.
De Ecclesiæ fundamento.	755.
De Scriptura sacra & scriptoribus Ecclesiasti- cis patrum sententiæ.	757.
De Transubstantiatione.	774.791.
Bertrami presbyteri liber aduersus transub- tiationem.	778.996.
De missa papistica.	785.
De communionem sub altera specie.	790.
Expositio verborum, Hoc est corpus meum.	793.
De Iustificatione per fidem absque operibus.	799.
De sacramento & re sacramenti.	818.
Infideles quomodo corpore Christi vescan- tur.	841.
Status controuersiæ inter Papistas & Euange- licos, de Cœna Domini.	853.
Argumenta Iesuuitica pro Trāsubstantiatio- ne.	857.877.
Sacramentorum proprium quod sit.	897.
Scholasticæ Theologiæ consideratio.	901.
Augustini sententia de Transsubstantiatione.	913.

Veterum

Veterum Theologorum de Cœna Domini dicta quomodo accipienda.	920.
De antiqui federis sacramentis.	928.
Berengarij & Lombardi sententia explicatur.	
933.935.	
Irenæi,	940.
Ambrosij,	942.
Cypriani,	946.
Chrysofomi,	950.
Gelasij,	958.
Theodoretij,	958.
Emiffeni,	959.
Hieronymi,	962.
Cyrilli,	963.
Macarij.	967.
} Sententia de Cœna Domini.	
Veterum testimonia pro transubstantiatio- ne, à Iesuuitis deprauata, explicantur.	976.
De conciliis papisticis.	995.
De Monachatu.	1004.
De natura Sacramentorum & de nominibus Sacramenti Eucharistici.	1007.
De communione sub vtraque specie.	1009.
De præsentia Christi in S. Cœna.	1015.
De manducatione carnis Christi.	1019.
Qualis sit vnio signorum & signatorum	1026.
Sententiæ veterum de præsentia Christi in Cœna expenduntur.	1029.
Artolatriæ papisticæ detestatio.	1035.
De panis Eucharistici asseruatione.	1037.
Christus quomodo adorandus.	1046.
De idololatria papistica.	1048.
Infideles corporis & sanguinis Christi mini-	

mè fieri participes, tametsi Sacramentis
communicent. 1065.

Iesuitica argumenta in gratiam impiorum,
quos volunt carnis Christi fieri participes.
1066.

De fide, & qualis fides impiis tribuatur. 1069.

Reproborum & electorum discrimen. 1074.

Scripturæ & Patrum testimonia à Iesuitis de-
torta vt impios probent fieri carnis Chri-
sti participes, explicantur. 1077.

De sacrificio missatico. 1097.

Antichristianæ tyrannidis oppugnatio. 1101.

Ecclesiæ Christi in Polonia status & condi-
tio. 1110.

A V G V-





AUGVSTINVS.

Hæreticus est, vt mea refert opinio, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ principatúsque sui gratia, falsas ac nouas opiniones vel gignit, vel sequitur.

Ex eiusdem libro contra epistolam fundamenti, ad Iesuitas disputantes admenitio.

NEMO nostrum dicat iam se inuenisse veritatem: sic eam queramus quasi ab vtrisque nesciatur. Ita enim diligenter & concorditer quæri poterit, si nulla temeraria præsumptione inuêta & cognita esse credatur. Aut si & hoc à vobis impetrare nõ possumus, saltem illud concedite, vt vos tanquam incognitos nunc primùm audiam, nunc primùm discutiam. Iustum puto esse quod postulo, hac sanè lege seruata, vt vobiscum non orem, non conuenticula celebrem, non Manichæi (*Iesuite, Monachi, papistæ*) nomen accipiam, si nõ mihi de omnibus rebus ad salutem pertinentibus sine vlla caligine rationem perspicuam dederitis.



CHRYSOSTOMI LOCVS,
*ex præfatione in Epist. ad Romanos,
aduersus Iesuitarum cauil-
lationes.*

SIQV IDEM hinc infinita exorta sunt mala, ab ipsa videlicet sacrarum Scripturarum ignorantia: hinc multa hæreson lues pullulauit, hinc vitæ in multis neglectus, hinc inutiles ac lucro carentes labores. Nam quemadmodum qui luminis huius vsurâ sunt priuati, nequaquam rectâ ingredi possunt: ita qui ad diuinarum Scripturarum radios oculos non intendunt, necessariò in multa frequentes errata incurrunt, perinde ac si in tenebris periculosis ambulant.



I O. SERRANI

QUARTVS ANTIHESVITA,

siue,

PRO VERBO DEI SCRIPTO ET

VERE CATHOLICAE ECCLESIAE,

aduersus Ioannis Hayi Monachi Iesuitæ com-
menta & conuitia :

RESPONSIONIS PARS PRIOR.

Matth. 15.

Omnis plantatio quam non plantaui pater
meus cœlestis, eradicabitur.

M. D. LXXXVI.

MAOI



AVGVSTINI in Donatistarum causa,
de Iesuitarum Turnoniorum disputationibus
à Ioanne Hayo effusis, verum germanumque
iudicium. In praefatione Operis breuiculi colla-
tionum.

*Qui causam bonam se non habere sciebant, id ege-
runt primum (quantum potuerunt) ut ne
ipsa collatio fieret, & ut prorsus causa ipsa non
ageretur. Sed quia hoc obtinere minimè po-
tuerunt, id effecerunt multiplicitate gesto-
rum, ut quod actum est, non faciliè legeretur.*

IOAN-



IOANNIS SERRANI,
ADVERSUS IOANNIS HAYI
commēta, quibus puram simplicem-
que de verbi scripti & Ecclesiæ Ca-
tholicæ autoritate veritatem euer-
tere, & Iesuiticam vanitatem stabili-
re conatur : RESPONSIONIS
PARS PRIOR.

HOC igitur, à vobis tandem, Ie-
suita, extorsimus, ut vos è di-
turni silentij latebris in publi-
carum disputationū theatrum
lucēque educeremus, atque è noua iurisdi-
ctionis, quam nullo iure in nos affectabatis,
solio deturbaremus. Neque enim aequum e-
rat vos ut in vestra causa, ita in Academia
iudices & partes sedere: idque in huiusmo-
di rerum iudicio quæ ad communem Eccle-
siæ autoritatem utilitatēque pertinerent.
De rebus igitur suis ipsa deinceps è publicis
actis Ecclesia iudicabit. Equidem ut eius ve-
rum rectūque iudicium esse arbitror, sic ei
me meaque tam libenter submitto quàm de-

Huius di-
sputatio-
nis cū se-
cundo An-
ti-Iesuita
(quæ ex
postulatio-
nē appel-
lauimus)
nexus.
Tertius e-
nim Anti-
Iesuita
Gallieus
est, respō-
sionē com-
plectens
ad Scoti-
cas Hayi
interroga-
tiones.

PRAEFATIO.


center imperij vestri iugum haecenus detre-
 Et aui. Proximum est, ut quandoquidem è so-
 dalibus vestris vnum mihi proprie opposui-
 stis, qui & vestra tueretur, & nostra oppu-
 gnaret, ad illius quoque exceptiones ego nunc
 explicato nomine respondeam. Antea enim
 communi societatis vestrae nomine verita-
 tem per Academiae nostrae Latus adorieba-
 mini: quum verò respondendi partes mihi
 ipsa imposuisset, communi quoque Academiae no-
 mine, non meo proprie, debebã vobis respon-
 dere. Atqui nunc cum Ioanne Hayo singu-
 latim mihi congregiendum erit: cui, ne post-
 hac Anonymus sim, Dei beneficio, provide-
 bo ut piis veritatibusque studiosis meum labo-
 rem aduersus mendacium mendacique pa-
 tronos probem. Nam quòd constans perfert
 fama complures Cyclopas, ut hoc nouum o-
 pus contra veritatem excuderent, in vestris
 officinis dies complures certatim desudasse,
 nihil mea refert. Certo homini quum hanc
 aduersus veritatẽ disputandi personam tri-
 bueritis, huius quoque scripti autorem illum
 esse arbitrabor.


INSTITVTVM itaque mihi est, Ioã-
 nes Hayi, veritatem certis solidisque ratio-
 nib. asserere aduersus eas exceptiones quas
 nuper

PRÆFATIO.

nuper responsioni meæ opposuisti. Hæc nova commenta tua quibus veritatem oppugnâs, ut falsa & importuna esse, Dei, cuius causam ago, numine atque presidio fretus, me demonstraturum credo: ita piis sobriisq; lectoribus, quorum oculos prolixo illo ampullatôque scripto tuo perstringere voluisti, prestigias sic me proditurum confido, ut Iesuiticam vanitatem à Catholica veritate norint posthac distinguere: ac proinde neque tuorum aut sermonum aut scriptorum ambagibus & decipulis amplius permoueantur. De re enim ipsa, quæ ad veritatis defensionem pertinet, sic agere constitui, ad Ecclesiam, de cuius autoritate agitur, utilitatem: ut & veritatis & Ecclesie causa, totum hunc laborem me suscepisse, piis & cordatis testatum faciam.




*D. AVGVSTINI DE DIS-
putationibus & vsu Dialectices Iudi-
cium, ex lib. primo aduers. Cresconium,
cap. 15. & 20.*

 **V**I disputat, verum discernit à falso. Quod qui non possunt, & tamen Dialectici videri volunt, per insidiosas interrogationes captant incautorum assensiones, vt eorum responsionibus concludant vnde illos vel in aperta falsitate deceptos rideant, vel occultam falsitatem deceptis persuadeant, quam plerunque etiam ipsi existimant veritatem. Qui autem verus disputator est, id est, veritatis à falsitate discretor est, primò id apud se ipsum agit, ne non rectè discernens ipse fallatur, quod nisi diuinitus adiutus peragere non potest, deinde quum id quod apud se egit ad alios docendos profert, intuetur primitus quid iam certi nouerint, vt ex his eos adducat ad ea quæ non nouerant, vel credere nolabant, ostendens de consequentia his quæ vel scientia vel fide retinebant, vt per ea vera de quibus se perspiciunt consentire, cogantur alia vera quæ negauerant approbare, & sic verum quod falsum antea putabatur discernatur à falso, cum inuenitur consentaneum illi vero quod iam antea tenebatur falsum.

Hanc artem quam Dialecticam vocant, que
nihil

nihil aliud docet quàm consequentia demon-
strare, seu vera veris vel falsa falsis, nunquam
doctrina Christiana formidat, sicut eam in
Stoicis non formidabat Apostolus, quos secū
volentes conferre non respuit. Et ipsa enim
fatetur & verum est, neminem à disputando
ad conclusionem falsam consequenter impel-
li, nisi prius consenserit falsis in quibus eadem
conclusio velit nolit efficitur: ac per hoc qui
cauet ne se loquente consequantur falsa quæ
non vult, volens falsa caueat quæ præcedunt.
Si autem præcedentibus verbis inheserit, quæ-
cunque consequentia perspexerit quæ falsa
existimabat, vel de quibus dubitabat, admoni-
tus amplectatur, si veritatis est pacatissimæ a-
micior, quàm contentiosissimæ vanitati.



EXORATIONE XXXIII.

Nazianzeni, quæ disputationis adu-

Eunomianos est veluti præludium.

Iesuitici genij & ingenij delineatio.

SVNT quidam, quibus non aures dun-
taxat, sed etiam lingua, atque adeo ma-
nus quoque ipsæ, vt video, ad sermones no-
stros pruriunt, quique prophanis vocum no-
uitatibus & contentionibus falso nominatæ
scientiæ, ac disputationum pugnis, quæ nullam
ē. iij.

utilitatem afferunt, oblectantur. Utinam verò, quemadmodum linguam volubilem habent, atque in nobilioribus & probatoribus verbis infectandis acrem & vehementem, sic etiam in agendo non nihil saltem, aut etiam æquè, operam collocarent. Id quod si facerent, minus utique canillatores essent, nec tam absurdè atque insolenter in verbis, perinde atque in alicujus ludo, versarentur. Liceat enim mihi ridiculè de re ridicula loqui. Omni autem pietatis via sublata & deleta, hoc vnum sibi proponunt, ut quæstiones vel stringant, vel solvant (quemadmodum qui in theatris certamina peruulgant, & quidem eiusmodi certaminum genera, quæ non iuxta palestræ leges victoriam comparant, sed imperitorum duntaxat oculos perstringunt, & laudem à spectatoribus captant) & res huc redit, ut horum disputationibus forum omne circumstrepat, & conuiuia omnia huiusmodi nugarum abundantur, ad eoque intoleranda est vis huius mali, ut periculum sitne magnum fidei nostræ mysterium exigua & leuicula quædam ars esse videatur.





SCORIA DISPUTATIONIS, ID EST GENERALIS RESPONSIO AD IMPORTUNAS HAYI REPREHENSIONES, & CONUITIA.

VERVM in ipso disputationis primordio dabit mihi veniam æquus Lector, ut antequam de re ipsa dicam, ad ea respondeam quæ licet præter rem maximè dicantur, ita tamen tractantur ab Hayo, quasi rei vniuersæ cardo in iis penitus versetur. Illis enim initio secretis atque semotis, & me & Lectorem exhaurientem identidem sentinæ molestia deinceps leuabos itaque disputationi iter certius liberiusque expedierit.

Nomen tu quidem meum, Hay, crasso dolo sub Anonymi Ministri persona modò dissimulans, idemque modò veteratorie prodens, atque notis subinde conuitiis me lacessens, animi tui impotentiam nimitum prodis. Mihi profectò pro minimo est ut à te iudicer: imò te, tuique similes mihi infensos esse, maximam laudem esse duco: quum Veritatis testimonium aduersus tuos tuorumque latratus mihi sit satis. Notæ enim sunt mihi gentiles vestræ technæ. Personæ enim meæ ^{scilicet} (ut vestro vocabulo vtar) atque contemptu, rei ipsi præiudicium moliris ut ex mea

persona veritatis luminibus obstruas. Quòd si
 conuitia tua nouis recriminationibus vellem di-
 luere, & scriptũ illud tuum, animi tui character,
 & ingenii tui morũque tuorum explorata no-
 titia amplissimum argumentum, non conuitiandi
 quidem, sed vitia tua natuis coloribus depin-
 gendi, mihi profectò suppeditaret. At, mihi cre-
 de, vt à toto illo scribendi genere animus meus
 semper abhorruit, ita mihi certũ est in hac Re-
 sponsione mea sic me temperare, vt quum de re
 ipsa dicam, tibi Iesuitæ, id est magno conuitiorũ
 artifici, id quod tuum vernaculũque est, men-
 tiendi nimirum & cõuitiandi victoriam, hac le-
 ge relinquam vt tecum aut cum alio quoquam
 in hoc certaminis genere sim nunquam decerta-
 turus. Ad hæc tamẽ in quibus proram & puppm
 collocas, consentaneum est me aliquid respon-
 dere: ne silentio meo tibi sapiens esse videãre.

Prouocati fueramus à vobis ad necessariam
 defensionem doctrinæ nostræ, quam nulla causa
 infami libello traduxeratis. Quanta in respon-
 dendo modestia fuerim vsus, libelli mei lectio
 docet. Certè, prudentissimi viri perscriptis ad
 me literis restantur, in ipso etiam disputationis
 æstu mihi nihil excidisse quod modestiæ Chri-
 stianæ limites excederet. non enim veritatis li-
 berratem qua ego necessariis in locis sum vsus,
 immodestam importunãque esse existimarunt.
 Horum ego iudicia, Hay, bili tuæ superciliõque
 tuo constanter oppono: omnẽque dabo post-
 hac operam, dum in spinis tuis versabor, ne vel
 in defendenda veritate refellendõue mendacio
 candor modestiãque in me desideretur. Noui e-
 nim neque his artibus veritatem defendi, (quĩ
 suscepti laboris vnicus est finis) neque apud bo-
 nos laudabilẽsque viros (quibus ego placere stu-
 deo)

DISPVATIONIS.

deo) tuis illis importunissimis cōuitiis quicquam decessurum æstimationi meæ. Quidnam verò boni prudētēsque viri de te sint iudicaturi, tum demum perspicias quum fugatis imaginariæ illius gloriolæ fumis quos tibi inter tuos polliceris, cōgitaueris te doctissimorum liberrimorumque virorum iudicia manere, quæ ex rerum ipsarum examine haud dubiè constituentur. Verùm ecquænam illæ sint tuæ aduersus me criminationes quas in dentatas chartas effudisti, sanè videamus.

Accusationis tuæ caput in eo est vt inscitix inuidiam mihi confles, tibi verò exquisitæ cuiusdã eruditionis triumphos adipiscãre. Hoc profectò crimen, Hay, tanti apud me est, vt si mihi tecum res esse vno, ne vllum quidem, mihi crede, verbum hac de re facturus essem vnquam: tibi que ad eò lubentissimè concessurus vt tuo tu iudicio fruãre: quum tu ipse qualis sis te tuo iudicio eruditio prodas. At quàm hisce præstigiis imperitorum oculis animis que illudas, cogor nonnulla ad hæc respondere, vt non modò omnem rationem, sed omnem quoque sensum commutem tibi ademisse, cæcum illud aduersus veritatem odium perspicuo argumẽto intelligatur. Væ grandem libri molem emendicatis tessellis assutam atque conferruminatam sic mihi obtrudis, vt quum rationum sententiarumque pondere non posses, verborum vocumque numero me superares: quum veritatis simplicitas te maximopere vreret, Sophisticen excitasti quæ clamosa proteruita, antipullata loquacitate, Thrasonica eruditionis specie fucum imperitis faciens, me adobruerit. Hoc quidem genti vestræ (sic enim societatis illius vestræ numerosa examina magnifico vocabulo, etiam te inuito, lubet appellare) vernaculum propriumque est: verum à te sic vsurpatum vt ve-

terum fallaciarum decipulas nouis nodis intri-
 caueris : ac proinde noui Elenchi veteribus Ari-
 stoteleis sint adiungendi, vt nouæ illæ strophæ
 diiudicari refutarique possint. Typographicos
 enim errores vndiquaque collegisti, vt inde So-
 lœcismos, indecoræ videlicet inscitæ probrum,
 mihi impingeres. Hæc machina, Hay, ante te ma-
 ioribus tuis olim fuit incognita, & à te vno ho-
 die vsurpata. Quòd si id non putabas condonan-
 dum nostræ Typographiolæ quod prouectiori-
 bus Typographiis indulgendum est, at cogitare
 saltem debueras nefas esse alienam culpam ad-
 uersus immerentem deriuare, téque postmodum
 etiam in eodem luto hæsurum. Quid enim si vel-
 lem talionis lege tecum agere, id est tecum ine-
 ptire, Typographi mei lapsus tui erroribus non
 facilè compensarem? te etiam iudice, quum non
 modò mendorum aliquot tuorum cōmentarium
 edideris, sed illorum quoque culpā duabus præ-
 fationibus sis deprecatus. Verumenimuerò toti
 hoc peregrinæ reprehensionis genus non modò
 vt puerile & inscitum eruditi irrident, sed te à
 veritate victum esse inde constare aiunt, quòd
 quum nihil haberes quod ei opponeres, in leui-
 culis obseruatiunculis Iesuiticè sis immoratus.
 Nouam igitur insolentémque reprehensionem
 tuam è Typographicorum errorum obseruatio-
 ne (quos tu meos solœcismos vocas) natam dum
 cordati iudices expendent, ego hæc tibi respon-
 debo. Primùm, te sermonis mei solœcismos sæ-
 pissimè somnare, quum tuum cerebrum solœci-
 zet, quemadmodum ex ipsis locis constabit. Dein-
 de, Latini sermonis solœcismos me minimè ve-
 xeri, quum aduersus veritatem, nō aduersus Prif-
 ciani regulas peccatum, mihi grauissimus sit so-
 lœcismus. Denique in ridicula obtreccatione
 nominis

nominis mei omnium me hominum aduersus te iudicia appellare, vt eis persuadeas me nescire emendatè loqui. Quod vtvt maximè euiceris, nō tamen idcirco veritatem viceris, quæ tuam haud dubiè vanitatem vel latinè vel græcè vel hebraicè loquentem, omniūque exquisitorum literarum ampullis tumentem, mendacii & impudentiæ coarguet.

At me venustè & eleganter loqui negas: idque singulis penè versibus, tanquam id vnum tibi esset pensi, vt magnum opprobrium mihi obiectas. Bona verba quæso, mi homo. Ecquis te docuit cum laruis dimicare? Ego ne eleganter venustèque dicendi laudem affectaui vnquam? Idne etiā agitur vtet nostrūm elegantius loquatur? Se quidem τῷ λόγῳ ἰδιότητι fatetur esse Apostolus: λόγου σοφίαν Pseudapostolis tribuit. Ego verò illam dicendi peritiam in vobis hæctenus agnouerim, vt vos non tam solidam humaniorum literarum notitiam quàm illius vmbra imaginemque habere affirmem. Sed quicquid est istiulce generis, totum vobis lubenter condono, patiōrque me ad seueriorum Musarum ruditatem simplicitatēque reuocari. Orationis phaleras, ampullas, calamistros, fucos, cothurnos, vobis sophistis & in verbis & in rebus relinquo. Græci item sermonis quisquilias à te leuiculo Attico patiar euerri, etiam hac lege vt illud tuum, *Græcum est, non intelligitur*: mihi quoque opponi sinam. Hæc enim scilicet ad primarium disputationis finem maximè pertinebant.

Quid plura? Logices quoque imperitiam Scotus σκοτεινός & ἄλογος mihi exprobrat. Tuæ quidem Logices me imperitum esse, magne Demonstrator, palàm profiteor: quæ si vera est, Peripatus & Academia bene differendi leges perpe-

ram nobis dictarunt. Hoc quàm verè dicant & candidè, tuæ loquentiæ ambages passim demonstrant, vt ex teipso tuipe possis commodè *ἑαδενυματιλ* *εἰδῆς*, vt magnum Logicum decebat, qui ex regularum suarum præscripto sapit.

Restat grauiſſimum crimen, eoque homine dignum qui ne nihil dicat, ea dicit maximè quæ à sobrio sanoque nefas erat dici: Me videlicet, dum eruditæ orthodoxæque Ecclesiæ autoritatem, prolatis Patrum sententiis, in medium afferro, sanctissimos doctissimosque Patres ne à limine quidem salutasse vnquam. Cedò ecquibus argumentis? *Quòd Minister Anonymus Patrum testimonia ab aliis citata citat, locorum illorum notationem ab aliis mutuò accepit. Quòd locorum notationes prætermittit, dum peruulgatissimas affert Patrum sententias, librum eum, cuius tamen diserta verba commemorat, nunquam legit aut vidit: sed ex Rapsodi cuiusdam centonibus locos illos desumpsit.* Obsecro te, mi Hay, quidnam est nugari, si hoc non est? quid enim Sophista dignius excogitari potest quàm in his tricis immorari, quæ vel ieiunum infantemque tyronem planè dedecerent. Quærebās nimirum crassam illam libri molem quam libelli mei breuitati opponeres, ideoque vel leuissima quæque vndique corrasisti vt librū tuum quòquo modo infarcires atque expleres, & *Κυμνοραπίς* nomen inter Sophistas etiam ipsos *κατ' ἑξοχὴν* cōsequerere. Res enim omittis in quibus & certamè & victoria est: in notularum apicibus vt in senticetis quæris effugium. Hoccine est de veritate seridò disputare, an ventosè de lana caprina digladiari? Neque eruditorum emunctæ naris virorum iudicia pertimescis. Patrum testimonia à doctissimis viris in eodem argumento olim citata nūc ego cito. Esto. Idcircone in eiusdem ve-

dem veritatis defensione si eadem proferam testimonia, minus erit verum quod dico? Hoc enim quaeritur, Verumne dicam ego an tu falsum: non autem, egone imperitus sim, tu contra peritus sis Antiquitatis. Tuane agitur persona an mea, ipsane Veritas? Nihil profecto iam dictum est quod non dictum sit prius. Eadem Veritas eadem suis tela suppeditat. Quum obiicis citari à me perperam & praeter autoris sententiam, quendam locum, id tibi certis argumentis est demonstrandum: meae contra sunt partes tuam reprehensionem certioribus argumentis refellere, aut errorem confiteri. At dicere, *Minister anonymus locum illum citavit à Calvino citatura*, Ergo imperitus est antiquitatis, hisque cuniculis sic elabi ut res ipsa primaria praetermittatur, quam vecordis protervaeque insaniae est. Hoc quidem vestrum est & plane domesticum, id est verè Iesuiticum. Sic enim à vestris hominibus disputationes his machinis circumspiri solent: sed à te nunc aduersus me ita adhibitum ut omnium vel audacissimorum Sophistarum petulantiam superaueris. Verumenimvero maleficis his artibus victoria haudquaquam comparatur. Patrumne ego libros legerim si quaestio habenda esset, Praetor adito exploratoque Museolo meo cognosceret, ex ipsis codicibus mea manu variè exaratis, (ut ocularem probationem asseram): an intellexerim, solisue aliorum commentariis sapiam, praesto iudex est, ex illorum locorum, quos profero, examine. Equidem veram commodamque rationem qua in sanctae Antiquitatis latifundiis tuto utiliterque versari possim me à doctissimis praceptoribus meis didicisse, palam profiteor. Tu verò, Hay, si superes, praectorem tibi cum optares qui tibi viam in tibi incognito solo demonstraret, in

quo dum tibi vni sapis, non modò incertus vagaris, sed toto etiã cœlo aberras: quemadmodum ex ipsa disputatione perspicietur. Si igitur in communi argumento à doctissimis viris sæpe tractato illustriores locos seligo ab illis laudatos, ideòne minus verè loquor? Locos, si potes, eos quos cito, Hay, oppugnato, aut nugari desine tēque crassæ maledicentiæ tandem pudeat.

Nam quòd ais me eius Patrìs librum, cuius notationem prætermisi, non legisse, est planè leuiticum, id est & importunū & ridiculum. Christum & Apostolos, si sanus es, reprehende qui veteris Testamenti libros ita citant, vt eos vel nunquam vel rarò notent, quorum tamen disertà verba proferunt. quem morem eruditi Scriptores & veteres & noui ita sunt sequuti, vt in nobis discipulis hæc consuetudo longo vsu inoleta sit meritò condonanda. Locorum notatio quæ adscribi solet, librorum industriæ relinquitur. Siquid igitur minus commodè in eo genere notatum fuerit, ratio & æquitas postulat vt librarij non autoris culpa esse censeatur.

Itaque quid attinebat, Hay, te in istarum tricarum diuerticulis ita hærerè, vt rei effugia vestigabundus quærans, quum nihil diceres, istisque laruis magni illius tui codicis opimam crassitudinem molireris, meo opprobrio inanes gloriolæ fumos Thraaso captares? Puderet me sanè pigerètque in his nugacissimis commentis, quæ vel tantum indicata per se concidunt, resellendis immorari: nisi hac scoria in his primordiis semel excreta, & me & lectorem maximo posthac labore leuari sentirem. Quærendis enim rebus & quæ ad res probandas adhibentur, argumentis quum in tua illa multiloqua farragine sit opus lucerna, vt in tot verborum tinnitu aliquod an
 inuenia-

inueniatur: omnino continget vt semotis amputatisque his quisquiliis, in quibus tu rei inops maximam, sermonis tui partem occupasti, certum ad veritatis defensionem iter mihi sternatur: ac proinde breuitati perspicuitaque consulatur, quibus duabus machinis veritatem nunc defendere constitui: sicuti tu contrariis, id est loquaci prolixitate & peregrinorum sermonum obscuritate, eandem veritatem oppugnans. Librum meum in tuum ita transuastisti vt dum meis Hayane methodā vera descriptione, exceptionem paras, non solidas rationes, sed meras identidem negationes opponas: dum singulos vocum apices exagitas, veram germanamque rerum sententiam tuis obseruatiunculis eludas: dum importunis digressionibus subinde excurrens, cōuictorum occasionem vndiquaque captas, describendis è Patribus paginis totis quæ vel nihil ad rem vel contra te faciant, tui libri spissitudinem moliaris, qua simpliciorum oculos perstringas. Hoc quidem Iesuiticæ Logices præcepta efflagitabant: tuumque adeò hæcenus erat, malam causam tuendo, omnia vndique corradere quæ ad mendacii patrocinium quoquo modo pertinere tibi videbantur. Inter has tamen caducæ causæ operas, meminisse cum primis debebas, Scote atticæ, veteris illius dicti, Οὐκ ἐν τῷ μέγα- λῳ τῷ δ', ἀλλ' ἐν τῷ δ' τὸ μέγα: ac proinde cogitare, Non quàm multum, sed quàm bene scriberes. Meum contra erit in hac responsione mea, nondam simplicemque veritatem sic repræsentare vt & breuitate & perspicuitate tecum certem.

Itaque in ipsa quidem disputatione, dum in rebus ipsis versabor, ne Lector à me expectet longam responsionem: ad hæc autè tibi trita & per- uulgata ἐβουήματα, *Minister nugatur, delirat, in- puit, scurra, bardus, stupidus est: barbarè, inscitè, in-*

congruè loquitur: Grammatices, Logices rudimentis ignorat, Græca nescit: Theologiæ est penitus imperitus, Patres nunquam legit, sed ne illorum quidem libros, quos citat, vidit unquam: In scholasticorum scriptis est planè peregrinus, A Caluino & Beza hæc & illa mistuatus est, & cætera id genus, prorsus nullam.

Neque verò in Caluino, Beza, cæterisque præstantissimis Dei seruis defendendis posthac immorabor. Ipsorum siquidem doctrina luculentis scriptis superstes, à tuis Monache, calumniis eos non modò vindicabit, sed eo te nomine summæ vanitatis reum peraget, quòd eos accusaueris. Mihi verò perhonorificum duco, quòd cum illis à te inuoluatur. Cum illis volo esse & haberi idiota & rerum imperitus: quemadmodum tu homo scilicet *ἐπίσημοὶ καὶ τῶς* illos audes appellare.

Atque hæc quidem hætenus ad tua in me conuitia vniuersè dicta sânto. Proximum est vt ad ea quæ Præfationi meæ opposuisti, nonnulla singularim respondeam, vt ex tuis verbis quale sit leuiticum ingenium ad mendacia & virulentam maledicentiam tam ferax quàm in rebus ipsis planè siccum & nullum, habito examine Lector intelligat.



AD SYCOPHANTICAM

*Hayi Praefationem peculiaris
Responsia.*

IBELLI mei inscriptionem, quòd Cur prior
eam RESPONSIONEM appellaue- Antilefuit
rim, reprehendis, quàm rectè ex his ta Turno-
viderint eruditi. Nobis quidem id- niarū Af-
circo hic placuit titulus vt in ipsa libri fronte in- sertionū
stituti nostri ratio perspiceretur. A vobis enim refutatio-
contumeliosis verbis prouocati vobis respondi- nem cō-
mus, neque aduersus vos, ad vestrarum persona- plectens,
rum ignominiam, sed ad vestras Assertiones *Responfo*
responsionem parauimus: eo consilio vt veritatem appella-
defenderemus. At vos iam vestræ audaciæ pudet, tus fuerit
qua nos dormientes excitasti non facilè in po-
sterum, mihi crede, obdormituros. Quid verò
mihi mittendarū ad vicina loca Theseōn morem
excusas, Hay? quum palàm sit, tuos non modò hâc
Ecclesiam, sed me propriè ipsum prouocasse: eo
consilio vt si siluissemus, silentio hoc nostro, aspe-
ctantibus nobis, hîc trophæum molirentur.

Quòd verò Aristotelem tuæ reprehensionis
patronum aduersus me adoptas, te tibi ipsi ad-
uersari non vides? Sic quidè ille Respondentis
partes definit, τὸ μὴ εἶ ἀυτὸ συμβαίνει τὸ ἀδύνα. Topicorū
τοῦ ἢ τὸ ἀδύνατον, ἀλλὰ διὰ τῆσιν: id est eum vult ita lib. 8. ca. 3.
respondere ne vi & necessitate consequutionis
absurdum quidpiam fateri cogatur: sed in ipsum
interrogatē retorquere eam absurditatem qua
ipsum implicare moliebatur interrogādo: idque
docere ex subiectæ rei natura. Hæc enim plana &
perspicua est (ne nescias) verborum Aristoteleo-

rum sententia. Ecquid verò aliud ego feci in mea Responsione? Theses illas vestras sic adornaueratis vt positis doctrinæ vestræ fundamentis, nostram falsi & absurdi conuinceretis. Quidnam igitur hîc nobis præstandum erat? Docendum nimirum *ὅτι δέον*, id est ex vestris assertionibus, doctrinam vestram esse falsam, nostram autem veram: pro eo quòd eò nos deducere conabamini vt *ἐν τῷ δὲ τῶν δέον ἀναγκαίων* nostram doctrinam esse falsam & absurdâ fateremur. Proponentibus igitur atque laceſſentibus nos vobis quum respondeamus, quidni librum in eum finem scriptum, RESPONSIONEM commodè appellamus? Certè iis thesibus respondetur quæ contrariam veritati doctrinam astruunt: illarumque refutatio proprio & modesto vocabulo, Responsio vocatur. Modestiam cum veritate docet nos Ecclesia Dei Quòd si modestum vocabulum vos offendit, Refutationem Thesèon vestrarum posthac siue AntiIesuitam appellabo. Et sanè, si verum est quod alibi ait Aristoteles, *Θέσις* esse *κατάληξις* *ὁρίσεως*, vestræ illæ Assertiones eo nomine sunt bellè dignæ: quippe quæ noua sint commenta aduersus eruditæ vetustatis fidem nata: & hæcenus paradoxa, vt partim supplicio sint digna, quum aduersus Dei & Ecclesiæ autoritatem debacchentur. partim opus habeant sensu, quale est infœlix Idololatriæ, quod instituiſti, patrocinium.

Porro, Galliam hæcenus, quod scias, Academiam Nemausensem minimè agnouisse affirmas: eam tamen Regia magnificentia sustentari fateris, denique Academiam esse pernegas. Scotus, Galliæ Academies & instituta ignorare potuit: vir bonus & sapiens, rem sibi incognitam audacter negare non potuit. Extat Regium diploma de Academiæ Nemausensis institutione publicis etiam

Topicorū
lib. 1. ca. 9

Iesuitici
ingenii,
ex ipsis
Hayi ver-
bis vera
& germa-
na descri-
ptio.

etiam sumptibus Regii Magistratus autoritate excusum & editum: vt Christianissimi Regis tam luculenta vox te sit temeritatis & impudentiæ grauiter accusatura, qui non modò rem omnibus cognitam exploratamque tam securè neges, sed etiam vanitatem tuam publicis tabulis ausus sis consignare. VNIVERSITATEM artium FRANCISCVS Rex Christianiss. felicissimæ augustissimæque memoriæ Princeps, bonarum literarum in Gallia instaurator, huic Ciuitati tribuit, Vniuersitatis priuilegiis ornauit, eamque eodem plane iure vti frui voluit, quo Parisina Academia ceteræque omnes Regni Vniuersitates vtuntur fruuntur. Itaque & temeritatis, de re sibi incomperata loquendo, & malignitatis, rem omnibus solenniter notam impudenter negando, publicum monumentum reliquisti: vt hæc prima Iesuiticæ ingenii nota à tuis verbis describatur.

Tum diriora moliris. Vt enim odium inuidiamque nobis confles apud generosum illustremque Comitem D. Iustum Turnonium, nos ipsius familiam & Academiã deridere criminaris. Hanc enim vocem bilis tua effutiit. Apage tam virulentam procacis Sophistæ *κακίθησαυ*. Turnoniam familiam primariæ nobilitatis in hoc Regno familiam, magnis virtutibus iam olim illustrem, omnes quidem nostri reuerentur, ego verò cum primis, communis patrię charitate & officio non modò ad debitam reuerentiam concitator, sed acceptis etiam ab ea beneficiis propriè obligatus. Meorum enim studiorum quaecunque tyrocinium Turnoniæ Academiæ me debere agnosco, eique adeò opportuno quodam officio *αυτιπελοργει* peroptarem. Florebat nimirum Academia Turnonia antequàm societatis vestræ locus in eam conuolasset. cuius temporis mihi iu-

cundior eò recordatio est quòd præceptorum quibus tunc utebantur, foelix mihi sit memoria, Ioannis Pelissonis, Quintini, Mahotii, Medardi, summorum instituendæ iuuentutis artificum: cæterorumque doctissimorum virorum, qui non pupis & nugis iuuentutem fascinabant. Cardinalis Turnonii in Academia constituenda liberalitatem sempiterna laude dignam commendamus: vt importuna sit *ἡσυχία* illa tua extra primarium sermonem digressio. Nobilitatis autem ordinem in hac Monarchia quàm reuerenter ego colam: populares *ἀπαξίας* quantopere sim non modò detestatus, sed quantulus sum, in iis comprimendis quàm & fideliter & feliciter, Dei beneficio, elaborauerim, testis est mihi Patria, aduersus tuam virulentam, Monache, audaciam. Num verò Gallica Nobilitas tuæ mobilitatis, Iesuita, patrocínio indigebit, vt nobis nouis hominibus auos atauósque tuos peregrinus *ἀλαζόν* recenseas; nobis que adeò persuadeas te esse Regis Scotiae consobrinum? Sic igitur, Hay, habeto, ne te ludicra lactes imagine, Non de nobilissimis Turnoniæ familiæ stemmatis, sed de ridiculis societatis vestræ sartis loquebamur: quarum mystica illa quam adhibes explicatio, mustaceo sanè ingenio vestro digna est, vt meliores interpretes non requirant. Illis igitur siue clauibus siue ensibus vestris hanc *κακὸν δεῖλαν* vestram filiis mendacii apprimè dignam relinquimus: vt hic secundus Iesuitici ingenii character è tuis verbis designetur.

Idem autem mendacii & impudentiæ spiritus te docuit nullo pudore id affirmare quod vel planè falsum esse nosti, vel quod aliena fide temerè asseras: ratus nimirum fore vt apud eos qui nec te nec nos bene norunt, fidem facias mendacii.

mendacii. Multiplicissime enim mendacii opprobria, ex ipsis rebus conuictus, Hay, tandem non confitebere, ut imprudentiæ saltem culpam depreceris? Dum societatis tuæ victorias deprecas, complures nostrum nominatim appellas, qui sint in ipsa disputatione à vestris plurimarum palmarum hominibus superati, meque singularim. Nunquid te tuæ impudentiæ, Iesuita, pudet? Quales quantique viri sint & pietate & eruditione præstantes ii quos nominas, Combanus, Casbonus, Pisa, Mercerius, Galiardus, Cherrerius, vniuersa Patria nouit: ut vel præsentissimæ frontis Iesuita publico testimonio conuincatur. Equidem sanctè testor me hic Iesuitam ne alloquutum quidem fuisse vnquam, quòd sciam. Vniuersam de me verò Ciuitatem id restaturam scio, me cum quoquam Iesuita in publicam disputationem nunquam venisse, nedum in disputatione occubuerim.

Eiusdem planè fidei est quod nos à vobis ad certamen prouocatos fuisse negas. In celeberrimo enim huius non modò Ciuitatis, sed Prouinciæ quoque coetu, apud illustrissimum Prouinciæ Præsidentem Ducem Monmorencium, Episcopo ipso Nemausensi clarissimoque Magistratu Consulibusque præsentibus, Ecclesiæ nostræ mandato, conquestus sum vos publico scripto nos prouocasse: quo non doctrina tantum nostra notaretur, sed celeberrimæ quoque personæ in vestris Assertionibus, nominatim traducerentur, contra diserta Regii Edicti verba. Respondit illustrissimus Præsides, Non impedire quominus vobis responderemus. Huius veritatis testes adsunt omni exceptione maiores. Cur ergo impudenter affirmas, Hay, Nomophylacas Nemausi nobis maxime instantibus ut dies vobis quòd id diceretur, re-

spondisse nihil esse causæ: quum ne verbum quidem apud illos unquam fecerimus, & infamis vestri libelli exemplar profiterit, quod penes nos adhuc extat.

Cur quoque præfractè negas, in vestris Thesisbus nihil scriptum reperiri quod de vllius fama detrahat? Bezan enim hostium pietatis siue hæreticorum Antesignanum, eos Hæreticos appellare quos Caluini asseclas vocas, non est detrachere de vllius fama. Nullum autem verbum de Caluinianis, quos vocas, vos in Thesisbus illis fecisse cur audes affirmare & scribere? Christiani quidem sumus, non aut Caluiniani aut Bezani. Quin verò illorum ministerio Ecclesiæ nostræ fructuosè & usæ sint & vtantur, non te latet. Nos igitur Caluini asseclæ, Theodori Bezæ milites sub illius signis hæretici & pietatis hostes militabimus: neque tamen de nobis, si Diis Iesuiticis placet, Iesuitica simplicitas cogitarit unquam, nosque adedò simus grauissimè accusandi qui de accepta à vobis iniuria conqueri audeamus: neque sicarios, perditos, pietatis hostes à Iesuitis publico scripto appellari, et sit conuictum. Vos igitur qui populi barbaram hanc insanamque maledicentiam vestrum iam passim detestantis odium verebimini, Dei aduersus lupinam vestram perfidiam infensi iram non pertimescetis, neque iam in manifesto mendacio deprehensi culpam confitebitini? At hæc profectò Logices Iesuiticæ sunt argumenta, quæ quouis modo causam suam tueatur, & in simplicium oculos cineres inspergat, nihil habet pensi.

Iam verò Thraconica illa iactatio qua nobis identidem scholasticarum disputationum palestram minitaris, rursus perstrepit, licet ad eam iam centies responderimus. Age igitur, magnè

Quin-

Quinquertio, tandem in arenam descendamus, idque ex legibus sobriæ disputationis. Tunc nobis merito succenses, quum æquos iudices legitimumque disputandi modum quærimus. Nunquid potius iustam amplamque de te conquerendi occasionem nobis præbes, qui auditorum iudicio Aristoteleisque legibus summam de fidei Christianæ rebus diiudicandi potestatem tribuis, hisque terminis veras disputandi leges definis atque circumscribis. Hæc enim tua sunt verba, *Tuum equos iudices & legitimum disputandi modum quæris, inertia & ignavia tua non obscuram nobis invidiam suspicionem. Iudicent Auditores, serventur per scripta ab Aristotele & in Christianis Academicis longo iam usu approbata disputationum leges.* Ergo erit inertia & ignavia, si Hayo credimus, æquos iudices legitimumque disputandi modum postulare. Auditorum multitudo de veritate iudicabit, & quod ei bonum fuerit visum, summo iudicio constituet. Iudicii illius lex & norma erit Aristotelis Organon. Satin' sanus es, mi homo? Nos profectò à te his in rebus planè dissidemus. Nobis recti iudicii recta regula est, Verbum Dei scripturis solis definitum: veri iudices, ii qui ex illo Dei Verbo iudicant: ut non Scripturæ tantùm à Scripturis intelligantur, sed Ecclesiæ Doctoribus tum demum credatur seu testibus, si cum Verbo illo consenserint. Quo iure autem Aristoteleum Organon recti iudicii legem normamque statuis? Aristotelis quidem & in bene differendo & in bene differendi præscribendis legibus solertiam subtilitatemque admiramur, & vnicè probamus. At Theologiæ res Aristoteleis legibus terminare, Theologicamque demonstrationem illarum autoritate stabilire vellet, est planè & ἀθεολογον & ἀφιλοσοφον, quum enim

Quis sit Hayo legitimus Theologiarum disputationum arbiter & iudex.

vnaquæque scientia siue ars à suis principiis tractari debeat, omnino aduersus illam ipsam rectè demonstrandi rationem quam Aristoteles posuit, grauius peccatur, quum genera rerum commiscantur. quod est *Μεταβαλεῖν τὸ ἀλλο γένος*. Philosophia igitur suis quidem & vernaculis, id est philosophicis principiis tractari intelligique debet: Theologia, Theologicis. vtvt autem recta illa differendi ratio omnium scientiarum & artium sit *ἑταυρίσει* & ministra, non tamen inuadit in illarum fines. Cur igitur Philosophum Theologiæ tanquam antistitem præcis, vt ex illius regulis Theologica demonstratio firmetur atque concludatur: sicuti in vestris Academiis factitari videmus? Limpidi profectò Theologiæ fontes vana philosophiæ luto haudquaquã sunt contaminandi? Alii iudices, aliæ iudicandi leges à sanis & Christianis hominibus sunt postulandæ. Verbum Dei & orthodoxæ Ecclesiæ Patres sine controuersia omnes probamus atque amplectimur, seruato tamen illo ordine & decore, vt Verbum Dei summo loco sedeat, Patrum testimonia accedant secundo. His legibus non modò non recusamus vobiscum conferre de veritate, sed vt id propediem fiat, etiam atque etiam postulamus. Conuolabimus, mihi crede, tanta alacritate, quanto studio rem optatissimam nos tandem aliquando consequi peroptamus. Quid ergo iuvat, Hay, millies repositam cramben miserè disperdere? Verba in rem conferamus. Alioqui memineris inanem hanc gloriationem tuam in tuum caput redundaturam, quasi nullo conueniendi disputandique studio eminus allatres.

Quòd de effosso à vobis Balxi cadauere, Iesuita, non tantùm confiteris sed prolixè etiam gloriaris, tanquam re bene gesta: *écquis non videt*
 te in

te in mentem reprobam traditum, vt omnem impudentiam superares: eoque etiam quod cum ratione velis insanire? Si ratio est, Verbo Dei abuti, legesque Antichristi opponere veritati, & veritatis nomen ad nefariam audaciam prætexere. Quod de proiecto enim cadauere negas, non te pudet arbitrari publicorum actorum fidem impudentia eludi posse? At facinus vestrum acta ipsa prodent. De iure videamus. Augustum enim semipiternumque Naturæ ius, vel potius illius iuris autor vindexque Deus, sepulchrorum asyla sacrosancta esse voluerunt: mortem vt quietem, mortuorum quoque ossa quiescere, neque cuiusquam libidini quouis modo esse obnoxia sanctissimis decretis cauerunt: vt si liuor aut odium inter viuos vixisset, cum mortuis quoque moreretur: ac proinde si minus bene inter eos contingeret quorum inæqualis conditio æqualis Naturæ leges quasi peruerteret, vt homines se esse obliuiscerentur: mors saltem quæ in omnes summum peræque imperium habet, variarum conditionum diuortia non modò æquaret, hominumque dissensionibus clausulam imponderet, sed communem etiam omnium ordinum hominibus concordiam pacemque imperaret. Reine omnibus confesse querenda sunt argumenta? Omnes quantumlibet barbaræ nationes id palam testantur: & si quis minus reuerenter de sepulchris constituerint, iniuriæ aduersus inuiolabiles Naturæ leges peccasse, semper sunt iudicati. Diogenem Cynicum detestantur omnes, quod vt vitam veluti canis traduxisset, pudore eo sublato quem sapiens Natura naturæ hominibus inleuit, & quem humanæ societatis continendæ vinculum esse voluit: inhumanam & beluinam vitam foedæ sepulturæ contemptu impudenter clausisset, dari sibi bacu-

Homici-
de Iesui-
tarū Spi-
tus, ex ini-
manis scē-
leris de-
fensione,
nonumā
rum hie
agnoscat
Lectet.

Sacrosan-
cta sepul-
chrorum
iura.

lum postulans ad canes abigendos, canem se esse nimirum memor, & in vita & in morte. Vnde Cynici nomen inuenit. Hostium quos in prælio interemissent cadauera hostes etiam vt ipsi defunctorum amicis redderent, Leges belli edixerunt: & ita ab omnibus populis post homines natos obseruatam fuisse, historiarum testantur. Certè, Phocylides antiquissimus scriptor sempiternam illam Naturæ legem aureis verbis descripsit, firmis argumentis docens ab omni ratione prorsus esse alienum, sepulchra erui, Deique iram tanto scelere inflammari.

Μὴ τὸ μὲν φθιμένων ἀνορύξῃς, μὲν δ' ἀθάνατα

δείξῃς ἡελίῳ, καὶ δαιμόνιον χόλον ὄραῃς.

Gen. 23. 2.
19. & 25.
29. & 49.
23. & c.
2. Sam. 3.
32. & 21.
12. & c.

Abrahami, Isaaci, Iacobi, Dauidis cæterorumque illustrium Patrum, non in suorum modò sed in hostium quoque sepulturis curam reuerentiàmque videmus. Lex Dei de sepulturis disertè cauit, vt & legis præcepto, illustrissimamque personarum exemplis de officio moneremur: neque verò existimarem esse superstitionem, in mortuorum cadaueribus humo deponendis curam operamque adhibere. Idcirco enim vetus Ecclesia loca sepulchris destinata commodissimo vocabulo Cœmeteria nominauit, vt nostra corpora non morte extingui aut aboleri, sed ad vltimum beatæ resurrectionis diem dormire intelligeremus. Impiorum quoque corpora in mortem resurrectione dormire etiam constituendum est. Quod Deus per Naturam, quod per legem scriptam edixit, omniumque animis insculpsit: quòdque adedò ab omnibus hominibus & in Ecclesia sanctè obseruatum fuit, id Pontifex Romanus conuelleratque peruerteret: eiusque Leges aduersus Dei & Naturæ decreta perlatæ pro canon icis habebunt.

habebuntur? Hæreticos quidem maximis suppliciiis dignos esse arbitramur, sed & quandiu & quomodo nocere possunt. Primum omnium quoniam sint hæretici constituendum est. neque enim Christus & Apostoli idcirco erūt hæretici, quòd à primoribus Iudaicæ Ecclesiæ & hæretici haberentur & tanquam hæretici infamibus suppliciis tractarentur, vt vix ipsis sepulturæ ius tribueretur mortuis. Deinde, vtvt hac de re maximè constaret, in statuendo tamen supplicio & æquitas & honestas debet adhiberi. Hæretici viui puniendi, etiam de medio tollendi, siquidem è re Ecclesiæ ita videatur. Omnia pestilentis doctrinæ monumenta siue scripto siue alio quouis modo prodita, quantum fieri poterit, omnibus quidem modis abolenda: at ex animis ratione cumprimis extirpanda atque eradicanda sunt. In mortuorum cineres cur seuiatur? Quum summus Iudex summam mortis supplicio sententiam tulerit, nefas est inferiori Iudici eam nouo decreto augere. Iniusta est & insolens seueritas, Dei iusticiam seueriorem postulare. Deus quidem vt maximum supplicium præfractis hostibus suis inflixit, quòd insepulti iacerent. Iezabelis impiam crudelitatem sic vltus est. Sedechiæ obstinato hypocritæ minitatus est futurum vt asini sepultura sepeliretur. Hæc verò Dei fuerunt decreta, semper quidè iusta, at huiusmodi vt hominibus non magis sit fas ea ad animorum suorum impotentiam præterire, quàm summi Iudicis nomen autoritatè que vsurpare. Verùm hæc fuit Pontificis Romani audacia vt se tanquam Deum efferrer. id est vt summi illius imperii quod vnius Dei est, vsurpatione, se Antichristum esse profiteretur. Erat etiã lege constitutum ne eius qui supplicio capitali de medio sublatus erat cadauer, in patibulo vel

2. Reg. 9.

35
Ier. 22. 19.Deut. 21.
23.

22
 vnum diem totum remaneret. in ipsorum enim suppliciorum horrore voluit Deus homines humanitatis meminisse, ne ferarum instar alij in alios sæuirent. Homicidæ igitur Diaboli spiritus verè *manovus* hos Canones dictavit Pontifici Romano, vt sub hæreticorum eumentito nomine, suos aduersus viuâ Ecclesiæ membra lupina feritate armaret, in quos etiam mortuos decerneret esse sæuendum. Ita conqueruntur Fideles in Psalmo, suorum cadauera feris fuisse proiecta. Apage igitur immania Pseudosynodorum vestrarum statura, quæ immutabiles Dei & Naturæ leges violare minime potuerunt: vt à te, Hay, illis opponi sine summo scelere nequeant.

2. Reg. 23. Neque item Iosæ pii Regis exemplum quod
 16. prætexis, sceleratæ audaciæ vestræ crudelitati-
 que vllò modo fauet. Hoc factum Iosæ fuit planè
 Leuit 5.2. extraordinarium extraordinario Dei mandato
 Num. 19. innixum: sicuti disertis verbis dicitur in ipsa hi-
 16. storia, *Iuxta verbum Iehouæ quod prædicauerat*
 Leuit. 21. *vir Dei qui hanc rem futuram prædixerat Iero-*
 1. *boamo Regi impio.* Alioqui cadauerum contre-
 Insignis Statip fuisset contra legem Dei, quæ pollutum
 Scripturæ deprava- dicebat eum qui cadauer terigisset. Ne igitur id
 tio è Iosæ exemplo remerè fecisse Iosias videretur, testatur sacra hi-
 extraordi- storia peculiare Dei mādatum intercessisse, quod
 nario. eum à Legis violatione vindicaret. Factum quo-
 que illud fuisse extraordinarium ostendit series
 vniuersæ historiæ, Quòd in aliena dirione altaria
 non modò euerterit, sed & cunctos Excelsorum
 sacerdotes super altaria mactauerit. Fuit enim
 iustum & *veriusdè* quidem Dei iudicium aduersus
 profanos Idolorum sacerdotes, vt rationis
 pœna ipsorum scelera punirentur. Mactabant
 hostias Idolis, & ipsi mactantur. Viuos homines
 igni cremabant, vt Molocho seruirèt. Ipsis super
 altare

altare mactatis mortuorum ossa fuerunt combu-
 sta. Purum Dei cultum sua idololatria perceda-
 uerant. Idolorum altaria ipsorum ossibus fuerunt
 polluta. Quid igitur? Quod Deus iubet ipso iure
 iustum & bonum est. Diuinæ iussionis regula est
 lex Dei, omnibus vniuersè prescribens quid fa-
 cere aut fugere debeamus. Si quid Deus piis vi-
 ris præter illum suæ legis ordinem mandauit, id
 quidem iustum est, non tamen in exemplum est
 trahendum. Exempli causa. Testatur sacra histo-
 ria, populum Dei paulò antequàm ex Ægypto
 egrederetur, vasa aurea & argentea omni-
 que generis vestimenta ab Ægyptiis mutuò accepisse,
 atque hoc pacto Ægyptios spoliasse. Id sanè Exod. ii. 2
 Israelitarum factum fuisset haud dubiè furtum ex
 Legis præscripto, in eo genere censendum quo
 mutui siue depositi interuersio, nisi peculiare Dei
 mandatum intercessisset. Ecquis verò inde colligat,
 hospitem mutuò spolandum? nisi vos fortasse,
 Iesuitæ, quibus id vnicè pensi est, vt non modò
 eorum puerorum qui fidei vestræ concreduntur,
 hereditates, sed ipsos etiam pueros, quantumlibet
 inuitis parètibus, interuertatis. Siccoine etiam
 in allato à te, Hay, Iosia exemplo concludes?
 Probandum tibi antea fuerat nos esse hæreticos.
 Licet autem nos pro hæreticis millies habeatis,
 nihilominus tamen (priusquam simile quidpiam
 de nobis etiam mortuis statuere possitis) Iosia
 exemplo, probandum vobis erat vos peculiare Dei
 mandatum habere, quemadmodum de Iosia iam
 probauimus. Num vobis ergo, Iesuitæ, peculiari-
 ter mandatum est à Deo, vt nos & viuos mactetis,
 & mortuorum cadauera effodiatis? Hæc nimirum
 est Iesuitarum Logices *ipsum vobis* hæc consequutio,
 Hayo interprete, vt Regium Edictum quo de
 sepulchrorum iure, nobis cau-

tum est, furoribusque Iesuiticis præclusus aditus, aduersus Dei & Naturæ sempiternam legem armet. Regi nostro Christianissimo vt optimam mentem, ita commodiores Ediçti sui interpretes quam Iesuitas, largita est Dei misericordia: à qua etiam nouum hoc beneficium speramus, vt quale sit Iesuitici erroris virus omnibus patefaciat. Certè, si Iesuitis fides adhiberetur, hac publicæ pacis tranquillitate haudquaquã vtoremur, sed in suos & viuos & mortuos Gallia sæuiret. Pacificus Regis nostri animus communi Patriæ iure vult nos vti, & dum viuimus & dum morimur: vt idem quod ipsius Maiestati obsequium superstites præstamus & præstare est animus, idem liberis nostris hereditarium relinquamus.

Tu igitur, Scote, quò vis vt abeam? Mihi quidè & viuo & mortuo dulcissima Patria sit sedes. Quin tu potius cum hac infausta tua Regii Ediçti interpretatione in vltimam Iaponiam abito: hocque sceleratæ audaciæ publico monumento negat cuilibet sano esse manifestum, vos non modò Academiæ Turnoniæ, sed Turnoniorum Heroum nobilissimæ familiæ, ipsique cum primis illustri herôi Iusto Turnonio (quem honoris causa nomino) maximam fecisse iniuriam, quòd eius nomen autoritatèque ad vestra scelera prætexatis: vt non modò impunitatis illecebris ad noua flagitia paratiores sitis, sed cum ratione etiam ipsa insanire vobis videamini. Quòd autem non modò priuatorum hominum sepulchra, sed Regum Mansolea fuisse effossa ais, si quid huiusmodi accidit, (quod tamen ne fieret illustrissimorum Principum prouidentia tunc diligenter cauit) furor fuit bellorum ciuiliu, quem cum cæteris miserrimi temporis insaniis penitè detestamur. Tunc igitur Canonum Pontificiorum patrocini-
nium

nium aduocabis, Iesuita, vt tuos doceas aduersus nos impotentiùs furere? Vósne Regum & Principum Mansolea non violatis? At Reges ipsos & Principes mactatis. Quid enim in Anglia moliti fueritis, quid in Belgio aduersus illustrissimum Principem Orengianum immani perfidia per emissarium tandem perpetraueritis, qualis fuerit consiliorum vestrorum in Lusitania exitus, quis nescit? vt his luculentis exemplis discant Reges & Principes quantum sit Iesuitis tribuendum, qui & amicis & inimicis lethale venenum propinent.

Iam verò, Hay, rerum Nemausensium maximè perite, écquos Nemausi *μετοίκους* nosti qui pacem impediunt? Omnes quidem Ecclesiæ huius primores indigenas & ciues nouimus. Ego & collegæ mei non sumus peregrini neque ex quercu nati. Municipii ius patres nostri Nemausi nobis reliquerunt: vt quemadmodum Paulus Philippenfis Præfctis patriæ ius opposuit, ita nos tibi Patriæ ius charitatémque opponamus. Quantum verò pacis simus amantes, in eaque retinenda pro virili elaboremus, non modò aut conciones nostræ aut priuatæ publicæque actiones, sed vniuersa quoque indiscriminatim Ciuitas testabitur, iis etiam quos tu tuos vocas, tibi idcirco indignantibus quod in re seria tam inciuiliter augeas. Egone etiã dum de Regni pace loquor, de re aliena loquor, vt me mea curare meritò iubeas. Res Ecclesiæ & Patriæ pro quibus viuo, & pro quibus mortem obire sum paratus, mea profectò res est. Bellum, Ecclesiæ summum detrimentum, Patriæ incendium, omnis officii pestem arbitror, totoque pectore detestor. At tu, Monache, cui peregrino paratum est bonum in Academia Turnonia penu, quem Patriæ nostræ mala non

tangunt, calamitatibus nostris sic insultas, quasi aegrotanti morbo delectari suo exprobres. Apage igitur ridiculam obrectationem tuam, hominum sapientissime, mendacii spiritu planè indignam.

Hayana
Logices
acutaen.

Quantum verò sit argumentorum tuorum acumen, licetne ex pauculis iudicare, ut cætera à tuo crasso Codice lector recognoscat? *Minister*, ais, *picturata Iesuitarum stemmata obiter perstrinxit: Ergo nomen Iesu Turnonieque familiae stemmata irridet, Nobilitatem exagitat, Plebis factionibus fauet. &, Minister affirmat sibi terrorem omnem euauisse, assertuombus nostris perlectis. Atqui terrore adhuc percellitur: quum scribat. ex quo constat eum non ausum fuisse nobiscum disputare. Ergo calumniatur.* Exquire formam & figuram in tuis cumulatis syllogismis: &, *Minister in acie non configit. Ergo non est amator pacis: ut cætera argumenta prætermittam quid enim attinet tot vocum & verborum *Ἰαμαν: τοῦ ἀπαρ* commemorare? quum hac indicatione Lector de cæteris moneatur: ego verò diuerticulis tuis in Regiam viam reducendis si immorarer, tecum extra rem digrederer. Duodecim enim folia illa quid complectuntur? Satis igitur Beza, satis Hulsia se tuentur, ut me patrono minimè indigeant, quum in Hayano muliloquio permulta peccari qui vel obiter librum cognouerit, animaduertat: ut illi me magnam facturum iniuriam patem, si in nugis tuis refellendis longo sermone & eum & me fatigarem.*

Quid verò tantoperè indignaris quòd verè & candidè fuerimus loquuti? aliarum enim de vobis sententiam verè retulimus, nostram non interposuimus. In eo quod in vobis reprehendimus, haudququam peccauimus. Quid igitur inuat tam impotenter in me exandescere, cæcòque pu-

que pudore vobis indulgere? *Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.* Ab amicis vestris ea recognoscite quæ à nobis quos pro hostibus habetis, non potestis æquis animis audire. Iam diuina de vobis percrebrescunt: quæ pudor meus non patitur me hîc commemorare. Verùm de his hæcenus.

Typographiolæ autè nostræ lapsus quid opus erat tot diris in meum caput hîc expiare? *Iesustimagus* inuersis literis scriptum erat pro *Iesustimagus* at eodem in loco eodem lapsu peccauit Typographia tua, literarum nimirum transpositione. nam in illis verbis tuis, *Quum hac in me emoueres.* scriptum est, *emoueres*, pro *euoueres*.

Hoc vnum exemplum pro multis quæ passim occurrunt, *αυμαχιον* & index esto Hayanæ prouidentia. Quid si, Hay, vt *παιδ'ιου* pro *παιδ'ιοι* dixerat Ammonius Sacerdos Alexandrum alloquens, (vnde omne accepit Alexander, quasi ille *παιδ'ιου*, faulso nomine se compellasset:) ita meus Typographus corruptè Iesustimagus scripserit, vt vos Iesustigmatias, id est à Iesu (cuius nomen ementimini) familia fugitiuos siue transfugas esse significaret.

At de his quidem satis superque, ne tecum ineptiam. Sic verò ad virulentam maledicam, que responsionem tuam responsum esto.



OCCASIO, SUMMA, ET
*œconomia vniuersæ disputationis,
 & prioris & posterioris.*

Disputa-
 tionis ca-
 pita.



ESVITA Turnonii tres assertio-
 nes ediderant, De autoritate Eccle-
 siæ, De imaginibus, De corporis
 Christi præsentia eiusdemque com-
 municatione in Coena Domini: publicumque
 scriptum ad Academiam Nemausensem nihil
 huiusmodi expectantem miserant, vt eam vel ad
 disputationem prouocarent, vel de ea prouocata,
 nisi responderet, quasi per silentium victores, suo
 more triumpharent.

Præfatio-
 nis causa.

2. Quòd priuatæ publicæque pro religione
 decertationes Edicto Regio sint veritæ, prou-
 idendum erat initio ne Academia violati Edicti
 rea perageretur: neque tamen necessariam veri-
 tatis defensionem prætermitteret. Quum igitur
 respondendi partes mihi essent tribute, præfatio-
 ne erat mihi opus qua susceptæ scriptionis cau-
 sam sic demòstrarem, vt in rerum grauissimarum
 explicatione, (quæ ab aliis sæpe essent aliàs tra-
 ctatæ,) & breuitatem & perspicuitatem in ipso
 libello meo adhiberem.

Disputa-
 tionis or-
 do.

3. Vt autem disputatio ordine progredere-
 tur, primum omnium necesse fuit Assertionum
 illarum Analysin substerni, nostramque doctri-
 nam, quam veram esse contendimus, doctrinæ in
 Assertionibus illis comprehensæ opponi: quò ex
 illa comparatione sine contentione còtrariarum
 sententiarum siue veritas siue falsitas certius di-
 lucidiusque diiudicaretur.

4. Prima quæstio est De autoritate Ecclesiæ Prima
 Dei: quam quòd Iesuitæ Verbi Dei autoritati an- quæstio.
 teponerent, geminam feci quæstionem, De Ver-
 bi scripti & Ecclesiæ autoritate, vt vtriusque na-
 turam distinctiùs repræsentarem autoritatémque
 inde compararem.

5. Ponebant Iesuitæ, Ecclesiam Christianam Quæstio-
 conseruasse Verbum Dei, verámque illius sen- nis sum-
 tentiam omnibus explicare: ac proinde Scri- ma è Ie-
 pturas sacras ex Ecclesiæ arbitrio & autoritate suitarum
 pendere. assertioni-
bus, &

6. Deinde, Omnes res fidei ad scriptum Dei
 Verbum minimè esse reuocandas, sed Traditio-
 nū sine Verbi non-scripti supplemento indigere.

7. Grauißima autem absurda, nisi ita crede-
 retur, consequi affirmabant, & nonnulla in suis
 illis Assertionibus notabant.

8. Nos contrà opponebamus, Ecclesiam qui- Nostra
 dem Christianam esse columnam & firmamen- sententia
 tum, id est custodem & interpretem veritatis: descripta
 hæctenus tamen vt ipsa Verbo Dei scripto tota sup ois
 innitatur. stinet

9. Vnico autem Dei Verbo omnes res fidei
 contineri: vnicūque Dei verbum, quo salutaris
 illa doctrina definitur, veteris & noui Testamen-
 ti libris comprehendendi affirmabamus.

10. Nulla verò esse illa absurda quæ nobis op-
 ponerentur: grauißima contrà ex nouis illis com-
 mentis nasci asseribamus.

11. Disputationis autem ipßus hæc fuit ceco- Disputa-
 nomia & series. Quòd in Verbi & Ecclesiæ Chri- tionis ce-
 stianæ nominibus laterent insidiæ, quum Verbi conomia
 appellatione, Romani Pontificis traditiones: Ec- & series;
 clesiæ autem Christianæ nomine, Romanam Ec-
 clesiam cuius caput est Pontifex Romanus, intel-
 ligerent: rectè demonstrandi leges postulabant

vt vocabulorum homonymiæ in ipso disputatio-
nis primordio collerentur; atque ad eò quæstionis
termini exponerentur.

Termino
rum quæ-
stionis ex-
plicatio.

12. Ipsa igitur & Verbi & Ecclesiæ nomina
erant explicanda. id est docendum Ecclesiæ Chri-
stianæ nomine non intelligi Romanam Ecclesiam;
quæ in Catholicam Ecclesiam imperium vsur-
pet: neque Verbi Dei appellatione; non scriptas
illas Pontificis siue Concilii Romani traditio-
nes: ac proinde Romanam Ecclesiam Catholicæ
nomen faciendumque euenti.

13. Contrà demonstrandum erat quænam illa
esset Ecclesiæ, de cuius autoritate agebatur, at-
que ad eò ex veris germanisque notis suis defi-
nienda erat: quæ quum Verbi Dei terminis cir-
cumscriberentur, Verbi ipsius & Ecclesiæ auto-
ritas è suis gradibus expendenda erat: vt cuius
prior cuiusque secundus deberetur gradus, intel-
ligeretur.

Explica-
tio quæ-
stionis.

14. His ita substratis, primaria quæstio expli-
canda erat, Ecclesiam Dei, videlicet fundatam
esse super doctrina Prophetarum atque Aposto-
lorum: ac proinde non Verbum ab Ecclesia, sed à
Verbo Ecclesiam pendere.

15. Deinde, omnia ad fidem salutemque no-
stram necessaria Prophetarum & Apostolorum
scriptis contineri: ac proinde Ecclesiæ doctores
illius veritatis testes atque interpretes esse ha-
ctenus idoneos, si veritatis illius fundamentò
veritati illi consentaneum doctrinam superstru-
xerint.

16. Quòd autem nonnulli Scripturæ & Pa-
trum orthodoxorum loci soleant huic doctrinæ
à Iesuitis opponi: germana quoque illorum lo-
corum sententiæ ostendenda erat.

17. Tum accuratior disertiorque eiusdem
doctrinæ

doctrinae explicatio adhibenda erat; quò illius
usus commodius perspiceretur.

Denique, singulis incommodis siue absurdis, *Responso
ad obie-
ctiones.*
quæ Ecclesiarum nostrarum doctrinae oppone-
bantur, respondendum erat, ut ab his calumniis
illa vindicarentur.

18. Probationum autem ratio, è Scriptura
primùm, è Patribus deinde instituenda fuit: ut
quidem non tam me quàm ipsam Veritatem lo-
qui constaret.

19. Hæc fuit igitur prioris disputationis con-
formatio & series: quam Ioannes Hayius Iesuita
magno volumine exagitauit: non quidem ut no-
stram doctrinam solidis rationibus refutaret, no-
uisque argumentis suam confirmaret: sed ut
tinnulis quibusdam reprehensunculis singula
penè verba mea grammaticè carpens, in rebus
sic se ieiunum demonstraret, ut semotis crimina-
tionibus & conuitiis, nihil tota disputatione,
quantumlibet prolixa, penè comperiat: quem-
admodum ex ipsa disputatione cuiuslibet erit per-
spicuum.

20. Itaque, quod tamen maximè oprabam
ad disputationis formam rectè constituendam,
efficere non potui ut primarios quosdam syllo-
gismos veluti vniuersæ disputationis fulcra, Re-
sponsionis istius meæ primordio collocarem:
quum sint disiecta dissipatæque Hayanæ oratio-
nis frustra, nulla partium textura conformata, ut
in vnum corpus contexti nullo modo queant.

Sic mihi igitur agendum cum Hayo est, (quò
solidi iudicii ratio constare Lectori ex hac dis-
putatione possit) ut singulas eius obiectiones sin-
gulatim insequar atque refellam: ipsùmque adeò
mecum suis verbis disputantem, meque mea de-
fendentem introducam. Non, sicuti ille mecum

fecit, vt opimum ipsius codicem in meum deri-
uem: sed vt ex profusa Iesuiticæ *ἀθυροσολογίας* sarra-
gine primarii sermonis, Et ex ipsius quidem di-
fertis verbis summam excerpam. Itaque disputa-
tionis excrementis initio semotis, in ipsius rei
examine totus posthac versabor: causam cum
causa, rem cum re, rationes cum rationibus, argu-
menta cum argumentis, testes cū testibus, (quan-
tū Hayus patietur) cōferam. Quum autem hoc
vnum ille moliat ut quod in meo libello iam
docui, euertat: id quoque in hac Responsione mi-
hi institutum est vt ostendam nullas esse & planè
irritas illius exceptiones. Itaque meum libellum
vt autographum & firmamentum disputationis
is habere debet qui de his controuersis rectè
vult iudicare: eadēque opera Hayi codicē con-
ferre. Sic enim fiet vt ex mutua contrariarū sen-
tentiarum collatione quid ab vtrisque nostrūm
dicatur, certius vtiliūque perspiciatur, neque
alienæ fidei credat.

HAYANÆ DISPVTATIONIS
*Vestibula, quibus vt respondeam Lector pa-
tietur, & ista leget vt necessaria. Sunt enim*
DE QVÆSTIONIS TERMINIS.

Proximum erat vt ad ipsam rem continuò ag-
grederer: sed tua me, Hay, vestibula decem pagi-
nis effusa remorantur: quæ prius sunt à me per-
currenda quàm ad ipsius disputationis penetra-
lia accedam.

HAYVS.

*Itane Regionum Edictorum auctoritatem con-
temnis?*

VESTIBULA, RESPONSIO. 33

temnis? Societatis nostra homines Christianissimi Regis patrocinio, in Galliarum Regno dum afflictis Ecclesie rebus opitulantur, subtilissimis disputationum laqueis, vel prudentissimorum solertiam, te autore, conatur circumuenire? &c. pag. 2.

SERRANVS.

Si Iesuiticum ingenium proderet, esset Regia Veritatis Edicta contemnere, quam multi boni & prudentes viri in vniuerso hoc Regno, & in ipsis quidem Parliamentis & Academiis essent Maiestatis rei. At certe Regis nostri Christianissimi Edictum quod docendae veritatis facultatem nobis tribuit, idem conuincendi mendacii potestatem dedit. Neque enim Reg. Edictorum Maiestas contemnitur, dum mendacium sub vestrae artis insidiis latens, a nobis conuincitur.

HAYVS.

Sed dic quaeso, qui Aristoteleos fontes exhausisse pra te fers, quenam sit hac ars, cuius praestantiam nobis vendicamus? &c. pag. 2.

SERRANVS.

Dicam, Non ab Aristotele sed a meliore pra- Ephes. 4. ceptore didici, vestram artem esse Aboam hominum, veteratoriam ad insidiosè fallendum versuticam: vt nimirum discatis fallere, & scientes-vo- postolo- lentes fallamini, semper discentes & docentes, descrypta, neque ad veritatis agnitionem peruenientes ipsi, neque ad eam alios adducetes. Vestrae illius i. Tim. 6. *ἡ δὲ ἀνὴρ μου γνώσεως (vt ait Apostolus) ἀντιδίοις* 20.

erroris efficacia hactenus quidem comitata est, iusto Dei iudicio: at mementote vobis esse mandatum ne gramen terræ aut viride quicquam, neque vllam arborem læderetis: sed tantum homines qui non habent signum Dei in frontibus suis: vestramque illam nocendi potestatem mensium quinque spatio fuisse circumscriptam. Itaque scitote nihil esse causæ cur de discipulorum vestrorum numero triumphetis, quum Deus non modò suos è vestris laqueis sit suo tempore extracturus, sed fallacis etiam vestris, ne ulterius euagetur, modum propediem impositurus. Arida quippe ligna Deus (cuius iusta semper sunt iudicia,) penitus nouit, & suo tempore comburet.

HAYVS.

Si tuo iudicio nullus ex hac, quam suscepisti, disputatione fructus possit existere, quid te ad scribendum impulit? pag. 3.

SERRANVS.

Hoc nimirum, vt præfractis & obstinatis in hac veritatis necessaria defensione omnem excusationis ansam præciderem: ac proinde vt quum veritati contra conscientiam reluctantur, ipsi *αυτοκατάκριτοι* certo iudicio condemnentur. Neque tamen minus veritas triumphabit, quum sit odor mortis in mortem iis qui pereunt, vt odor vitæ in vitam iis qui seruantur: atque adedò operam oleumque non perdo. At percipio hanc propriè salutarem doctrinam tuæ tuorumque salutem cedere.

HAYVS.

H A Y V S.

Ea est ingenij mei tarditas ut quid his verbis tibi velis assequi nequeam. Redi in gratiam cum tua Logica, quæ te dum hæc scriberes, videtur deseruisse. pag. 3.

S E R R A N V S.

Dixeram non inutile de veritate certamen existimandum esse, ex quo veritatis aduersarius obstinatio-
 rior atque insolentior excedat: quorum verborum tam plana & perspicua est sanis hominibus sententia ut tu merito ingenij tui culpam confiteare, quum in re ipsa obscuritas haudquam in-
 sit. Licet enim hæretici repugnent veritati, gigantumque in morem petant cælum petulantia stultitia, nihilominus tamen sua veritati victoria constabit, quæ victricem Dei manum exerit, dum sua virga illa ferrea Filius Dei obtin-
 atorum hostium capita, sicuti vas figuli conterit. Exempli causa. Concionatus erat Christus Ca-
 pernaitis perfectissimè de vera carnis suæ man-
 ducatione. Eius tamen sermonem illi clamant esse durum, complures etiam secedunt. Eidem aliàs
 quisnam ipse esset perspicuè testato insultant Iu-
 dai, eumque conantur reprehendere. Illum tan-
 dem apprehendit, damnant, supplicio sæuissimo
 Pharisæorum plebisque insanæ audacia aduersus
 ipsum ipsiusque doctrinam omnibus insolentiæ
 ac crudelitatis generibus fuerit debacchata: imò
 eum viderunt quem punxerant, in Evangelio suo
 per Apostolos suos triumphantem, ut iudicem
 summum in extremo tandem die experiantur.

Hanc esse Tertulliani sententiã in libro de præscriptio. aduersus hæret. ex ipsius loci lectione constat. Tibi verò, Hay, vtinam ne ista sic conueniant vt duritiæ tuæ in apostasia tua (si veritati pergas aduersari) ἀμειτανοίηται pœnas grauissimas feras, ab eo cuius modò patientiam iocabundus irrides. Quin potius tu redi ad verè λογικὴν λατρείαν Dei: neque idcirco existimato me à mea Logica desertum fuisse quòd tu puram religionem, in qua puer in Scotia innutritus fuisti, non modò deserueris sed euomueris, & aurem ad Dei vocem sicuti aspis surda, modò obtures. Veritatis triumphos ne somniato, etiamsi præfractissimo animo bellum veritati sempiternum indixeris. Te tamen in eorum numero esse percipio qui cognitæ veritati tandem cedant. Quòd autem complures vestrũ naufragium fidei fecerint, exploratæque veritati bellum inferant, alii peccent ignorantia, causa fuit cur duplex vestrorum hominum genus constituerim.

HAYVS.

*Virum te prouidum ostendis qui memor illius
Homericæ ἔνθα δὲ ἐνὶ ἀλῆϊ, ante conflatum de hoste
& sanguine tam diligenter cogitas. &c.*

SERRANVS.

Illepidus est & importunus hic tuus iocus,
Hay, te tamen Iesuita bellè dignus, neque enim
Heb. 4. 12. inproprie loquebatur Apostolus quum doctrinam
2. Cor. 10. suam *Gladium ancipitem* vocabat, & arma
3. militiæ suæ prædicabat: neque Propheta regnum
Psal. 110. Christi describens, *Vulnerabit in die furoris sui
6. 149. 6. Reges, & replebit loca cadaveribus.* & zelum fide-
lium

lium in Verbi propagatione, *Et gladius anceps in manu eorum ad faciendam vindictam de gentibus:* 38. r. &c.

& *Pedes suos lauabit in sanguine impij,* &c. vt sexcenta huiusmodi dicendi genera præmittam, quibus spirituale Christi regnum nõ gladio quidem temporali (quem vt sibi proprium arripuit Antichristus) non corporum sanguine (quem vt effundit idem Antichristus, ita purpureum colorem, magnæ Meretricis insigne, sui Senatus insigne esse voluit:) sed veritatis victoria, & mendacii ac Pseudoprophetarum clade & ignominia illustre esse significatur.

Tui quoque Attici dicunt ἀναίμωνι siue ἀναίμωνι de doctrinæ ipsius palestra & conatu: quem admodum & Latini, sine sanguine & sudore pro eodem. Ita dicendi genus quo sum vsus de incruentis nostris disputationibus loquens, debebat à te commodè intelligi, neque tuis auribus potuit esse peregrinum quin te à communi loquendi vsu, ipsaque adeò ratione peregrinum esse ostenderes.

Aliena porrò non curo, quum ab hostibus veritatis prouocatus, veritatem defendo, armis illis spiritualibus quæ neque Regni politiam neque Patriæ tranquillitatem interturbabunt: dum ego tibi thrasonicè victoriam ante certamen pollicenti arma paro & sanguinem.

H A Y V S.

Si animum ad mansuetiores Musas ἀπ' ἀπορίας ἀνέχων, Minister, adiecisses, Abil cōtra Logices præcepta in Thesibus nostris peccatum inuenisses. Verùm meo consilio Mathematicorum scripta euolues. &c. pag. 5. tota.

SERRANVS.

Inepta a-
nalyseôs
reprehen-
sio.

Quid sit
ἀναλυσις.

Nimum es tibi Suffenus, Monache. non enim sentis teneros illos tuos vngues, siquos habebas puer, in Iesuitismo obduruisse. Quisnam verò παιδείας τρόπου apud Mathematicos sit vsus sine te nouimus. Omni scientiæ, non solis Mathematicis disciplinis, suam Analyfin constare, didicimus in Academia & Peripato. Est enim Analyfis, ἀρεῖς μετὰ τῶν δι' ὧν συνήχθη τὸ ἀληθὲς συμπέρισμα. Methodum ergo illam siue rationem qua propositiones ex quibus fit complexio, ad sua principia reuocantur, Analyfin, quasi retexionem complexionis, propriè veteres appellarunt. Est enim prima Analyseôs opera, Εὐπορία μετὰ τῶν, quæ deinde ipsæ per syllogismum scienter exâdificantur. Quòd si vel summo iudicio perscriptæ Thesès analyfin postulât, num tuæ meritò indignabuntur si ad Analyseôs leges reuocentur? Ex illis igitur propositiones bona fide eduxi, vt & vestra sententia intelligeretur, & disputationi via opportunior sterneretur, earundem connexionem consequutionemque suo loco ostensurus.

Inepta so-
lœcismi
indicatio,
Iesuiticæ
Logices
formam
ex loco
conside-
ret Le-
ctor.
Rei pri-
marię ex-
amen va-
riis effu-
giis elu-

Id quidem quàm rectè præstiterim, iudicabunt eruditi: te verò, perspicacissime Aristarche, solœcismum in illis meis verbis imaginari, *Rēsque adeò nullis inuolucris & fucis ipsa, simplex & vera perspicitur: cuius hæc est plana & perspicua analyfis*, pueri ipsi pronuntiabunt; quum, nisi res alias egisses, illud *cum*, ad *Rei* referri, perspicuè animaduertisses: neque cerebrum tuum, in quo primaria erat solœcismi causa, magna exclamatione continuò exenterasses. Gentem verò cur dixerim, suprâ ostendi; & rem simplicem veramque me

que me appellare eam quæ à fallaciis vestris sit
evoluta, quis non videt?

dit verborum ob-
servatiunculis. Res
planè con-
fessas ini-
rio negat,
quas po-
tè affir-
mat.

H A Y V S.

*Somniare videris, Minister, In nostris Thesi-
bus nihil de Verbi Dei (si Dei Verbi nomine τὸ
ἰσχυρον intelligas) auctoritate scriptum reperisti.
&c. pag. 6.*

S E R R A N V S.

Non somnio, Iesuita : sed tu pergis res alias a-
gere. Tua verba recognosce, antequàm efferues-
cas. Hæc autem ipsissima sunt, *Sacrarum rerum
monumenta literis consignata.* Ecquid aliud est
Verbum Dei, quàm *rerum sacrarum monumenta:*
& τὸ ἰσχυρον, quàm *literis consignata?* Ad cætera
autem huius paginæ verba iam respondi. id est
conuictiosæ loquacitatis quisquillas euerri, ut hîc
scopa non sit opus.

Fœda
Hayi im-
pudentia,
sua verba
negantis.

H A Y V S.

*Non potuisti sine calumnia præclara hæc tua
arma expedire. memorem mendacem esse oportet.
Vbi in Thesibus nostris hæc verba legisti, Ver-
bum Dei partim scriptis, partim traditionibus
continetur. &c.*

S E R R A N V S.

Hæc ipsissima sunt primæ assertionis vestræ ver-
ba partim literis consignata, partim sine scripto
tradita. Deinde, illorum verborum identitatem,

Aliud
Hayi men-
daciū

propriis
verbis cō
uictum.

vt ita loquar, tu ipse hīc agnoscis, his verbis,
Sententiam verborum non negamus. Certè, ea sunt
ταυτὰ & σωώνυμα, ὡς ταύτος ἔστιν ἰσίας λόγος, ac
proinde verè eadem, etiamsi eadem non extent
literæ & syllabæ. sicuti quum Hominem dicimus,
& Animal rationis particeps, idem planè dici-
mus. At *Literis consignari, & Scriptis contineri*
sine scripto tradi, & traditionibus contineri, tu ipse
fateris esse σωώνυμα. Cur ergo negas totidem
verbis illud à vobis scriptū fuisse, quum & ipsum
illud *Partim*, in quo sita est controuersia, sit in
tuis thesibus, & illorum verborum sententiam
fatearis ipse. Quomodo igitur calumniā sine
calumnia mihi potes infligere? Est crassa Elenchi
ignoratio: & non modò memoriæ lapsus, sed
summa vel impudentia vel vecordia, Iesuitica
quidem fronte bene digna, à bono & sobrio viro
penitus aliena. Perinde enim est ac si dicas me
calumniari, quum dicerem idem esse, Petrus est
homo: &, Petrus est animal rationis particeps.

H A Y V S.

*Cum tuo commento miserabilem coniunxisti
differendi insciam. perinde enim tibi est affirma-
re, Verbum Dei esse vel scriptum vel non-scri-
ptum, & asserere, Verbum Dei partim scriptis
partim traditionibus contineri. At tu negare non
audes, Verbum Dei esse vel scriptum vel non
scriptum. &c. pag. 7.*

S E R R A N V S.

Satis pro imperio, & in re quidem ea quæ cla-
mat me à te perperam reprehendi. Equidem scio
non

non idem esse, *Verbum Dei est vel scriptum vel non-scriptum*: & , *Partim scriptum & partim non scriptum*: neque tu me, Hay, cōtradicientium propositionum leges docebis: quarum hanc esse naturam puer didici, vt nihil in illis medium comperiat: cuiusmodi etiam τὸ ἀμεσον in verè ἀντι-
διφρησιμίας speciebus eodem genere comprehensis elucet: vt, Homo Rationis particeps, & Rationis experts, quarum quidem specierum commune genus ita inuestigandū est, vt in genere illo animalis, id est inter λογικῶν & ἄλογον, nihil sit tertium. Huiusmodi nunc inter nos controuersia agitatur: Nunc enim perquam à te, Hay, (si Assertionum illarum autor es) sic proponi animaduerti, vt (sicuti aliās etiā ostendam) à communi Romanæ Ecclesiæ doctrina & sententia dissideres. Cui insidiosæ fallaciæ in ipso disputationis primordio sensim obrepenti volui Analyseôs opera prouidere. quorsum enim Analyseôs nisi ex principiis suis veluti è Lydio lapide veritas intelligeretur? Idcirco disertis verbis subdolam vestri Iesuitismi elegantiam volui eruere & explicare, vt vos ad receptam Romanæ Ecclesiæ sententiam auctoritatēque reuocarem: à qua noui scilicet homines, dissentire pro arbitrio soletis, vt aliquid exquisitius elegantiusque afferre videamini.

Affirmat Ecclesia Romana hanc esse suam Pontificisque Romani auctoritatem vt decreta de religione conscientis præscribat, & hætenus quidem vt illis perægrè ac ipsius Dei scripto Verbo sit obtemperandum. Ita Dei & Ecclesiæ mandata accuratè distinxit Ecclesia Romana, vt qui hanc distinctionem sustulerit, omnem ipsius auctoritatem planè sustulerit. Illas leges à Verbo Dei scripto distinctas, Traditiones Ecclesiæ siue Verbum Dei Non-scriptum appellari qui negat, Romanæ

Fuga Iesuitica,
 ne ad rem ipsam continuo veniatur.
 Nunc enim pernegat Hayus quod postea affirmabit, Verbum scriptum & non scriptum esse Verbum Dei.

Ecclesiæ doctrinam ex ipsis fundamentis conuellit, quum hac ferendorum decretorum auctoritate omnes cæteræ leges inuitantur.

Et ne in re non dubia probanda adhibeam testes non-necessarios, & rei peruulgatæ probationem aliunde quàm ex vobis Iesuitis petam, nam vestri Catechismi conceptam formulam tibi licebit negare: cuius hæc sunt diserta. *Quid est fides? Donum Dei ac lumen, quo illustratus homo firmiter assentitur omnibus quæ Deus reuelauit, & nobis per Ecclesiam credenda proposuit: SIVE SCRIPTA illa sint, SIVE NON SINT.* Extant autem distincti tituli, De Decalogo siue mandatis Dei, & De præceptis Ecclesiæ siue de Traditionibus. Traditionum autem æquam esse cum Verbo Dei auctoritatem potestatemque luculentis verbis Catechismus docet. Sed quid ego in re per se perspicua immoror, & aliunde testimonia exquiro, quum tu id ipse tandem fatearis pag. 10.

Est nimirum *ὅτι διπλῶς ἀμαρτάνειν*, in ipso disputationis limine id negare quod caput est controuersæ: & nimium cæca Elenchi ignoratio, omnibus modis peccans, dum id euertit quod vniuersæ disputationis est firmamentum. Quid enim inter nos & vos controuertitur? Nos, vnicò Dei verbo scripto omnem salutarem doctrinam contineri affirmamus, vos, scripto illi verbo Non-scriptum adiungitis, cuius auctoritate varia dogmata in Ecclesia constituentur. An rectè, suo loco viderimus: hoc certè constat, hac in re totam esse sitam controuersiam, Verbumne Dei sit duplex, Scriptum & Non-scriptum: an vnicum, Scriptum. Itaque tuo illo *Partim*, eas nobis insidias necebas quæ nos in totum à primario disputationis sine abduceret. Logices nimirum illius tuæ, Hay,

ἀλοῖς ἔστι λόγος, ex quo nouum quoddam commentitii cuiusdam Verbi partim scripti partim non-scripti Idolum introducatur. Si enim idem est Verbum scriptum & Non-scriptum, cur disputamus? Si ex vestra doctrina duplex est Dei verbum cur de re perspicua nunc controuertis? Non enim hoc quæritur vtrum vestræ Leges sint scriptæ, sed hoc quæritur, An sit aliud quodpiam Dei Verbum præter illud Verbum Dei, quod à Prophetis & Apostolis commendatum literis, *Scriptura κατ' ἔξοχὴν* appellatur.

H A Y V S.

Nondum ratiocinationem logices didicisti constringere: nulla est hîc partium copulatio quam seueræ illæ tuæ logices leges præscribunt. &c. pag. 7.

S E R R A N V S.

Non hîc disputamus, sed id tantum proponimus de quo futura est disputatio. At tua Logica vt leges bene differendi ignorat, ita omnem commodam orationis ἀναλοσίαν aspernatur. Hîc simplicem nudamque propositionum, è quibus assertiones illæ vestræ constabant, *συνάφειαν* & connectionem, nos (vt debebamus) ostendisse, iudicabit bonus differendi artifex: & in hac τῆ ὅτι indicatione nihil opus fuisse syllogismo, cuius in hac disputatione vsus suo loco perspicietur. Verum Iesuitas omnia *ὕπερ ἁπαρτερίων*, nõ debet esse mirum: quippe qui vt veritatis, ita ordinis sunt hostes.

Cõfundit
Hayus τὸ
πὸν περὶ
θείας.

H A Y V S.

Quod de iure ciuili adiecisti, quorsum spectet, ignoro. &c. pag. 7.

S E R R A N V S.

Scriptū &
non-scri-
ptū Ver-
bum Dei
Iesuitis,
Sicuti Lex
scripta &
non-scri-
pta Iuris-
peritis.

Disce igitur. Eò nimirum spectat vt perspicuo argumento constet te cœlum terra permiscere dum verbum Dei in tua commenta transformas: & quemadmodum Ius ciuile constat aut scripto aut sine scripto, ac proinde aliud est *ἔγγραφοι*, aliud *ἀσέγραφοι*: & illud quidem Non-scriptum Ius vel in more maiorum est positum, vel in rebus indicatis, vel in Iurisconsultorum interpretatione: sic vos Ecclesiam ex imperiorum humanorum modulis terminantes, varias Verbi formas comminiscimini: vt quidem vnum sit Dei Verbum, feruorum suorum literis consignatum: alterum verò totum sit in hominum arbitrio positum, & sine scripto à maioribus ad posteritatem transmittatur: ex quo deinde sic iudicato fiant in cæteris rebus noua præiudicia: denique, vestrorum Doctorum variis interpretationibus in varias sententias distrahatur, vt tot sint sententiæ quot sunt Doctorum capita. Eò quoque accedit, quòd vt temporum, sic & Maiorum & Doctorum, & Iudiciorum variæ vicissitudines ac commutationes existant. Non enim primos maiores omni exceptione maiores, id est Prophetas & Apostolos: non Doctores, id est primæ & verè auzæ Ecclesiæ orthodoxos Patres: non denique vera ex illorum doctrina horum sententiis constituta iudicia agnoscitis: sed novos Maiores, novos Doctores, noua iudicia ex Verbi illius vestri non-scripti arbitratu stabilitis. Hoc nimirum est, Hay, quod volebam. Verùm hac de re suo loco agam copiosius.

Tricæ
Hayana.

Ad tuam autem illa quæ hîc inciuiliter effusis, dum ciuiliū legum cognitionem mihi obiectas,

lectas, conuitia, nonne vides me de industria non respondere?

De sacro ministerio exclamabat sanctus Apostolus, Quis idoneus ad hæc? sibi tamé necessario euangelizandum esse statuebat quòd ea sibi esset à Deo imposta necessitas. Ego verò miser peccator, omnium hominum minimus quid dicam? Me quidem legitimè vocatum à Deo meo ad hoc sacrum Verbi sui ministerium scio: de meis infirmitatibus ingemisco, & cum bona conscientia in eo munere pro modulo meo versans, peto à Domino meo *ingratia*. Hoc vnum tibi pro conuitiis rependo.

Iam verò Ecclesiæ autoritatem & re & verbo agnoscimus. at Idumæo linguam Chanaan esse incognitam, nil est mirum.

Cæteris verè tuis ineptulis reprehensunculis, virulenta tamen *κακονδεσία* refertis, quibus tres sequentes paginas commaculasti, in præfatione responsum est satis.

H A Y V S.

De simili potestate nihil in Thesis scriptum esse scio. hic tuam bonam fidem requiro. &c. à pag. 8. vsque ad pag. 10.

S E R R A N V S.

Tunc igitur illam potestatem Romanæ Ecclesiæ damnas, Hay. id est negasne hanc traditionum condendarum potestatem esse penes Ecclesiam Romanam? Hæc nimirum mea fides est vt quod Aliud est fugiū de Ecclesiæ Romanæ potestate. hinc à vobis dicitur, verè & candidè exponam, Penes te Romanæ profeculo Ecclesiæ scitum est, Penes te Pontificemque Romanum legum illarum con-

dendatum esse potestatem. Si hoc negas, es transfuga: quòd dissimulanter hac de re loqueris, vt meam fidẽ eleues, ecquid de te iudicaturos probos & prudentes viros arbitraris?

Trizez.

Eiusdem candoris est, quòd ais me fallacem orationem meam tuis thesibus agglutinasse. Sunt enim hæc tua verba, *Non scripturam ipsam quæ traditiones non-scriptas commendat. & c.* Ego verò scripseram, *Non-scriptarum traditionum autoritas à scripto Verbo commendatur.* Ideòne igitur fallacem orationem meam appellas, quia actiuam (vt grammatici loquuntur) vocem in passiuam commutauit? sicuti tibi mentirer si quum diceres, Iesuitæ Turnonii amant Serranum: ego dicerem, Non credo Serranum amari à Iesuitis Turnoniis.

Simile est quòd de hæreticis vos quidem loquutos esse fateris, & hæresiarcharum errores notasse: at nos, si Diis tuis placet, à vobis non fuisse designatos. Nos tamen neque idcirco sumus hæretici, neque vos orthodoxi.

Quòd enim me ad Logicos plebeios reuocas, quoniam μέσαι dixerim Demonstrationis, est planè tuum. Quasi verò vniuersæ demonstrationis ἐλομέρετα non plures habeat syllogismos vt singulares demonstrationes, quarum quidem vnicuique sit suum μέσον: ac proinde vniuersæ Demonstrationis è variis syllogismis constitutæ non sint hæctenus plura μέσαι.

Cedò autem quĩ ego *sententiam* cum *quæstione* confuderim, quòd dicam *quæstione* constituta, me Ecclesiarum nostrarum *sententiã* relaturum. Ex vestris enim verbis *quæstionem* cõstitueram, *vestra sententia* explicata, cui nostram opponere debebam vt ἀντιθετοι *sententiæ* intelligerentur. Ecquid igitur est κύμιον ἀείζειν, & ὄντ' ὄντ' ὄντ' ὄντ' nugis totas paginas explere, si hoc non est?

Omnino

Omnino de vestra Babele cogitabas, quum me ad lacus Lemani gigantes amandasti. At quales sint illi Christi fortissimi athlete, Antichristus vester iam pridem nouit, vt non sine maxima causa vos illorum manus nunc reformidetis. Neque enim vobis dubium esse debet quin post has meas velitationes grauioris armaturæ militum cuneos qui vos planè adobruant, tandem sitis experturi.

H A Y V S.

Quas Ecclesias intelligas, difficile est vel coniectura assequi. &c. Peculiaris hæc est tua, Minister, sententia, quam in Gebuensi synagoga non in Christi schola didicisti. &c. pag. 10.

S E R R A N V S.

Certis & necessariis argumentis nouit Antichristus quænam sint illæ Ecclesiæ quæ ex ipsius tyrannide se extricarunt, vt Christi sponsi vocem audirent, peregrini blasphemias auersarentur. Peculiarem autem non esse hanc meam sententiam, primigeniæ Veritatis autoritas, ex qua vna nostram hanc esse doctrinam constabit, abundè docebit id est & te hîc crassè dissimulare, & illic impudenter conuertiari.

H A Y V S.

Ecclesiarum vestrarum antiquitatem antiqua loquendi formula explicare non potuisti. Docebunt te Grammatici rectum usum vocum post & antè. Tuum erat proferre confessionem vel vnâ,

*post & ante annos illos tuos editam, aut unum
certè ex omnibus vestris scriptis. &c. pag. 11.*

S E R R A N V S.

Ecclesiarum nostrarum antiquitas non hîc erat
à me explicanda, quippe quæ è suis matricibus,
id est Apostolorum prototypis sit iis omnibus
nota qui oculos habent, & in veritatis luce ver-
santur. De vobis mihi erat cogitandum, non mo-
dò nouis sed nouissimis hominibus qui ex vltima
abyssò nuperrimè prodiistis. Atqui non erat exi-
gui laboris commodum expressumque vocabu-
lum comperire, quo vestra illa nouissima nouitas
repræsentaretur. Itaque dabunt mihi veniã Gram-
matici quòd in noua re nouum adhibuerim vo-
cabulum, è probatissimi tamè autoris fonte parcè
depromptum, quemadmodum scio illos nobis
indulgere: & fortasse in re Iesuitica erit in hono-
re hoc vocabulum, si volet Vfus, quum tot hostes
aduersus Iesuitas hodie vndiquaque confluent,
quibus est apparandus vocabulorum commea-
tus. Nouè igitur dixi, Nostrarum Ecclesiarum con-
fessionem *post annos complures* fuisse editam *ante-
quàm* vix ac ne vix quidem auditum esset in Gal-
lia Iesuitarum nomen. sicuti enim Cicero (quo
vno teretes Iesuitarum aures delectari noram)
quum antiquissimæ rei memoriam vult significa-
re, his dicendi formulis vtitur, *Post omnem me-
moriam, Post homines natos, Post natum siue edi-
tum genus humanum*: sic ego volebam *ἐπειρή-
ται* innuere. Editam olim fuisse Ecclesiarum no-
strarum confessionem compluresque post illam
editam annos effluxisse antequàm Iesuitæ in Gal-
liam nostram conuolassent. vt verissimum esse o-
mnes Gallicarum rerum periti norunt. Quicquid
fit, tan-

Importu-
na repre-
hensionis
infinitas
ter ab
Hayo re-
petita.

fit, tantine fuerit vnus voculae momentum ut Hayo triumphus idcirco decernatur, æquumque sit tantam victoriam quatuor in locis (sicuti fecit Hayus) & latinè & gallicè notari: quasi vniuersæ disputationis cardo in eo vertere:ur? sic & *Recensere sententiam* quum dicat Cicero & probati quique latinæ linguæ autores, in Hayi cerebro illud *ἀκυρον* quod mihi obiicit, haud dubiè comperietur, quum ineptiarum suarum phantasmata non possit recensere. Quòd verò tam auidè exquirat Hayus rem vniuerso Galliæ orbi cognitam, nouo quidem & peregrino homini aliquid condonandum esset, si discendi causa rem sibi incognitam percontaretur: at in malefico consilio, ecquis non impudentis animi vecordiam detestetur: in re inutili, ridiculam dementiam non rideat? Disce igitur, Hay, de rebus tibi incomperitis aut silere aut modestè loqui. istis enim *ἀπειθελοῖς ἀνιδεῖαι* totus & in scriptis & in vita scartes, at nihil est in homine turpius quàm mendacium & impudentia.

Quid igitur, Lector? Me quidem tot & extra rem & sine te verborum pudet pigetque. Verùm quomodo aliter cum Iesuita agam, cui obseruariuncularum istarum (in quibus causæ vniuersæ proram puppimque locat, & ex quibus apud imperitos triumphat) silentium summa disputationis esset victoria? Sic igitur longa Hayanæ orationis vestibula permeauro, ut ad ipsa tandem sanctiorum illius mysteriorum adyta accedam. De re autem ipsa modò dicturus, operæpretium est ut prioris huius partis summam & œconomiam initio substernam. Atque sic quidem De

QUESTIONIS TERMINIS dictum esto.

D. j.



PRIMA PARS QVÆSTIO-
NIS, EAQVE *ἀνακρίσις*, QUID
NON SIT ECCLESIA.

Huius partis hæc erat primaria com-
plexio, *Ecclesiam Romanam siue Papa-
tum non esse Ecclesiam Catholicam de
cuius agitur autoritate*. Complexio-
nis autem istius hoc erat primum
argumentum.



Q UOD Naturæ & Verbo Dei repu-
gnat, planè est repudiandum.
Catholicæ-Romanæ Ecclesiæ princi-
patus, id est Papatus, Naturæ & Ver-
bo Dei repugnat.

Ergo planè est repudiandus: & ex vi consequen-
tis, non est Ecclesia Catholica, in qua sola est sa-
lus quam omnes seriò amplecti debent.

*Argumenti huius probatio quatuor his syllogismis
conficiebatur.*

1. Partem vt totum definire, Orbem in Vr-
be includere, Naturæ repugnat.
Catholicæ-Romanæ Ecclesiæ principatus, id est
Papatus, partem vt totum definit, Orbem in Vr-
be includit.
Naturæ igitur repugnat.

2. Vni corpori duo capita affingere, Naturæ
repugnat.
Catholicæ-Romanæ Ecclesiæ principatus, siue
Papatus vni corpori duo capita affingit.
Naturæ igitur repugnat.

3. Chrif-

QVID NON SIT ECCLESIA. 51

3. Christo vnus Ecclesiæ capiti visibile caput adiungere, Verbo Dei repugnat. Ecclesiæ Catholicæ-Romanæ principatus siue Papatus, visibile caput, ipsum nimirum Pontificem Romanum, Christo adiungit. Verbo Dei igitur repugnat.

4. Omnis doctrina quæ indebitum honorem hominibus affingit, Filium Dei proprio honore spoliât, & Antichristum in Ecclesia stabilit, planè repugnat Verbo Dei.

Catholicæ-Romanæ principatus siue Papatus, indebitum honorem hominibus affingit, Filium Dei proprio honore spoliât, & Antichristum in Ecclesia stabilit.

Verbo Dei igitur repugnat: atque ex vi consequentis vt Catholicæ communioni planè aduersarius & erroris mortisque viâ, detestandus est.

Argumenti autem illius inæpticia sic breuiter à nobis instituebatur.

Catholicæ-Romanæ principatus siue Papatus duabus hypothesibus innitebatur. Vna quidem, quòd Petrus Romanæ sedis Episcopus principatum Ecclesiæ Catholicæ sibi suisque successoribus hereditarium à Christo acceperit. Altera verò, Quòd Romana Ecclesia illius principatus sit heres: ac proinde ipsius Episcopus sit caput siue summus-Pastor Ecclesiæ Catholicæ.

Hoc argumentum planè esse nullum, ideò ostendebamus quòd falsæ sint hypotheses quibus innititur. Vt vt enim verum sit Petrum Romanæ sedis Episcopum & docuisse & mortuum fuisse Romæ: falsum tamen est, illum à Christo principatum in Ecclesiam Catholicam sibi & suis hereditarium accepisse: quum neque illud ius Petro vllius creaturæ competere vllò modo possit, ne-

que ad successores suos transfundi queas, quandoquidem non personarum sed doctrinæ successio agatur. Deinde, licet vetus Ecclesia Romana doctrinæ integritate maximisque aliis donis inter cæteras Ecclesias olim illustris, hoc iure esset vsa: non tamen consequitur hodiernam Romanam Ecclesiam hoc ius sibi arrogare posse, quum è casta Christi sponsa sit facta spurca meretrix & fœdum Antichristi prostibulum: ac proinde è Catholicæ Ecclesiæ communionem ab eo tempore se seiunxerit, quo tyrannicum Antichristi iugum accepit, & adultero tota adhæsit.

Hæc ferè est analysi prioris meæ aduersus Iesuitarum Turnoniorum primam assertionem Responsionis, quam idcirco breuiter sum complexus quòd & institutæ descriptionis ratio id postulare, quum hac de re librorum plaustra iam exstent: & obiter de hoc argumèto tractarem, quum Ecclesiæ Christianæ vocabulum, ne *quæcumque* falleret, prius esset explicandum quàm de illius auctoritate ageremus. Hanc necessariam breuitatem meam Hayus incuriam & incitiam vocat: an reète, ex ipsis rebus Lector eruditus iudicabit.

Argumenti autem mei probationem sic instruere sum conatus, vt ipsis illis testibus quibus aduersarii contra nos vtuntur, tota perficeretur. Petrum vnum iuris illius hereditarii parentem & stipitem appellant: Catholicæ Ecclesiæ Patres iuris illius interpretes & fidei iussores nobis opponunt. Petrum igitur illius iuris vindicem, & è Patribus quidem eos qui Ecclesiæ Romanæ dignitati magis fauerunt, & fauere debuerunt, patronos in hac causa adoptauimus, vt bona fide res ipsa ageretur.

E Petro quod assero testimonium singulas controuersiarum partes notat, vt sit *ἀποκρίσις*. i. omnibus partibus

partibus perfecta absolutaque probatio, ex vno eodémque Petri locupletissimi testis loco. Testatur enim Petrus se esse *συμπεροσβύτερον*, id est cæterorum Presbyterorum collegam, ac proinde importunum illum commentitiúmque primatum à se amolitur. Vnum *ἀρχιεπίμωνα* Christum disertè agnoscit, ac proinde alium *ἀρχιεπίμωνα* id est summum Pastorem in terris, caput visibile siue ministeriale Catholicæ Ecclesiæ, suum successorem detestatur. Denique, vetans ne quis *κατακρείδη τῷ κλήρῳ*, id est Ecclesiis Dei dominetur, disertè vetat nequa Ecclesia omnibus omniú donorum generibus quantumlibet illustris, in cæteras Ecclesias dominatum siue principatum vsurpet.

E Patribus Cyprianus, antiquissimus scriptor, & Romanæ Ecclesiæ dignitati maximè fauens, è primigenia & verè antiqua Apostolorum doctrina, disertè docet, Vnam esse Catholicam Ecclesiam nõ vnus Urbis mœnibus circumscriptam, sed per totius Orbis spatia perfusam: vnúmque Ecclesiæ Catholicæ caput, Iesum Christum.

Hieronymus, Romanæ Ecclesiæ presbyter, palàm edicit nefas esse, Orbem in Vrbe includere, atque adeò Ecclesiam Romanam, particularem videlicet Ecclesiam, Catholicæ Ecclesiæ auctoritatem sibi vendicare.

Gregorius verò, Romanæ Ecclesiæ Episcopus, Vniuersalis Episcopi principatum noménque disertis verbis detestatur, & illud vocabulum appellat scelestum: nouæque istius Romæ, quæ visibile in terris Catholicæ Ecclesiæ caput sibi hodie vendicat, & summam in omnes Ecclesias auctoritatem vsurpat, tyrannidem tam luculenter describit, vt tum propinqua Antichristi tempora fuisse testetur cum hoc vniuersalis Episcopi no-

men ambiebatur : omnino decet nunc regnare Antichristum in Ecclesia, quandoquidem hoc nomen his temporibus inualuit, atque adeò vos Antichristi esse mancipia qui hoc Ecclesiæ Catholicæ-Romanæ in cæteras Ecclesias sub vno capite visibili Pontifice imperium tueamini, non obscure significet.

Hæc ego quidem, quanta potui & breuitate & perspicuitate, exposueram in libello meo. Quidam verò ad illa responderit Hayus, proximum est vt videamus.



VERBI DEI ET ECCLESIE
VOCABVLA DISTIN-

GVVNTYR.

HAYVS.



*H*X nominibus nomen facis. Cur verò omnia ea confundis que distinguenda sunt? Logica tua forte assis nimis inops te subito d'vova d'rlu creans, tibi potestatem facit noua rebus etiam antiquis imponendi nomina. Vis Verbi & Ecclesia Dei nomen ab utrisque nostrum peraque accipi. quod tuum de nobis iudicium equis animis accipere non possumus. pag. II.

SERRANVS.

Nouum
Hayi di-
uortiu in
verboru
strophis.

Andabatarum in morem, Hay, cum laruis dimicas, & volens-sciens claræ veritati tenebras offundis. Nihil ego cōfundo. Plana est verborum meorum

meorum sententia : neque noua rebus uocabula impono. Verbi Dei & Ecclesiæ nomina non sum commentus. Quin autē uos & nos peræquē illas uoces, *Verbum Dei & Ecclesia*, in ore habeamus, quis nescit? Vos enim dicitis, *Verbum Dei habemus : Nostra est Ecclesia*. Nos quoque idem dicimus. Commune est igitur & uobis & nobis idē

Verbi & Ecclesiæ
tollendā.

VERBI-DEI & ECCLESIAE nomen. De re ipsa controuertimus. Id ego disertis uerbis significaueram, eoque consilio dixeram Verbi & Ecclesiæ uerā, eoque consilio dixeram Verbi & Ecclesiæ uocabula esse distinguenda, ne *ὀμωυμίας* fallerēt. Cur igitur tam ineptē nugaris in re perspicua? Didiceram in Peripato nullam uobis Sophistis aut efficaciorē aut peruulgatiorē esse fallaciam quā *ὀμωυμίας*, in cuius latebris insidias rebus struatis. Idcirco uocabula ipsa inquit uolui distinguere, ne nos uestris laqueis in ipsa disputatione inuolueretis.

H A Y V S.

Lubenter à te discerem, cur in explicanda Ecclesiarum uestrarum sententia, Dei Verbum esse Prophetarum & Apostolorum doctrinam asseruisti, Veteris & noui Testamenti libris comprehensum: nunc uerò te ipsum, ut suspicari quis possit, quasi corrigens inquis: Verbi Christi appellatione quin ueteris & noui Testamenti siue fœderis libros, qui κατ' ἐξουσίαν Biblia appellantur, nobiscum intelligatis minimè dubitamus. pag. 12.

S E R R A N V S.

Quin tu id à teipso discito, nimirum, *Posterio-*
D. iiij.

rem meam orationem à priori non differre. hæc enim sunt tua verba, vt ex ore tuo κακουρίας damneris in futili reprehensione. Sed ad rem Ecclesiarum nostrarum sententiam suo loco posui: hanc me disertis verbis explicasse tu etiam fateris. Iam ad ipsam disputationem aggredior: & ne me αὐαντίας fascino deludas, in ipso primordio *Verbi Dei & Ecclesie* (quum de his sit totius disputationis firmamentum) vocabula distinguo. Dixeram quod res est, *Verbi Dei* appellatione, Prophetarum & Apostolorum doctrinam, Veteris & Noui Testamenti libris comprehensam intelli-

Quidnam
sit Verbum
Dei.

gi. Nunc eiusdem *Verbi Dei* appellatione veteris & noui Testamenti libros dico intelligi: Maxima verò ratione permotus dicendi genus commutauit, vt rem eandem distinctius tutiusque explicarem. quum enim palàm sit Prophetica & Apostolica doctrina aduersarios Prophetarum & Apostolorum doctrinam in ore habere: & quàm intelligerem mihi rem esse cum Iesuitis qui totam in verborum aucupiis victoriam vestigant, mihi erat imprimis elaborandum vt omnibus impostorum tendiculis aditum omnem obstruerem. Libros igitur illos sacros, id est ipsa Biblia dixi & dico esse Verbum Dei, quibus libris salutaris doctrina per Prophetas & Apostolos explicata continetur: ne alibi doctrinam Prophetica & Apostolica quisquàm imaginetur, ac proinde omnes *ἰτεροῦ ἰδαντίας*, id est quicquid ex his libris non

1. Tim. 1.3.
Rom. 10.
4.

1. Cor. 4.
6.

in illa Scriptura quæramus, neque in cœlum ascendamus, neque in abyssum descendamus, vt vestro auspicio eam, Iesuitæ, inueniamus. Hoc nimirum το δεῖν, est Verbum Dei. Hoc ipsum est veritas doctrinae salutaris: sicuti ait Apostolus, *Hoc est verbum illud fidei quod prædicamus*: atque adeò non vult

nō vult quenquam *Supra id quod scriptum est, sapere*. Doctrinam non ait, sed ipsos illos libros notat, qui eo ipso sunt libri siue Biblia, quia scripto custodiuntur, vt falsariis ementix doctrinx ansa omnis præcidatur. Hæc fuit causa cur sacra Biblia, id est Prophetarum & Apostolorum libros distinctè dixerim, vt Iesuitas ad notariorum autographa reuocarem.

Tua igitur illius argumenti subtilitas est nulla, tuisque illis quas prædicas oratoriis lacertis viribusque indigna. Aliud quidem est id quod continet, aliud id quod continetur: ac proinde quæcunque effugia sis quæsiturus non poteris eo loco elabi quin aliud sit, Sacramenti panis qui continet, aliud Christi corpus quod in Sacramenti pane ais contineri. Nos sacrorum Bibliorum syllabas & literas non numeramus, neque amuleta & Agnos-Dei ex Scripturæ tessellis conficimus, sicuti faciunt præstigiatores & arioli Iesuitæ: hoc tamen affirmamus in his nouissimis temporibus nullas alias reuelationes expectandas esse quàm quæ in sacris Bibliis .i. Prophetarum & Apostolorum libris (quantumlibet Hayo inuisis) continentur. Ita nec alibi quæri debere nec inueniri posse veritatem. Libros igitur illos Verbum-Dei esse affirmamus, figuratè quidem sed tamen verè.

H A Y V S.

Si dixeris nullam esse in Ecclesiarum vestrarum sententia à te proposita obscuritatem, posteriorèque tuam orationem à priore non differre, sophista es: quando non doctrina sed ostentationis causa, Verbi & Ecclesie nomina distinguenda

susceperis. Posteriorẽ verò tuam orationem, qua Dei Verbum veteris & noui testamenti libros, priore qua idem Dei Verbum Prophetarum & Apostolorum esse doctrinam veteris & noui Testamenti libris comprehensum asseris, obscuriorem esse, si Grammatices præcepta cum Logicorum subtilitatibus coniunxisti, non inficiaberis. pag. 12.

SERRANVS.

Hoc quidem dico neque vllam planè esse in Ecclesiarum nostrarum (vt ipse ais) *sententia à me proposita obscuritatem: neque posteriorem meam orationem à priore differre: tuam tamen consequentem falsam esse aio.* Quum enim doctrinæ (sicuti modò ostendebam) non ostentationis causa, Verbi & Ecclesiæ nomina distinxerim, non sum sophista: quum Spiritus sancti sermonem sequar. Christus, suos ad Prophetarum doctrinam subinde reuocat. Idem tamen iubet vt scripturas
 Ioan. 5. 39. 2. Pet. 1. 19. scrutentur. Petrus, *λόγον* quidem *προφητικῶν* id est Prophetarum doctrinam commendat: eandem
 1. Tim. 4. 16. tamen continuò Scripturam vocat. Paulus, Timotheum omnesque adeò fideles vult *τῆν διδασκαλίαν ἐπιχειν*. id est doctrinæ attendere, idem tamen ibidem eundem ad lectionem, non Talmudis sed Prophetarum reuocat. & idem ait Ecclesiam super Prophetarum & Apostolorum fundamentum superstructam esse: duriori sanè metaphora, si Hayo crederetur: quasi ipsis Prophetarum personis Ecclesiæ inniteretur. At non est ita. vt enim bene sensit Spiritus sanctus, sic rectè loquutus est. Verùm his variis dicendi generibus omnem aditum præcludere voluit omnium phanaticorum audaciæ, ne extra Prophetarum doctrinam euagarentur, ac proinde ipsorum libris
 tanquam

QVID NON SIT ECCLESIA. 59

tanquam certis cancellis atque terminis fidem nostram circumscripsit. Non est igitur ostentatio Sophistica, Iesuitis quarto modo propria, sed est necessaria *ἐπεξηγασία* & explicatio remedii aduersus Sophistarum dolos.

Posteriorem quoque orationem meam priore obscuriorem esse nego. licet enim sit figurata (librorum enim propheticorum appellatione prophetica doctrina *μετ' ἀνυμνήσιος* accipitur) non idcirco tamen obscurior est, imò & vsitatior & expressior, (quemadmodum ex superioribus Lector animaduertet,) & huic etiam disputationi accommodatior est. Quum enim scriptum Verbum Dei pro solo Dei Verbo nos amplectendum doceamus: vos contra negetis, describendi erant certi fines quibus sententia nostra contineretur. LIBROS veteris & noui instrumenti, id est sacra BIBLIA propriè designauimus, vt hoc scriptum omnibus cæteris scriptis, ad quæ res fidei reuocarentur, ipso iure opponeremus. Ecquis igitur non videt te nulla causa tergiuersari?

H A Y V S.

Quis te sic argumentari docuit. Minister? Ex Verbi Christi & traditionum à te conficta distinctione concludis Verbum esse genus, quum tamen efficere debuisses, vt oratio tua constaret, Verbum-Dei aut Christi genus. &c. pag. 12.

S E R R A N V S.

Quum *Verbum-Dei* siue *Christi* paulò antè definierim, Monache, & in orationis complexione de eodem illo Verbo agam, quis non videt *Tricæ* in non duro genere dicendi *Dei* siue *Christi* voces *voculis.*

ὁ τοῦ λόγου esse repetendas? ut sit, *Genus est igitur Verbum-Dei sive Christi*: quoniam iam dixeram eo ipso in loco, Verbum-Dei, ex vestra quidem sententia, Verbum non-scriptum peræquè ac scriptum complecti. Iam verò quænam dementia est id cum excandescencia probro ducere, quod laudi erat ducendum? In explicanda enim vestra sententia æquum erat ex vestris verbis bona fide lucem petere, ut vos ipsi vestræ sententiæ essetis interpretes. Hocine est fraudulenter agere, an potius quod tu nunc sine causa in me effundis, est calumniari & sophisticè tergiuersari?

H A Y V S.

Atqui neque hoc tibi damus. Satisne sanus es qui propterea Verbum Dei scripti & non-scripti genus esse dicis, quòd sua amplitudine utrumque verbum complectatur? Nāquid tuo iudicio Evangelium Christi domini ante Dei verbum fuit quàm scriberetur, & iam scriptum Dei verbum permanet? Si ergo ad tuæ Logices præscriptum argumentandum erit, concludemus Evangelium sui ipsius esse genus. quòd ἀτοπώτατον & ab omni ratione alienum tu ipse animadvertis. &c. pag. 13. & 14.

S E R R A N V S.

Nihil quoque à te posco. tu tantùm videto ne veritati sciens relucteris. Tūne verò satis sanus es qui & te inutili labore excrucias & lectorem densissima rerum extra institutum quæstionis scopum sine vlllo iudicio cumularum caligine inuoluis? Quò enim excurris, & cur de re nullo modo controuersa digladiaris? Non hoc quaeritur,

Nouæ à re primaria digressiones, variis strophis inuoluitur.

ritur, vtrum vel verbum Dei nõ fuerit antequam scriberetur, vel Euangelium fit sui ipsius genus, vel fides hominum sine verbo Dei possit confiteri, vtrum membranis siue chartis tutius quàm hominum auribus verbum Dei committatur, & siquid est quidpiam aliud quod hac de re cupias obiiicere. Neque item opportunæ sunt tuæ illæ Apostolorum, quos minimè accusamus, à te perperam institutæ excusationes, aut illæ de tuenda Verbi-Dei autoritate quam nos aduersus te tuemur, protestationes. Hoc vnum quæritur, An his nouissimis temporibus, post solennem Euangelii prædicationem, Patre per Filium loquuto, atque adeò per Apostolorum scripta iis omnibus luculenter explicatis quæ ad salutem nostram pertinent, aliquod sit Verbum Dei non-scriptum præter illud scriptum, quod *κατ' ἐξουσίαν* Scripturam appellamus.

Quomodo de scripti Verbi autoritate quæritur.

Itaque hinc à te multipliciter peccatur. Ignorantione Elenchi, quum institutæ quæstionis firmitermentum euertas: Petitione principii, quum id quod in controuersia positum est, tanquam ratum ostentes: Compositionis strophæ, quum res optimè inter se distinctas confundas: denique, contradictionis & *κατ' ἐξουσίαν* infamia, quum & tu tibi ipsi contradicas, & planè absurda doceas.

Variæ huius exceptionis strophæ.

Verum antequam tuæ orationis vitia singulatim ostendam, quæro à te cur non pateris disputationem ordine progredi, & mihi tamen nullo pudore ordinis perturbationem obiiicis? Iudicato quæstionis statu, vocabula primùm hinc distinguebam his positis quæ ab vtrisque nostrum ad suam sententiam tuendam vtrinque ponuntur. Quidnam à me hinc aduersus Ordinis leges fuit peccatum? Tu verò hinc importuno loco, quum ea à me ponuntur quæ tu maximè tueris, & in qui-

Ordinis perturbatione Iesuaitis vernacula.

bus totius controuersie cardo versatur, tanquam in ipso disputationis æstu efferuescis. Perinde igitur facis, Hay, ac vitiligatores solent, qui ne ad rem primariam veniant, omnes rationes exquirunt quibus in accessoriis, vt loquuntur, diutiùs immorentur.

Sed vide quidnam agas tuis illis longarum ambagum inuolueris. Dicimus à vobis poni duas Verbi-Dei species, *Scriptum & Non scriptum*; ac proinde *Verbum-Dei* esse genus. Tu id pernegas. Qua de re igitur disputamus? cur vestra Assertio prima ait, *Rerum sacrarum monumenta partim literis consignata, partim per Christianorum hominum manus sine scripto tradita, ab Ecclesia conseruari*? cur tu disertè ais, *Traditiones non-scriptas Dei Verbum esse*? Ceddò, idémne tibi est Verbum scriptum & non-scriptum necne. Si idem tibi est, falsa est notatio scripti & non-scripti, & planè e mentita, quum hæc ex diametro repugnent, Scriptum & non-scriptum. Si, quod disertis verbis fateris, *Verbum Dei* sua amplitudine & scriptum & non-scriptum complectitur, quidni erit vtriusque Genus? Quid enim aliud est Genus quàm illa amplitudo quæ res subiectas complectitur? In re perspicua & per se confessa ipsümne illum quem disputationum nostrarum Palæmonem initio adoptabas, Aristotelem autorem appellabo? Quidnam hac de re statuat Ecclesia Romana, quidnam vestri Catechismi perscripserint, hæctenus ostendi. Nunquid igitur vana erit Romanæ Ecclesiæ auctoritas, Verbum Scriptum à non-scripto ita distinguentis, vt traditionibus non-scriptis quarum ius sibi propriè vendicat, parem æqualémque cum Verbo scripto tribuat potestatem: & dum vtrumque Verbum-Dei appellat, vtrumque eadem eiusdem Generis communitate

Verbum
Dei du-
plex Iesu-
tis, Scri-
ptum &
non-scri-
ptum.

QVID NON SIT ECCLESIA. 63

munitate circumspiciat? Sitne verum, sub loco viderimus. Hoc tamen constat, Romanæ Ecclesiæ palmarium in traditionum condendarum iure, quod pari sit cum Scripto Verbo potestate, eademque reuerentia à Christianis debeant obseruari, totum inesse. Qualem ergo patronum, Hay, Collegæ te tui delegerunt vt in Romana doctrina holpes id neges quod ad causam tuam maxime pertinet, etiam quum ab aduersario ponitur? Est ergo crassa Elenchi ignoratio, qua vniuersæ disputationis firmamentum subuertitur.

Iam verò quàm scæda est Principii petitio, te nobis earum rerum absurditatem tribuere quæ nullo modo aduersus nos sunt probatæ, & ita triumphum canere nondum vel inito certamine? Quod enim ponis nos negare nullum aliud vnquam extitisse Verbum-Dei quàm quod scriptum esset, quàm est impudens! In eo minime esse Idè Verbum Dei & antiquam scriberetur, & postquam scriptum est. positam controuersiam iam ostendimus, sed in hoc vt intelligamus An postquam Verbum-Dei scripto commendatum fuit, sitne aliud quodpiam Dei verbum non-scriptum pari cum scripto auctoritate. Qua igitur fronte audes, Monache, rem nobis imponere quæ nobis ne in mentem quidem venit vnquam, itaque tua nobis impudenter somnia affingere? Credimus quidem Deum postnatos homines Ecclesiæ suæ nunquam defuisse, eamque suo Verbo & collegisse & conseruasse: ita tamen vt in dispensanda Veritate sua admirabilem planè ordinem tenuerit, quam pleni temporis Ephes. 10. *ὀικονομίαν* vocat Apostolus, quum videlicet Hebr. 1. 1. Jac. 1. 18. *πολυμερῶς & πολυτρόπως*, id est pluribus vicibus & modis Ecclesiam suam sit alloquutus. Suos enim semper Verbo veritatis suæ progeniuit atque educavit. Sed vt varia fuerunt temporum interualla, varizque aded Ecclesiæ ætates, ita varios

Ephes. 3.
10.

Gen. 2. 12.

modos adhibuit multiplex Dei sapientia in Verbo suo suis patefaciendo atque dispensando. Incunabula fuerunt Ecclesiæ in illa promissione Adamo post peccati lapsum facto de semine mulieris caput serpentis collisuro : quo nimirum Christus, sempiternum Verbi Dei subiectum significabatur. Ad promissionem accesserunt sacrificia tanquam sigilla : reuelationibus & visionibus Deus sese Patribus patefaciebat, ita tamen vt illos semper alloqueretur, ac proinde Verbo suo potentiam suam in seruandis hominibus salutare constantem exereret : donec opportuno tempore, id est à se cõstituto, Verbum illud suum literarum monumentis Mosis primùm, deinde Prophetarum ministerio voluit commendari : vt quemadmodum in variis hominis ætatibus relegendis variæ adhibentur rationes singulis ætatibus accommodatæ, ita quoque varias Ecclesiæ suæ ætates, prout commodius vtiliusque est visum, sua sapientia Deus gubernaret. Suorumne beneficiorum rationem Iesuitis reddet? Hoc certe constat, hominum impiæ curiositati atque audaciæ præclusum sic aditum fuisse. Num inde consequitur, Non extitisse Verbum Dei antequàm scriberetur? Peræquè enim est ac si quis dicat contractum non extitisse antequàm à notario sit literis consignatum, quum tamen bonæ fidei verbis contractus maximè constent. Ecquis igitur non videt, Hayum Compositionis strophæ hinc ludificari veritatem. Ea enim tempora confundit quæ vt maximè distincta sunt, ita distinctè sunt consideranda. Idem igitur Dei Verbum erat antequàm scriberetur, sed varia & mensura & vario modo dispesatum fuit. Patribus & nobis vnus idemque Christus, eodem Verbo exhibitus, ad eandem hæreditatem nos deducens : variis quidem modis, hactenus

hactenus tamen vt imposito omnibus reuelationibus sine, Verbi-scripti terminis Apostolorum suorum ministerio fidem nostrā terminauit. Quin igitur tu ipse doceto Hay, esse aliud quodpiam præter illud quod à Prophetis & Apostolis scriptum est Verbum, quo fides nostra contineatur. Nos quidem & sine Verbo Dei hominum fidem posse consistere negamus, & illud Verbum Prophetarum & Apostolorum scriptis nunc definiri affirmamus: importunūque adeò esse quærere quomodo puer in vltima pueritiæ ætate sit regentus, quum ex ephēbis excesserit. Distingue igitur Ecclesiæ ætates, & varios eiusdem Verbi modos distinxeris. Rectè quidem præceptor meus charissimus & plurimū obseruandus Theodorus Beza Iosephum reprehendit: tu verò præceptoris mei autoritatem veræ doctrinæ, quam ipse fideliter tuetur, maleficè opponis.

Porrò, te multa absurda ex nostra doctrina imaginari, quæ nullo modo ex ea consequuntur, quis non videt? Nemo enim sanus rectè collegerit, Vnicum est Dei verbum illud quod in sacris Bibliis continetur, Ergo nullum verbum Dei erat antequàm scriberetur. Imò, nisi extitisset antea, non fuisset scriptum. Argumentum enim sic aduersus te retorquetur. Idcirco literis mandatum est Verbum illud Dei quod à Deo Patribus fuerat reuelatum, vt ab Ecclesiæ posteritate certiùs vtiliùsque perciperetur.

Idem quoque illud tuum est quod vocas *Ἀποστόλων*, Vnicum est Verbum Dei, nimirum scriptum. Ergo Euangelium est suiipsius genus. Quid Vnum idemque Euangelium Patribus sub lege constituit, ipse omnino ignoras: etiamsi *ἐκ τῶν ἑβραίων* sub Euangelii nomine insidiosè occultes: quo nō tantum solennis illa per Apostolos de Christo exhibitum publicatio intelligitur, sed de eodem ven-

turo promissiones sub Lege Prophetarum ministerio datæ notantur. Esto igitur, nullúmne erat Verbum scriptum antequàm Euangelium Apostolorum literis mandaretur? Aut quum promissiones illæ à Prophetis prisçæ Ecclesiæ de Christo venturo explicabantur, num literis caruerát? Prophetarum quidem extant monumenta. Quomodo igitur Euangelium erit sui ipsius genus, si vnicum est Dei Verbum Scriptura sacra? Certè respondebit vobis Apostolus Paulus sicuti olim iisdem hominibus respondebat, qui aliam doctrinam afferebant ab ea quæ scripto Verbo con-

Galat. 1. 7.

tineretur, Miror vos ita citò transferri in aliud Euangelium quod non est aliud: sed nonnulli vos turbant, & volunt inuertere Euangelium Christi. Sed etiamsi nos aut Angelus è cælo euangelizet præter id quod vobis euangelizauimus, anathema esto. Quæ igitur fronte vos auderis duplex Dei verbum statuere, & idem esse affirmare, nisi vt species eiusdem generis communitate cõtineatur? Scriptum Dei-Verbum, nõne est vobis Dei verbum? & Non-scriptum Dei-Verbum nõne est vobis Dei Verbum peræquè? Quum hoc sit ἀυτόμορον & plañè confessum, quis non videt Verbum-Dei sic à vobis Genus statui, vt duas species Scripti & Non-scripti complectatur: ac proinde à te nunc ἀείρωτα & disparata ingeri, qui neges Verbum Dei esse Genus, Scripti & Non-scripti verbi? Si consequens tibi absurdum videtur, antecedens quoque absurdum esse fatearis necesse est, id est absurdam esse illam vestram Scripti & Non-scripti Verbi-Dei distinctionem: quum nihil possit præter id quod scriptum est in Ecclesia doceri, quin άλλο & verè aliud Verbum inducatur, quod summum est scélus, quandoquidem sicuti vnus est Deus & vna fides, ita vnum est Dei Verbum, quo

Hayi argumenta-
tio con-
tradictio-
nibus im-
plicatur.

QVID NON SIT ECCLESIA. 67
 quò nostra fides innititur: quemadmodum suo
 loco copiosius exponam.

H A Y V S.

*Quia Verbum Dei ἀντισπῆται & ῥεκυροῦται
 cum verbo scripto & non-scripto, ac latius patet
 quàm Verbum scriptum, vis Verbum Dei esse
 scripti & non-scripti Verbi genus. pag. 13.*

S E R R A N V S.

Volo, ex tua quidem doctrina: & sic omnes ne-
 cessariò vident consequi. Quemadmodum dico Probatut
 Verbum
 Dei, est
 genus scilicet
 scripti & non-
 scripti
 Verbi te
 fuitis.
 Animal esse genus Rationalis, quia ipso latius pa-
 ter, & ipsum Irrationale præterea complectitur:
 ac proinde dux illæ species cum eo recipian-
 tur. Si enim quæram quid sit homo, respondebis
 esse animal rationale: & quid sit leo, animal irra-
 tionale. Eodem planè modo, quærà à te, quidnam
 sit Verbum à Prophetis & Apostolis scriptum:
 respondebis, opinor, esse Verbum Dei. Si verò
 quæram, Quænam sunt Traditiones illæ non-scri-
 ptæ quibus amplissimè vitur Ecclesia Romana?
 Haud dubiè respondebis esse Verbum Dei. Spe-
 cierum eodem generi subiectarum cum suo ge-
 nere ἀντισπῆται qui illic videt, hîc videbit & si
 Genus id appellatur quod de diversis speciebus
 commodè enuntiari potest, quum quid ex sint
 quæritur: cur Verbum Dei non erit Genus Scri-
 pti & Non-scripti Verbi quandoquidem si quæ-
 ritur quid sit Verbum Scriptum, commodè re-
 spondebitur esse Verbum Dei: si item quæritur
 quid sit Traditio non-scripta, Hayus è sua do-
 ctрина commodè respondebit esse Verbum Dei?
 Quidni igitur Verbum Dei, è Romanæ quidem

Ecclesiæ doctrina, erit Genus : Scriptum verò & non-scriptum non erunt eiusdem generis species, quum eadem communitate contineantur?

In opere Catechismus vester, qui duplex genus Verbi constituit, ut duo eaque disparata Verborum genera intelligerentur.

Catech. Canif. ca. de præceptis Ecclesiæ siue de tradit. dist. 2.

H A Y V S.

Si obtuse tua differendi spina nos pungerent, Hominem albi & non-albi hominis genus esse conficeres. nam vicissim retrò commeant, Homo, & albus & non-albus. pag. 13.

S E R R A N V S.

Sic per te quidem Scriptum & non-scriptum peræquè accidit Verbo, ac album & non-album homini. Vide ergo quidnam ex verbis tuis consequatur. Scriptum & non-scriptum, Hayo Verbi sunt accidentia. At qui doctrina Iesuitarum scripto & non-scripto fidem & Ecclesiam definit. Ergo fidem & Ecclesiam statuit accidentariam, & ex vicosequentis imaginariam & planè nullam. Maior è verbis tuis patet. nam scriptum & non-scriptum æquas albo & non-albo. Minor è duobus Catechismis vestris probatur, qui definiunt fidem & Ecclesiam verbo Dei siue scriptum siue non-scriptum. Sic tu & tui argumentum totum probauistis. Equis verò vestras has de fide & Ecclesia chimerica siue phantastica conclusiones è vitiosis principiis natas sanus non detestetur. Omnino consentaneum erat ut ex vno absurdo dato plura consequerentur. Igitur erit vobis Verbum Dei scriptum vel non-scriptum quod ex hoc

Ex Hayo verbis Fides & Ecclesia statuitur accidentaria, id est nulla.

QVĪD NON SIT ECCLESIA. 69

ex hominum arbitrio, modò existat modò non existat: sicuti Album & Non-album in homine accidentia separabilia, quæ modò adsint modò absint sine subiecti interitu: vobisq̄ue erit modò alba, modò non-alba Ecclesia. Quum enim Scripto & Non-scripto fidem Ecclesiãque definiatis, omnino accidentariam nullãque esse vtranque necesse est.

Latissima quidem sunt in rebus accidentium commercia siue diuortia, non tamen huiusmodi vt rerum ipsarum substantiam vel constituent vel euertant. Tibi igitur, acutissime logice, quomodo hæc retrò comitant, Albus & non-albus in homine? Hæc quidem retrò comitant siue recipiuntur, Animal rationale est homo: & Homo est animal rationale, est enim prædicatio essentialis, & verè *συνάγουσα*, primique, vt loquuntur, prædicabilis. At prædicatio illa accidentalis, Homo est albus, hominis sine definitionem constituit: & illa, Homo est non-albus, eiusdem hominis definitionem euertit? Vbinam est igitur illa tua reciprocatio Albi & Non-Albi illius tui: aut potius Scripti aut Non-Scripti Verbi, quo fidem Ecclesiãque vestrã definiis? Definitionem autem genere & differentiis specificis constare Logica quoque vestra fortasse admittet. Te igitur *ἰσοπέδου* & planè absurda conferruminare non sentis? Aliquando enim fidem, & Ecclesiam quæ fide innitit, iis quæ Deus reuelauit, & per Ecclesiam credenda hominibus proposuit, siue scripta illa sint, siue non sint, definitis: nunc verò Scriptum & Non-scriptum verbum quasi per iocum appellas accidètia, quibus videlicet fulcris fides Ecclesiãque vestra innitatur. Quidnam est illud vere veritati, si hoc non est: & quorsum tot tantaque verborum aucupia, nisi vt in hoc etiam

primordio te ἀδολόγητον ostendant: qui in rebus confessis & perspicuis tantopere digladiaris, ad res ipsas verò minimè respondeas?

Summa responsio nis, Iesuitas duo Verba Dei ita tacere: vni scriptum, alterum non scriptū: Nos, vnicum Dei verbum scrip- tum, quod Prophe- tarum & Aposto- lorum li-bris con- tinetur.

Hæc igitur necessariæ responsionis esto sum- ma, Quum Ecclesia Romana Scripto & non-Scri- pto verbo fidem Ecclesiãque constare affirmet: & Iesuitæ Turnonii asserunt, sacrarum rerum mo- numenta partim scripto commendata, partim per Christianorum hominum manus sine scripto tra- dita ab Ecclesia fuisse conseruata: omnino per- spicuum est duas Verbi-Dei species ab illis in- duci Scriptum & Non-scriptum, quarum genus sit Verbum-Dei: & quidem hætenus vt præter Verbum Dei quod Prophetarū & Apostolorum libris, id est sacris Bibliis continetur, statuatur ab illis aliud Dei Verbum non-scriptum, pari cum Verbo Dei scripto autoritate & potestate. id est doceatur, Traditiones non-scriptas esse Dei Ver- bum. Quod nos pernegamus, & asserimus Vni- cum esse Dei Verbum, illud nimirum quod Pro- phetarum & Apostolorum monumentis ita ex- plicatur, vt nulla alia doctrina ad salutē nostram necessaria sit posthac expectanda. Vtri nostrum verius loquantur, ex ipsa disputatione constabit. Hayi δυσίπειρα & importunitas loco non necessa- rio iussit me diutiùs hære. Atque hæc quidem de VERBI-DEI definitione dicta sunt.

Quidnam ECCLESIAE definitioni (priùs enim erat à me definienda quàm de ipsius autoritate agerem) opponat Hayus, porrò videamus.

H A Y V S.

Quòd tu de Ecclesia appellatione dubitas, non miror: quum & ipsam Ecclesiam de medio remo- uens pro ea nouam Caluini synagogam ὡς ἰστέον τῆ ἀποστόλου

QVID NON SIT ECCLESIA. 71

ἀόρατον ἢ ἀσώματον, quam te docuit Plato, substit-
tuere contendas.

SERRANVS.

Hoc non est disputare, sed conuertiari & ludi-
ficari. Vnam credimus Ecclesiam Christi, sancto-
rum communionem. Non baptizati sumus in no-
men Caluini, neque illius Verbo credimus, sed Trietz te-
luiticæ.
Dei Ecclesiam hominibus è colluue generis hu-
mani segregatis cōstare affirmamus. Tibi tuisque,
Hay, vestras Chimæras & vestros Tragelaphos
relinquimus. Me quidem quid sit Ecclesia non
docuit Plato, sed Verbum Dei. Pag. 14.

HAYVS.

Tu nihil eiusmodi in nostris Thesibus legisti.
Caluiniana fides hanc te nobis calumniam impo-
nere docuit. Deum enim & scripti & non-scripti
verbi autorem facimus. pag. 15.

SERRANVS.

Non est calumniari dicere quod res est. Notæ
sunt Iesuitarum techne quæ à nobis erant è suis
principiis, id est è communi Romanæ Ecclesie Ecclesia
Romana
summam
in Verbū
Dei sibi
vendicat
authorita-
tem.
doctrina patefaciendæ. Iuris esse sui ait Ecclesia
Romana vt decernat quinam libri sint pro cano-
nicis & authenticis habendi, cuiusmodi passim
extant pleraque hac de re illius decreta, è qui-
bus Verbum Dei autoritatem vobis habet. Scri-
pturam interpretari, de controuersis doctrinæ sa-
cræ capitibus statuere, ius suum esse ait Ecclesia Quod nūc
negat,
postea af-
filiabit
Hayv
Romana: Noua dogmata nouisque de religione
ritus decernere, & quidem hæcenus vt pari fide

& reuerentia ac Verbi scripti decreta habeantur, iuris esse sui affirmat Ecclesia Romana. Tu verò ipse, Hay, non meministi eorum quæ infra scribis pag. 47. *Ecclesia Romana, est ipsa Ecclesia Catholica & Apostolica, quæ cum in discernendis rebus, quæ ad fidem & mores Christianorum pertinent, errare non possit, vestra emendatione opus non habet.* Si hoc non verè est autorem & custodem Verbi-Dei esse, Concilii Tridentini (cuius vt nouissima decreta Romanæ Ecclesiæ augustissima sunt) autoritatem elude, te ipsum reuoca, publicòque scripto testare Verbi Dei autoritatem ab Ecclesiæ determinationibus siue decretis minimè pendere: & iam profligata fuerit hæc de Ecclesiæ autoritate instituta quæstio.

De Verbo autem Dei primò loco egi, quoniam primum ei locum tribuimus. Dubitationis autem ratio erat à nobis obiter notanda: hoc enim maximè in quæstione positum est, Ecclesiæ autoritas Verbi Dei autoritatem antecedit an sequatur. Maiorem autem dubitationem esse dixi de Ecclesia, quòd vos videlicet altercationibus vestris (quibus vel amitti vel saltem obscurari veritas solet) in dies magis ac magis eam augeatis, obiecta Traditionum humanarum Gorgone, terrificis que illis argumentis vestris quibus imperitorum oculos fascinat, is.

H A Y V S.

Nòsne ita respondemus? id est Ecclesiam, vocamus Christianam? Euolue Catholicorū omnium scripta, & neminem qui sic responderit, inuenies. &c. pag. 15. vsque ad 17.

SERRANVS.

Ita planè, hæc enim sunt vestra primæ assertio-
 nis verba, *Singulari Dei beneficio Christianam* Importu-
 na Hayi
 de rebus
 planè con-
 fessis lo-
 quacitas.
Ecclesiam. Omnes quoque vestri sic loqui solent.
 quid ergo de re per se perspicua digladiaris, &
 cur *ἐκ ληκύτῃς* depromis Christiani nominis *ἐτυ-*

μολογίαν & originem, quum hac de re nemo du-
 bitaret, nisi vos fortasse, Iesuitæ, qui sacrosancto
 augustoque illo nomine minimè cõtenti, nouum
 factionis vestræ nomen nuper induxistis. At nos
 Christiani vestra opera minimè indigemus vt de
 nominis nostri primordio & instituto admonca-
 mur. Neque verò nos idcirco erimus hæretici aut
 tu orthodoxus quòd impudētibus conuitiis per-
 gis allatrare, ad quæ iam satis à me respõsum est.
 De re igitur ipsa: ne in nugis tuis refellendis tẽ-
 cum ineptiam, dum tu in re minimè dubia ex-
 plendis paginis adhibes testes non-necessarios.

Legitima docèdi ratio postulabat vt antequàm Ordinis
 in dispu-
 tatione à
 me insti-
 tuti ratio
 redditur.
 de Ecclesiæ autoritate ageremus, ipsam prius Ec-
 clesiám definiremus: quod fieri non poterat quin
 vocabuli *ὀμωνυμίαν* semoueremus. id est prius
 Quid non sit Ecclesia, quàm quid sit Ecclesia, do-
 ceremus. Ecclesiæ definitionem à vobis ipsis cum
 quibus mihi res est, sic instituebam vt à commu-
 nibus differentiis ad maximè propriam germa-
 nàmque differentiam peruenirem, qua vera defi-
 nitio vestra sententia constitueretur. Christiani
 nomen in his etiam de vera Ecclesia cõtrouer-
 sis omnes peræquè vsurpamus. Ea igitur nota
 non satis designatur vestra Ecclesia. Catholici
 quoque & Apostolici voces nobis sunt vobiscum
 communes: ac proinde neque illæ differentix sa-
 tis erant, vt vestram à nostra Ecclesiam discrimi-

narent. Nostras enim Ecclesias Catholicas quæque & Apostolicas appellamus. Quærenda igitur erat nota maximè propria, vt vocis ambiguitas planè euolueretur. Hæc verò est, *Romana*: vt sit plana vestra Ecclesiæ ex vestris verbis descriptio, *Ecclesia Christiana, Apostolica, CATHOLICA-ROMANA*. Hæc nimirum vox *ἰσχυρολογία* nos vobis continuò reddit, nos à vestris cœtibus discriminat, eos à nostris Ecclesiis penitus discriminat: forma videlicet sua essentiali veràque & specifica differentia insignitos atque circumscriptos.

HAYVS,

Ἀἰσὺν λόγῳς, Minister, & somnia tua nobis narras. Nemo est Catholicorum qui dicat Romanam esse differentiam specificam Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ. pag. 17.

SERRANVS,

De Catho Pergis esse tui similis, Monache, id est vitili-
licæ Ro- rigator, rabula, nugator. Rei enim confessæ nega-
manæ no- tio, nugatio est: & rabularum est rei primariæ
mine lon- feriam tractationem effugiorum moris retardare,
gum & in re, vt altercandò Veritas amittatur. Quod ego
uolunt vix tribus pagellis notaueram vt primariæ quæ-
Hayi ef- stioni via sterneretur, tu viginti septem paginis
fugiam. icia effudisti vt quod sit tuum in hac disputatione
At quod consilium apertè ostendas, vt nimirum effusis
hic mul- verborum multiplicitate tenebris veritatem ad-
tis verbis obruas, ne à simplicioribus perspiciatur. Profe-
negat ctò delirat (vt tuis verbis utar) qui sic Ecclesiam
Hayus, definit, *Ecclesia Christiana, est Ecclesia Catho-*
pluribus *lica Ro-*
postea af-
firmabit.

lica Romana. At profectò hæc tua sunt deliria, hæc somnia, hæc absurda, è quibus dum te vis expedire, in illis te magis ac magis impedis atque intricas. Verùm ad rem.

Hoc nimirum agitur vt sciamus quænam illa sit Ecclesia de cuius autoritate quæstio instituta est. Vos quidem eam peræquè ac nos Christianam appellatis, sed quoniam minimè nobis dubium erat vos Iesuitas in homonymo vocabulo nobis insidias struere, vt pro verè-Catholica Ecclesia Papatum obtruderetis: necessarium planè fuit, ad hoc vt de re ipsa verè constaret, omnibus fraudibus semotis, communia refecari donec perueniretur ad propriam specificamque differentiam qua vestra illa Ecclesia cui summam autoritatem siue principatum tribuitis, ab omnibus cœtibus qui Ecclesiæ nomen sibi tribuunt, quibûsque adeò Ecclesiæ nomen vobiscum est commune, distingueretur: ac proinde ipsa suis & verè propriis notis definiretur.

Huiusmodi notam in constituenda rei definitione, Differentiam specificam vocari & τὸ ἰδίον ἢ λόγον ἰδίαν, nemo nescit. Exempli causa. Si hominem dixerò esse animal, bipes, implume, musicum, erecto ad sydera vultu, communia quidem dixerò, sed hominem nondum è sua & propria nota definiero, nisi adiungam, Rationale: qua nota ab omnibus animantibus quæ eadem animalis vt generis amplitudine & communitate continentur, haud dubiè distinguetur, & ipse propria forma definietur. est enim eadem illa nota & διαρετικὴ, alias species dispescens: & συστατικὴ siue εἰδωποῖς, formam propriam constituens. Sic dixi, Ecclesiam cuius autoritatem inuestigamus, à Iesuitis definirì, vt in eius constituenda definitione, R O M A N A

Catholica-Romana, est differentia specifica Iesuitis ad Ecclesiam definiendam.

fit differentia specifica, & τὸ πῶς εἶναι ἢ λόγος ὁμοίας.
 Id modò Hayus pernegat, vt absurdissimum: paulò post non modò fatebitur, sed omnibus machinis tuebitur, tanquam vniuersæ controuersiæ caput & firmamentum. Nunc à me est conuincendus vanitatis. Molestæ mihi quidem sunt hæ peregrinorum sermonum ambages: at quì aliter agam cum eo aduersario qui meum silentium in re etiam non-necessaria voluntarium, sibi victoriam ducit?

Anxia
 Hayi in
 re mini-
 mè dubia
 discepta-
 tio.

Esto igitur, Monache, rem vnà dispiciamus. Dixi, in Ecclesiæ definitione, ROMANAM, esse vobis differentiam specificam. Vos enim quomodo Ecclesiam aliter definitis? Iubes me definiendi leges repetere. Duplicem definiendi formam memini in Peripato me olim discere. Vnam, ἡμετέραν, quam Nominis vocant: alteram, ἐκείνην, quam Rei appellant. Vtrambilibet definitionis formam elegeris, aio, Ecclesiam ROMANÆ nota à vobis definiri: idque è præscriptis verbis demonstratio. Sit igitur hæc τυποειδής indicatio. Cedò enim, si quis nò modò Iesuita sed de media etiam plebe quilibet à me quærat, Nemausine concionaris? ego responderem, Concionor. In qua Ecclesia? Christiana, dicerem. At dux sunt ibi Ecclesiæ, exciperet ille, quæ se Christianas peræquæ vocant: In quânam illarum concionaris? In Catholica equidem si responderem, nòne parata ei esset exceptio, Verùm tu aduersus Iesuitas disputas? Disputo profectò, responderem, vt Catholice Ecclesiæ autoritatem aduersus illorum commenta defendam. Quìdam igitur vltimo loco adiungeret vt vestram Ecclesiam à nostra discriminarer? A me certè quæreret num Romanam intelligerem, tum demum communibus omnibus resecatis, hæc propria nota vestram quam vocatis

QVID NON SIT ECCLESIA. 77

catis notam definiens, ego me cum illa nihil habere commune testarer. Ita omnis ambigua vocis dubitatio sublata esset.

Coegit me importunus aduersarius in re etiam per se plana & perspicua de media plebe quaerere argumenta, vt publica etiam vox sit veritatis nostrae testis, & ipsius vanitatis index & praeconium.

Ad lulentam illam rei ab omnibus cognitae imaginem accedat *τη κληρωδης* demonstratio. Cedo igitur, Iesuita, quomodo Ecclesiam definit vester Catechismus? ne in Iesuita refellendo à Iesuita discedam. ECCLESIAM nimirum Catholicam esse unam in vno spiritu Christi Iesu, in vna fide, fideique & sacramentorum doctrina, in vno capite ac rectore vniuersalis Ecclesiae, vicario Christi scilicet, ac D. Petri successore. Haec ipsa sunt parui Catechismi vestri verba. Magni autem haec, Vnam esse Ecclesiam & consentientem in fide fideique doctrina & administratione sacramentorum, quaeque sub vno capite, vnoque vices eius in terris gerente Pontifice Maximo regitur, ac in vnitae conseruatur. Equis non videt has esse communes differentias, Catholica, vna, in vno spiritu Iesu Christi, consentiens in vna fide, fideique doctrina, & administratione sacramentorum? His enim nos quoque verbis vtimur. Vltima illa *ἡ μοναρχια* Romani Pontificis vltimo loco collocata, vt vestram Ecclesiam *ἡσυχια* & propria nota definit, ita nostram à vestra penitus distinguit atque determinat.

Verum cur ego Hayum Hayo testem non oppono? Tua enim haec sunt, Hay, verba. Catholicici vt Ecclesiam Catholicam ab haeticorum conuentibus distinguant, ROMANAM nuncupant. Haec est vis *ἡσυχια* differentiae: & Quum nomi-

ne Catholica siue Apostolica Ecclesia Romanam Ecclesiam appellamus, eam Romanam Ecclesiam intelligimus, quæ nullis terminis sepe tenetur, sed per omnium gentium oras peruadens, Romani Pontificis se potestati subiectam esse profitetur. Hæc est vis *ausarum*, ac proinde verè *eidem* differentia in Romanæ appellatione. Quorsum igitur tot verba & voces, nisi vt te summè Iesuitam demonstrares, dum ipsum etiam controuersæ statum cum lectoris tædio tuoque opprobrio coneris euertere.

Ne mea igitur somnia amplius vocato, quòd dicam ROMANÆ appellationem in Ecclesiæ definitione constituenda esse differentiam specificam: tæque tuorum somniorum & conuitorum pudeat, vt nouæ illi CATHOLICÆ-ROMANÆ aduersus verè Catholicam Ecclesiam natæ renunties, eaque differentia Ecclesiam Catholicam verè definiri non posse significes. Verùm quod de Christianæ, Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ uocibus adiungis, lubet etiam expendere.

DE CATHOLICÆ ET APOSTOLICÆ Ecclesiæ appellationibus.

H A Y V S.

Hoc loco paulò altius qua ratione Christiana Ecclesia ab hæreticorum conuenticulis distinguatur immanis tua calumniandi nos licentia, me reperere cogit. Ac primum in ipsis Ecclesiæ primordiis Discipulos & fratres fuisse nuncupatos omnes qui Christo nomina dederant, nemo qui Scripturas legit, negare poterit. Postea verò Christiani proprio nomine appellari Antiochia cæperunt, ut
hac ra-

QVID NON SIT ECCLESIA. 79

hacratione à Iudeis distinguerentur. & c. pag. 17.
 Quomodo autem Apostolica vocetur Ecclesia, sic exponit pag. 20. *Ecclesiam dici Apostolicam fueris, sed appellationis reticisti causam. non enim te latere potest, eas solas Ecclesias Apostolicas dici, quæ aut ab Apostolis fundatæ sunt aut cum Apostolorum Ecclesiis in fidei doctrina consentiunt. Longè itaque Caluiniana voces à vera Ecclesia Apostolica fide absunt, quam Ecclesie doctrina quæ ab Apostolis & eorum successoribus ad hanc diem mortalibus tradita est, planè aduersentur. Hic Tertulliani testimonia affert quoque Hayus: & Catholicæ ac Apostolicæ Ecclesiæ titulum Romanæ Ecclesiæ propriè conuenire sic probare instituit, ad finem pag. 20. & 21. tota.*

Romana porro Ecclesiæ nomen, ita tibi ac tuis est inuidiosum ut illud unà cum Ecclesia Catholica sepultum velis & c.

Hic autè Pauli Apostoli, Eusebii, Irenæi, Cypriani, Tertulliani, Caluini deniq; ipsius nonnulla profert testimonia: quæ Lector ex ipsius Codice petet, & nostram aduersus illa vt perperam citata refutationem mox leget.

S E R R A N V S.

Non calumnior, quum id ipsum dicam quod tu Modò est
 nō modò nunc affirmas, sed prolixè etiam con- firmat
 ris docere: at tu in hoc primordio temeritatis & Hayus
 loquacitatis reus es, qui id affirmas quod an-
 & doces quod antea negabas. Verùm ad rem. rea nega-
 bat.

Status cō-
trouersia.

De ipso igitur controuersia statu sic inter nos conuenit. Veram Ecclesiam esse ais, Christianam, Catholicam, Apostolicam, Romanam: & Romanæ appellatione, ab hæreticorum conuenticulis distingui. Nos quidem veræ Ecclesie has esse notas affirmamus, quod sit Christiana, Catholica, Apostolica. De Romana negamus: atque in eo est posita nostra controuersia. Vter nostrum veriùs loquatur, ex ipsis rebus Lector iudicato.

Vult probare Hayo, Ecclesiam Romanam esse Catholicam & Apostolicam, id ponens quod est in controuersia.

Profitetur verissimum esse quod hic è præceptorum meorum libris deprompsisti, Omnes eos qui Christo nomen dedissent, in ipsis Ecclesie primordiis Discipulos & Fratres fuisse nuncupatos: tum Christianos proprio nomine Antiochiæ appellari cœpisse. A gnosco quoque ad hæreticorum præstigias amoliendas, qui rete scindebant & particulares extra Ecclesie cōmunionem cœtus habebant, Christianos Catholicorum nomen sibi sumendum recto iudicio cōstituisse. Sed quid ad rem? Idcircone rectè concludes, Romanam Ecclesiam & verè esse & verè dici Catholicam & Apostolicam? Est certè crassa Petitio principii: id enim tuo arbitrato ponis tanquam ratum & fixum quod est maximè in controuersia. Verum est, Christianam Ecclesiam esse Catholicam. Illam nos credere, id est reuera existere, in Symbolis profitemur. At de Romana id dici posse pernegamus. Quod est tibi priùs probandum, antequàm de his testimoniis thrafonticè exultes.

Patres ab Hayo citati aduersus Hayo faciunt.

Paciani verba nihil ad rem faciunt, Augustini testimonium aduersus te disertè facit. *Si huius Martyris, inquit, testimonio vestra est Ecclesia Catholica, ostendite illam per orbem totum radios suos porrigere, ostendite illam per uniuersam terram ramos suos copia ubertatis extendere.* Tu igitur, Hayo, exquisitoris tuæ Cosmographiæ mysteria depromito, &

mito, & doceto Romam per vniuersum terrarum orbem extendi. Do etiam ampliùs. Romam in Latio relinquamus, & Romanæ Ecclesiæ nomine liceat eas omnes nationes intelligere quæ Romani Pontificis nomini parent. Doceto, Romanæ Ecclesiæ imperium per vniuersum terrarum orbem extendi: vel fatère Romanam Ecclesiam neque verè esse neque verè dici Ecclesiam Catholicam: ac proinde te ex his testimoniis *ὁ δὲ λόγος ἐστίν*, quid ponis quod nullo modo est. Hoc igitur de Ecclesia Catholica verissimum esse aio: Romanam Ecclesiam esse Catholicam Ecclesiam pernego. Te autem Augustino & Paciano testibus euicisse affirmo, vt in his primordiis Sophista agnoscaris.

CATHOLICAM autem Ecclesiam quid appellem, iubes me ex mea recondita Logica depromere. Ioannes fructum mortis quam Christus pro Ecclesia sua obiit describens, ait illum non modò pro Iudæis moriturum, sed vt filios Dei dispersos cogeret in vnum. sunt enim aurea sancti Euangelistæ verba, *ἵνα ἕ τὴν τὰ θεῶν διασκοπ-
πρισθῆα συνασῶν εἰς ἓν*. Ex mea igitur Logica tibi recondita sic Ecclesiæ definitionem depromo, *Esse cœtum filiorum Dei ex vniuerso terrarum orbis in vnum corpus congregatorum, cuius caput est Iesus Christus pro illis mortuus*. Vnum est ouile, vnus Pastor: Omnes oues per totum orbem dispersæ quæ fuerunt, quæ sunt, quæ erunt omnibus temporibus, nationibus & conditionibus ad Ecclesiam Catholicam pertinent, & ad illius communionem cœdunantur.

Rectè igitur Calvinus ex luculentis Scripturæ verbis dixit, *Idèò Catholicam Ecclesiam appellari seu vniuersalem: quia non duas aut tres inuenire liceat quàm discerpatur Christus*. Ita refutator à

Quomodo dicatur Ecclesia Catholica.

Ioan. 10.

Ioan. 10.

Cal. Insti. lib. 4. cap. 1. § 2.

Caluinus
ab Hayo
malè re-
prehen-
ditur.

Caluino refutaris, ingeniique tui malignæ & fallaces tenebræ veritatis ipsius fulgore dissipantur. Ille enim eodè in loco se exponit: *Quum, inquit, electi omnes in Christo sunt connexi, ut quemadmodum ab vno capite pendent, ita in vnum veluti corpus coalescant, ea inter se compage coherentes qua eiusdem corporis membra: verè vnum facti, qui vna fide, spe, charitate, eodem Dei spiritu simul viuunt, non in eandem modo æternæ vitæ hereditatem, sed in vnius Dei ac Christi participationem etiam vocati.* Hæc autem doctrina non est Caluini, sed Verbi Dei. quid enim est *eis ἐν συνωλύσει*? Certè, In vnum cogere siue congregare non est, Omnes filios Dei in vnius Romæ mœnia includere, neque in corpus quoddam visibile cuiusdam visibilis capitis vinculo coagmētare aut compingere. Augustinus quoque (ut illius verbis utar) contra te loquitur, qui ait per vniuersam terram porrigi extendique Catholicam, græco eius nomini ac definitioni consentiens: & quidem hæcenus ut illius per vniuersum orbē diffusæ Ecclesiæ vnum caput agnoscat, vnitatem totam constare affirmet.

Romana
Ecclesia
ex Augu-
stini ver-
bis quæ ei
tauit. Hay-
us, non po-
test esse
Catholica

Si Augustini testimonio vestra est Catholica Ecclesia, ostendite illam per orbem totum radios suos porrigere: ostendite illam per vniuersam terram radios suos copia vbertatis extendere: & in vno capite vnitatem conseruare. Hoc igitur Augustini testimonium aduersus te disertè facit. Catholica Ecclesia Augustino est ea quæ vna est in vno capite Iesu Christo: Vestra, aliud quoddam caput agnoscens, dum Christi nomen retinet, varia est & biceps, duobus capitibus monstruosum corpus reddens: Catholica Ecclesia Augustino est ea, quæ per vniuersum orbē extenditur: Vestra, orbem in vrbem includit, vel certè à Christi cōmuniōne maximam terrarum partem secludit. In Europa enim, Asia,

QVID NON SIT ECCLESIA. 83

Asia, Africa complures sunt Christiani qui Pontificem vestrum Romanum detestantur. Idcirco igitur Catholici non erunt. Itaque dum Catholicæ Ecclesiæ nomen ad Romanam restringitis quod variè à vobis peccetur, meritò his verbis vos increpat Augustinus: *Quid igitur & vos ipsos fallitis, & alios fallere mendacis impudentibus vultis?*

At quòd dixerim nos Ecclesiæ Catholicæ nomen, sicuti ab Ecclesia Romana usurpatur, minimè nobis arrogare: quum tamen credamus nos esse Ecclesiæ Catholicæ membra, quærit à me Hayus, *Responde quaeso, Minister, si Calvini Ecclesia non est Catholica cuius Ecclesiæ est membrum?* Ego verò ab illo quæro, At tu responde Iesuita, si qui impudenter & ineptè perspicua verba pervertit, Sophista est & nugator, quo tu nomine sis dignus? Particulari Ecclesiæ cuiquam nefas esse Catholicæ Ecclesiæ nomèn usurpare affirmavi, licet ad Catholicæ Ecclesiæ communionem pertineat. Mea sunt verba tam diserta vt tibi potius helleboro quàm argumentis opus esse, omnes sobrii animaduertant.

CATHOLICÆ Ecclesiæ nomen duobus modis apud orthodoxos Patres sumi, nemo nescit vel mediocriter in illorum scriptis versatus. Propria enim & primigenia significatione illa est Catholica Ecclesia quam supra ex Verbo Dei descripsimus, Vna in vno capite per vniuersum terrarum orbè diffusa: quæ quum vera sit, factum est vt *Catholica Ecclesia & Catholica doctrina* pro vera & germana accipiantur. Partes enim totius vt naturam, ita nomen aliquando accipiunt, vulgata *per vniuersos*.

At pergit Hayus esse Iesuita, à rebus ipsis quærens diuortia, & veritatem suis artibus inuoluens, vt nobis tacentibus, Lector maligni Sophistæ ingenium & consilium peruideat, vt Hayus

Iesuiticæ
trix ex
tra rem.

Catholicæ
Ecclesiæ
nomen
quomodo
accipia-
tur.

Re præter
missa ad
personas
digredi-
tur Hayus

iubeátque eum ad rem ipsam respondere. Pro-
 ba igitur, Iesuita, Catholicam-Romanam eam
 rectè dici Ecclesiam quæ vnum Christum ca-
 put agnoscens, vnóque illius verbo innixa An-
 tichristi vocem detestatur. dum nos cum iis Ec-
 clesiis quas Deus Lutheri opera & ministerio in
 Germania felicissimè collegit, pacem concor-
 diámque instauramus, vt coniunctis animis &
 viribus bicipitis illius Ecclesiæ tuæ monstrum,
 Sathanæ & Antichristi opus, certatim oppugne-
 mus. Impuri illius spiritus dolis effectum est vt
 discordia inter fratres sereretur: at idem futuram
 concordiam pertimescens per te clamat, *Cur me
 is perditum ante tempus*: quod tamen haud dubiè
 aderit, prout à Deo constitutum est. Ecclesiæ Ger-
 manicæ, non Lutheranam, quam impudenter &
 falsò vocas, superstitionem amplectuntur, sed ve-
 ram ex Verbo Dei doctrinam, & in hoc quidem
 cõtrouersam: sicuti sex Sadeolis nostri pro Lipsi-
 ensi Ecclesia adeóque pro omnibus Ecclesiis Ger-
 manicis aduersus Turriani Iesuitæ furores feli-
 cissima defensione apparet. Est quidem verus Ec-
 clesiæ querela, *Posuisti nos hitem vicinis nostris, &
 inimici nostri subsannauerunt nos sibi*: & inter Ec-
 clesiæ luctus non potest quidquam esse luctuo-
 sius quàm quum inter fratres huiusmodi dissidia
 agitantur: sed quicquid *κακόχαρι* illa tua viru-
 lentæque procacitas debacchetur, non tamè im-
 pediet diuinæ prouidentiae efficacitatem, quæ Ec-
 clesiæ suæ instaurata cõcordia bellum mendacio
 vobisque mendacii patronis primariis indicet.
 Certè Germanicarum Ecclesiarum quæ Anaba-
 ptistas, Suenckfeldianos, Trinitarios communi
 studio nobiscum oppugnarunt, arma Iesuitæ iam
 senserunt, spiritualia nimirum illa, qualia etiam
 à nostris

Iesuitæ,
 nostram
 cum Ger-
 manicis
 Ecclesiis
 cõcor-
 diam per-
 timescunt.

Psal. 80. 7.

QVID NON SIT ECCLESIA. 85

à nostris Ecclesiis pacis huius à Deo nobis tributa beneficio, aduersus vos certatim apparantur: vt quid ab illis porro sperandū sit, intelligas.

Quin tu igitur potius, Monache, in Americam aut Iaponiam confugito, vt ibi quæras Pseudocatholicæ Ecclesiæ tuæ diffusionem. Nos quidem, quantumuis crepante Antichristo, veras verè Catholicæ Ecclesiæ notas in nostris Ecclesiis Gallicis summo Dei beneficio, ad hunc vsque diem habemus: salutaris nimirum doctrinæ & disciplinæ summum consensum, in rebus Ecclesiæ vnanimam, os vnum: vt vel præfractissimos hostes necesse sit in hac nostra concordia Catholicæ Ecclesiæ notas intueri.

Doctrinæ & disciplinæ in Ecclesiis Gallicis summa concordia.

Quid contra dicam de vestrarum sectarum infinita *παρανομία*, quæ licet in eo conueniant vt Christum & Ecclesiam vnâ oppugnent, vesana tamen est Lapitharum inter eas intemperies, variis variarum factionum familiis & formis oppido quàm multiplex. Certè neque vlla est extra veritatem concordia. CATHOLICÆ igitur nomen vera Ecclesia sibi vendicat, Cacolycæ appellationem vestræ Pseudocatholicæ Ecclesiæ relinquit.

Antichristianorū *παρανομία* & dissidia.

DE APOSTOLICÆ autem appellatione quod ais huiusmodi est vt quum nos *αἰσῶν* te tanto telo effecturum glorieris, tibi nihil oris superesse perspicuè demonstrat. Tuo enim te telo confodis. Apostolicas idcirco dici Ecclesias fateris, quòd in fidei doctrina cum Apostolicis Ecclesiis consentiant. Hoc ipsum est quod volumus, Apostolicas Ecclesias ex Apostolorum doctrina æstimandas esse. Cedò igitur quomodo illud interpretaris, *Vel ab Apostolis fundata?* Apostolos fundasse Ecclesias intelligimus, quum eas voce Evangelii collegerunt, id est Iesum Christum ita ho-

In Apostolica Ecclesia definitione suo se gladio ingulat Hayus

minibus annuntiarunt, vt ipsius doctrinam salutis suæ fundamētum collocarint. Tu verò in personarum successione Apostolicarum Ecclesiarum iustotum constituis. Si omnes Ecclesiæ in quibus

Apostolice Ecclesiæ non ex personarum, sed doctrinæ Apostolicæ successionem, debent æstimari.

Apostolorum vox personat, sunt Apostolicæ: & ex antiquiori tempore maior dignitas æstimatur, vt qui prior est tempore potior sit iure: omnino quamplurimæ Ecclesiæ in Oriente Romanam Ecclesiā eo nomine superabunt. De vera igitur successionem primum omnium inter nos conueniat, tum de ipsa Apostolicarum Ecclesiarum origine differemus. Certè, veritatem antiquissimam esse, & optimū verissimūque quodque antiquitate præstare idem Tertullianus dixit: ac proinde de veritate prius est differendum quàm de antiquitate agamus. Omne enim genus si ad originem suam reuocari debeat, consentaneum planè est vt veritatis autographum primū rectè intelligatur. Licet verò Apostolicum virū mihi quempiam protuleris, illud tamen tibi erit probandum, illum cum Apostolis perseverasse; si tuo illo Tertulliano testimonio velis vti. Proba igitur & doctrinæ Apostolicæ successionem esse penes Ecclesiam Romanam, hanc nimirum quam nunc nouo illo capite insignem veditatis: & si Apostolicum quendam virū proferre potes qui prioribus temporibus in ea vixerit & docuerit, proba illius successores cum Apostolis cōsensisse. Omnino Caiaphas Aarōni, & Hierosolymitanæ Ecclesiæ fideliter meretrix successerat: non tamen vel Caiaphā pro vero Pastore, neque corruptam illam Iudæorum synagogam pro fideli Ecclesia habebis nisi *quartus*. Cur igitur Tertulliani fulmē in Romanæ meretricis caput non sentis, nisi quod illius perfidiæ

Herodum filii nosse

vino inebriatus sis? Petrus Romæ docuerit, & Romanæ doctrinam suā præclaro martyrio obfignarit, non

non tamen obstat quominus homo peccati nunc
 sedeat in Ecclesia, se efferat aduersus Deū, seque
 eo nomine Antichristum profiteatur. Idcirco ne
 igitur nunc Romana meretrix, erit Ecclesia Apo-
 stolica, quod castæ matronæ locum occupauerit?

Nos autem, quantumuis te exæstuante atque
 ebulliente, magnifice Thraso, Ecclesiam nostram
 verè Apostolicā esse tam certò affirmamus, quàm
 solidis inuictisque argumentis probabimus, Apo-
 stolicam doctrinam in ea constanter proponi &
 recipi à fidelibus. Amplissimus contrà campus est
 in quo te mendacii multifariam redarguamus.

Certè, nunc (vt cætera religionis capita inter nos
 controuersa in aliud tempus referamus) tam per-
 spicue demonstrabimus, vos à doctrina Aposto-
 lica descivisse: Quòd nimirum vnus Ecclesiæ in
 cæteras Ecclesias primatum statuatis: Quòd ca-
 put visibile, vicarium Christi in Ecclesia consti-
 tuatis: Quòd Idola inducatis: Quòd humanam
 Christi naturam ipsiusque officium, quantum in
 vobis est, improbè peruertatis. Verùmne sit nec-
 ne, ex vero germanoque ipsarum rerum examine
 apparebit. Me igitur Christianæ Ecclesiæ alumnū,
 & Christianæ doctrinæ veracem præconem inde
 iudicato quòd Romanam hanc Ecclesiam vestram
 Pseudocatholicam, quum ab Apostolica doctrina
 descivisset, suo veròque nomine Apostolicam ap-
 pellem, & te omnes sobrii Lectores Iesuitam im-
 pudentissimū & ineptissimū scurram agnoscāt.

Perge verò eo quo cœpisti pede, eadem illa
 Sophistica proteruita sic euagari vt primordio &
 medio clausula respòdeat. Antiquæ Romæ digni-
 tatem commendas. Apostoli de veteris illius Ec-
 clesiæ fide & constantia præclarum testimonium
 adducis: Tertulliani, Cypriani locupletissimorū
 testimonium suffragia affers. At ego verè respondeo

Nostra Ec-
 clesia, est
 Apostoli-
 ca.

Apostoli-
 cā doctri-
 nā plane
 extermi-
 nauit Ec-
 clesia Ro-
 mana, vt
 Apostoli-
 ca non A-
 postoli-
 ca sit modò
 appellada

Vetus Ro-
 ma à no-
 ua Roma
 tam abest,
 quàm ca-
 stia Chri-
 sti sponsa
 a foeda
 meretri-
 ce.

Esaiæ 1. 21. è Prophetæ verbis, *Quomodo facta est meretrix, Civitas fidelis? Boni & laudati patris commendatio aduersus degeneres liberos facit.* Veterum

Veteris Romæ enim comitia sunt nouæ Romæ opprobria.

Romanorum fides, constantia, dignitas, improborum successorum qui repudiata Apostolorum doctrina Apostatarum commenta sunt amplexi, perfidiam, temeritatē, infamiam magis ac magis prodit atque coarguit: ac proinde hæc Apostoli Patrūque orthodoxorum encomia aduersus hanc degenerem perfidiamque Romam, Antichristi meretricem, maximè facit.

Quòd ex Caluino affers eiusdem planè est sententiæ. Calvinus enim veteris Romæ integritatem dignitatēque, vt debuit, agnoscit. Tu verò Iesuiticè, id est impudenter, impudentiam illi exprobras, vt tuo more calumniaris. Est enim is calumniator qui vel demit, vel addit, vel dictum

Caluini de vetere & fidei Roma enim comium ab Hayo male reprehensum Ioan. 3. 27.

detorquet. Tres rationes Calvinus attulerat, tu in tertia duabus prætermisissis, sycophanticè immoraris. Fidei constantiam hominum ingenio minimè ascribit Calvinus, sed verè ait, Deum naturæ autorem illis donis naturalibus quæ Romanis tribuerat, sapienter fuisse vsum ad fidei constantiam. Licet enim fides sit donum Dei planè

Quomodo Deus corporum temperamento vtatur ad fidem in hominibus in generatione & cōseruandā.

supernaturale & cœleste, nequè quicquam homo intelligat in rebus Dei nisi datum sit à Deo: est tamen verum, homines non esse stipes aut truncos (quemadmodum in alio argumento nobis improbè obiicitis) sed sic agere ex voluntate vt eam formet dirigatque Deus: ac proinde sicuti Naturæ vi (id est Dei naturæ opificis beneficio) homines volunt, ita eiusdem Dei præter Naturæ ordinem efficaciter agentis dono bene volunt. Hactenus igitur verum est, Mores sequi temperamentum corporis, illoque Deum vti ad nouum in nobis regenerationis opus efficiendum, dans

nimirum

QVID NON SIT ECCLESIA. 89

nimirum velle & perficere. Et ita rectè dixit Cal-
uinus naturalem morum grauitatem in Romanis
maximi momenti extitisse ad fidei constantiam,
dum leues Asiatici & Africani variis opinionum
tempestatibus huc illuc circumferrentur.

Qua igitur fronte, Iesuita, in ipsa prolixo ser-
monis clausula conquereris nobis videri absur-
dum, quòd Ecclesiam Catholicam appelletis Ro-
manam? Mihi certè perabsurdum. Cur enim idi-
psum modò obstinatè affirmas quod supra obsti-
natè negabas? Hæc nimirum est tuæ Logices vis
vt tuo te gladio iugules. Quæcunque enim ha-
ctenus dixisti in tuū ipsius caput sic retorquétur.

Ecclesia dicitur Catholica quæ vna in vno capite Quod de
Catholica
& Aposto-
lica Eccle-
sia dixit
Hayus, in
ipsius ca-
put retor-
quetur.
*Christo vnitatem fidei seruans, per vniuersum ter-
rarum orbem dispersos Dei filios in vnum colligit:*
*Apostolica autem, quæ Apostolorum doctrinam am-
plectitur.*

Atqui Ecclesia Romana hodierna, nec vna est in
vno Christo (quippe quæ Pontificem Romanum sic
caput agnoscit vt sine illo definiri ipsa non possit) nec
vnitatem fidei seruat (quippe quæ aliud Dei ver-
bum præter Christi verbum habet, & vocem pere-
grini auscultat) nec per vniuersum terrarum orbem
diffusa est (quæ in vna Vrbe Orbis terrarum inclu-
di non possit) nec Dei filios colligit (quam illos omni-
bus modis dissipare conetur) & variis erroribus ho-
minū mentes disturbare, ne vni Christo acquiescant.
Nec Apostolica, quum non modò Apostolorum do-
ctrinam repudiauerit, sed Antichristi decreta mor-
dicus tueatur, & Apostolicam doctrinam furiosè
persequatur.

Itaque Ecclesia Romana hodierna, Pontificem
Romanum caput agnoscens, non est Ecclesia Ca-
tholica & Apostolica: & ex vi consequentis vete-
ris illius Romæ dignitatem & laudes, quales ei
Romana
Ecclesia
non est
Apostoli-
ca neque
Catholica
Ecclesia.

orthodoxi Patres tribuerunt, minimè meretur.
 Minor siue assumptio huius argumenti, in hac
 disputatione probabitur. licet enim tres tantùm
 quæstiones in ea proponantur, sunt tamen huius-
 modi vt certis argumentis demonstrent Romanã
 Ecclesiam Apostolica doctrina planè fuisse spo-
 liatam, vt Antichristi tyrannidi subiiceretur. De
 Idolorum cultu, & Chimærica Christi præsentia
 qualem vos cõmentis estis, suo loco dicemus. Hæc
 certè quæstio in qua versamur, satis superq; osten-
 dit Antichristũ in Romana Ecclesia sedere, quum
 profani imperii vsurpatione Christũ suo honore
 fraudare conetur. Sit igitur superioris argumenti
 summa, Romanam Ecclesiam Pontifici subiectam
 nõ esse Catholicam aut Apostolicam Ecclesiam;
 quia ab Apostolica doctrina desciiuit. Prima pro-
 batio repudiatæ Apostolorum doctrinæ, est, quod
 primatum siue principatum in Ecclesiam Catho-
 licam vsurparit. De illo igitur primatu siue prin-
 cipatu modò videamus.

DE PRIMATV siue PRINCI-
 patu Ecclesie Romanæ.

H A Y V S.

1. *Catholici, corporis portionem vnã cum
 toto corpore nõ confundunt, quum vt Ecclesiã Ca-
 tholicã ab hæreticorum conuenticulis distinguant,
 Romanã nuncupant. &c. pag. 22. & eadem pag.*

2. *Quum Ecclesiam Catholicam Romanam
 nuncupamus, nullis certis terminis eam describi-
 mus, neque (vt tu loqueris) Orbem in Vrbe inclu-
 dimus, neque circumscribimus: sed Romani Pon-
 tificis in omnem Ecclesiam, potestatem, quam à Deo
 accepit, profitemur, Ecclesiãque Romanam
 omnium*

QVID NON SIT ECCLESIA. 21

omnium Ecclesiarum principatum obtinere, eiusque omnibus qui Christiani haberi volunt, communionem necessariam liberè & palàm predicamus. &c. pag. 22. &

3. Cypriani aetate in more positum fuisse, ut Ecclesia Romana qui praesideret, Catholica Ecclesia Episcopus appellaretur, ex eiusdem Cypriani verbis, nisi summa tua, Minister, in Christi Ecclesiam malevolentia & liuor te impediret, facile colligeres. &c. Eadem pag. & 23. &

4. Utq; hanc disputationis partem concludam: quamuis Ecclesiam in Vrbe inclusam Catholicam appellaremus, nihil contra Verbum scriptum à nobis peccatum conuinceret. Ecclesia enim illa in qua Romanus Pötifex praecipuè sedet, cum ceteris orbis terra Ecclesiis, in fidei communionem consociatur. quare & eo modo Catholica appellari potest, quo Christianum quemuis propter fidei cum ceteris Christianis communionem, Catholicum nuncupamus. &c. vsque ad pag. 24.

SERRANVS.

Ad tua ergo argumenta tandem accedendum est. Quibus verbis quantisque ambagibus hæc oratio tua sit inuoluta, ex ipsa lectione quis non videret? Itaque semotis peregrinis disquisitionibus, testimoniorym ampullis, tuisque illis vernaculis cõiitiis, res ipsa ad analyseos leges à nobis, velis nolis reuocanda est, vt quidnam ad ipsius defensionem à te dicatur, perspicuè possit. Quatuor autem argumentis id probare instituis quod antea negabas, Veram nimirum Ecclesiam Catholicam Romanæ appellatione designari, eaq; ab hæreticorũ conuenticulis distingui. Argumenta illa tua primũ proponem, deinde ad illa respõdebimus.

Hayi argumenta de Ecclesia Romana principi patu proponuntur & reselluntur.

Primum argumentum est huiusmodi.

Omnes distinctiones quæ ad veritatem illustrandam eiusque integritatem ab hæreticorum rabie incorruptam seruandam conducunt, sanctè obseruari debent.

Catholica Romana appellatio, est distinctio maximè conduçens ad veritatem illustrandam, eiusque integritatem ab hæreticorum rabie incorruptam seruandam.

Ergo Catholica Romana appellatio sanctè à Christianis obseruari debet.

Ad hoc argumentum è tuis verbis à me bona fide conformatum ita respondeo.

Quomodo Ecclesia vocetur Catholica.

Maiorem, vt veram, amplector: Minorem, vt falsam repudio: ac proinde id quod ex ea consequitur, pernego: Idque ita demonstro. Sancti & orthodoxi Patres qui ex doctrina Apostolorum Symbolum collegerunt, sanctam & fidem Ecclesiam rectè Catholicam appellarunt, vt eam ab omnibus profanis cœtibus iisque maximè qui eius & nomen & faciem ementirentur, proprio nomine distinguerent. Catholicæ autem appellatio optimè quadrat sanctæ Ecclesiæ, quæ nimirum per Christi sanguinem sanctificata hæres est remissionis peccatorum, columna atque firmamentum veritatis, per quam regeneratur in virtutem & sanctitatem, primariæ illius sanctificationis verum & necessariû effectum: & omnes filios Dei per vniuersum terrarû orbè dispersos, sua communione complectitur: atque adeò verum est tam latè patere sanctam quam Catholicam Ecclesiam. Atqui Ecclesia Romana vt sancta non est, ita neque Catholica hætenus dici potest. est.

QVID NON SIT ECCLESIA. 93

test. est enim foeda meretrix, Christi sanguinem, quantum potest, profanans, & scortationum suarum foeditate veritati illudens. Est igitur petitio principii, vt Sophisticarum decipularum importunissima, ita Hayo planè vernacula. Id enim ponit quod est in controuersia: nimirum Religionis integritatem esse penes Ecclesiam Romanam, quum omnium errorum intemperies Antichristo autore in ea dominantur, quibus non modò Christi veritas obscuratur, & sanctæ Ecclesiæ communitio impeditur, sed & Christo & Ecclesiæ Antichristus *Adversus* Christi & Ecclesiæ nominibus se venditans, acerrimum bellum indicit. Itaque Hayi argumentum ita in Hayum ipsum retorqueo.

Omnes distinctiones quæ veritatem obscurant & mendacium inducunt, penitus sunt tollende.

Retorquetur argumentum Hayi in Hayum.

Catholica-Romane appellatio, & veritatem obscurat & mendacium inducit.

Ergo *Catholica-Romana* appellatio penitus tollenda est: & ex vi consequentis non Apostolis (vt calumniatur Hayus) sed Antichristo & magnæ meretriciæ abominationum matri aduersatur: vt sanctam & Catholicam Ecclesiam, castam Christi sponsam ab impudentis adulteræ petulantia calumniisque vendicemus.

Est igitur falsum, Catholicæ appellationem Romanæ Ecclesiæ conuenire, nisi *vt videlicet*, Catholicæ-Romanæ appellatione ea synagoga intelligeretur quæ Catholicorum errorum & flagitiorum sit sedes & epitome. Atque hoc quidem ad primum argumentum.

Secundum est huiusmodi.

Ea Ecclesia quæ in omnes Ecclesias principatum obtinet, & cuius communitio omnibus Christia-

PRIMA QVÆST. PARS,

*nis necessaria est, Catholica nuncupari debet.
Romana Ecclesia in omnes Ecclesias principatum obtinet, eiusque communio omnibus Christianis necessaria est.*

Ergo Romana Ecclesia Catholica nuncupari debet.

Ad hoc secundum argumentum ita respondeo.

Hoc argumentum apoplexia laborat. peccat enim in materia & in forma. In forma quidem, quia nō valet argumentū à particularibus: quum tamen hoc argumentum aliter disponi nō possit, quemadmodum ex ipsis Hayi verbis apparet: cui elaborandum erit vt vel nouum medium quærat, vel nouas differendi leges excogitet. Siccine enim, Hay, argumentaberis, Omnis Ecclesia quæ in omnes Ecclesias principatum obtinet? tu verò Romanæ Ecclesiæ hoc ius tribuis.

Nō posse dari Ecclesiam particularem vniuersalem, ac proinde neque vnius Ecclesiæ in omnes Ecclesias principatum.

Peccat autem in materia, quia huiusmodi Ecclesia, qualem describis, nusquam est in rerum Natura: ac proinde imaginarius ille Pseudocatholicæ Ecclesiæ principatus à Diabolo & Antichristo Sophistarum ministerio fabricatus, vt τὸ ὄν μὴ ὄν in Vtopiam relegandus est. sublata enim imaginaria Ecclesia imaginarius quoque illius principatus, & imaginaria illius communio per se concidit: nisi communionem erroris, sceleris, immunditiæ & fœditatis, qualis Babylonicum scortum decet, intelligamus.

Quòd si in re Theologica Theologicis principiis agere cōsentaneum est, & Theologica principia in Verbo Dei peti debent: duo necessario consequuntur. Vnum, hoc tuum argumentum esse *ἄλογον* & Sophisticum, quum sit *ἀθεολόγητον* nam

QVID NON SIT ECCLESIA. 95

nam contra expressum Dei verbum vni Ecclesie in omnes Ecclesias principatum tribuit: & rursus id ponit quod est maximè in controuersia. Alterum, quum principatus huiusmodi qualem palam & liberè Romanæ Ecclesie ascribis, à Verbo Dei designatur vt Antichristi nota in Ecclesia Dei nimirum sessuri tyrannidémque Dei nomine occipatur: efficitur, Romanam Ecclesiam quæ hunc principatum sibi vendicat esse sedem Antichristi: & ex vi consequentis Catholicæ Ecclesie appellationem ipsi minimè deberi: & argumentum in ipsam sic esse retorquendum.

Retorquetur argumentum Hayi in Hayi caput

Quæcunque Ecclesia in ceteras Ecclesias principatum vendicat, ab Ecclesia Catholica communionem penitus eo ipso desciscit, & vt meretrix sanctæ Catholicæ Ecclesie nomine indigna est.

Romana Ecclesia sub visibili suo capite Pontifice, in ceteras Ecclesias principatum vendicat. Ergo ab Ecclesia Catholica communionem desciscit, & Augusto illius nomine indigna est.

Hic igitur syllogismus tuus, Hay, planè ἀσυλλόγητος est, & omnibus modis peccat. De Tertio videamus.

Tertium argumentum.

Omnia priuilegia ab orthodoxis Patribus olim Ecclesiis tributa, debent esse rata & firma. Ecclesia Romana ab orthodoxis Patribus olim hoc tributum est priuilegium vt Catholica appellaretur.

Ergo Ecclesia Romana, debet appellari Catholica, & ex vi consequentis est ipsa vera Ecclesia Catholica.

Ad hoc tertium argumentum sic respondeo.

Varii errores argumenti Hayani. Quum in priori huius argumenti parte multiplices lateant Sophisticarum decipularum insidiae, omnino necesse est illa distingui. Primus error est, à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Alter, Ignoratio Elenchi, idque *Idè dicitur* eorum testium quos Hayus adhibet ad suam sententiam confirmandam.

Dei beneficia personis non alligantur, hominumque accidit culpa: sed non sunt omnibus locis nec temporibus eadem. Quod igitur hinc vniuersè ponitur, adhibita distinctione limitandum esse respondeo, ut norimus quid, quando, quomodo Ecclesiæ competat. Summa est, Priuilegia siue beneficia Ecclesiæ tribuuntur, hæctenus esse rata, ne personis alligentur: quum in suis beneficiis dandis liberrimus Deus causam cur hominibus bene velit & faciat, in se comperiat: cur suis beneficiis homines spoliet, in hominibus: ac proinde Ecclesiæ statum non vniuniformem esse & eundem, sed pro variis variorum temporum circumstantiis varium & multiplicem. Exempli causa. Iudæorum Ecclesiam ipsamque cum primis ciuitatem Hierosolymitanam maximis illustrissimisque donis ornauerat Deus: quæ illi tandiu rata fuerunt quandiu Deus voluit, illisque homines bene sunt vsq; illis abusus iuste spoliauit. Neque minus tamen Deo constitit veritatis suæ firmitudo. Quis verò sic rectè colligat, Perpetuam sibi fore Hierosolymis sedem pronuntiauerat Deus. Ergo Ecclesia Hierosolymitana est Ecclesiarum Christianarum sedes non modò primaria sed etiam perpetua. Si excipias, Id non valere in Hierosolymorum exemplo, quum aduentu Christi & finis sic legalibus ceremoniis impositus, & intergerino pariete

pariete sublato, Ecclesiam per vniuersum terrarum orbem fuerit diffusa, duo respōdebo. Vnum, Hierosolymitanæ Ecclesiæ post aduentum quoque Christi maxima fuisse tributa beneficia. quâ in ea non modò Christus & Apostoli docuerint, sed in qua post Christi in cœlum ascensionem Euangelii vox efficacissimè personuerit, & ex eâ tanquam scaturigine diuinæ cognitionis flumina per vniuersum terrarum orbem dimanarint: tantâque illi constitit autoritas vt primum Christianæ Ecclesiæ Concilium in ea fuerit celebratum. Alterum, complures quoque alias opponi posse præter Hierosolymitanam Ecclesias, in quibus haudubiè Apostoli docuerunt: quarum tamen vix ac ne vix quidem tenuissima hodie extant inter Machometis furores vestigia. Ecquis igitur non videt minimè alliganda esse hæc personis priuilegia, neque omnibus temporibus aut locis esse eadem?

Nec minus tamèn verax est aut Dei Verbum aut sanctorum Patrum testimonium. non enim personis veluti hereditarium quidpiam hæc do-
 ficarunt, hæctenus nimirum illis rata, quatenus
 Deo gratos homines præbuissent. Germana igitur Patrum sententia detorquetur, quum id quod
 adhibita conditione intelligi voluerunt, præcise
 vrgetur. Atque hoc quidem de priori Syllogismi tui parte.

Ad minorem autem hæc respondeo: Primum, singularibus quidem donis Romanam Ecclesiam præter cæteras Ecclesias olim fuisse ornata: non tamen hæctenus vt vllum in cæteras imperium principatumque obtineret. Sicuti enim membrum in corpore distinctio neque dignitatem, neque dignitas distinctione impedit, ita in Ecclesia

Verbi Dei & Patrum testimonia quomodo intelligenda

Ecclesia Romana inter cæteras quidem Ecclesias maxima dignitate olim illustris, sed illarum tanquam princeps fuit.

nihil obstat quominus vna alteri Ecclesiæ Ecclesiæ donorum multitudine & vtilitate antecedit, non tamen idcirco vnus Ecclesiæ in alias Ecclesiæ principatus stabilitur: quum vnus sit Ecclesiæ suæ princeps, Christus.

Hayi importuni reprehensoris Thraconica audacia.

Romana Ecclesiæ à Patribus olim vocabatur Catholica, vt omnes veteræ Ecclesiæ vocantur Catholica.

Vetus Romana fidelis à noua Romani fidei distinguenda est.

Tu verò, Hay, non minus in Physica quàm in Theologia Sophista es, licet iactabundæ illius tuæ audaciæ ampullis *εὐσώφου* ventosis tuis iocis me exufflatum esse arbitraris: quum tua tamè in Grammaticis deliria importunumque reprehendendi cacoëthos quilibet, in Physicis Nature genius Aristoteles irrideat: à quo minimè nimis euinces vt vel pars sit toto suo maior, vel corporis pars sit totum corpus: quantumlibet vel ineptè iocaris vel impudenter conuitieris. Ita neque vt Pontifex Romanus sit Ecclesiæ caput, nec Romana Ecclesiæ sit Catholica Ecclesiæ, licet illustrissimorum donorum quibus olim ornata est dignitas & splendor in ea etiamnum maximè eluceret, à Theologia extorquebis. Catholicam enim Patres appellant Ecclesiam Romanam veterem, vt præstantissimum Ecclesiæ Catholicæ membrum, non quasi ipsius arbitrio & nutu ceteræ omnes Ecclesiæ regerentur.

Denique respondeo, distinguenda esse tempora, vt & Scripturæ & eruditæ vetustatis testimonia rectè intelligantur. Rectè igitur in Syllogismo adhibetur O L I M. Magna enim erat Romana Ecclesiæ, Cypriani, Ambrosii, Augustini & Victoris temporibus autoritas, quum veritas in eo emicaret. In naufrago Romani Imperii mari quum varia ingenia variis errorum tempestatibus fluctuarent ad eam omnes viri boni veluti ad Pharon vnde ad portum tutus aditus pateret, oculos manusque intendebant, de ea magnificè & sentiebant & loquebantur. Primæ illius & verè

QVID NON SIT ECCLESIA. 99

verè aureæ conditionis mutationem posteriora
sæcula viderūt: nostrum autem, Romam omnium Veteris
Romæ lau-
des in no-
uæ Romæ
oppo-
bria con-
uersæ.
errorum, scelerum, malorum sentinā & cloacam
videt. Si igitur Cyprianus, Ambrosius, Augusti-
nus, Victor hodiè reuiuiscerent, magnifica illa
Romanæ Ecclesiæ præconia in has diras conuer-
terent, *Quomodo facta est meretrix, Civitas fidelis?*
& in Hayi caput sua testimonia sic retorquerent.

Qui beneficiis à Deo tributis abusus est, dignus Retorque-
tur argu-
mentum
in Hayi.
est qui illis spoliatur.

Romana Ecclesia, beneficiis à Deo sibi olim con-
cessis, abusa est.

Ergo Ecclesia Romana his Dei beneficiis sibi tri-
butis merito suo fuit spoliata. &

Qui id sibi arrogat quod non est suum, falsus
est & perfidus.

Ecclesia Romana dum in ceteras Ecclesias prin-
cipatum usurpat, sibi arrogat quod non suum est.

Est ergo falsaria & perfida: & ex vi consequentis
cum veteri illa Ecclesia cuius dignitatem autori-
tatēque erudita Verustas tantopere commen-
dauit, nihil habet commune.

Restat quartum argumentum.

Omnes Ecclesie in fidei communionē inter se
consociatæ, debent appellari Catholica.

Ecclesia Romana cum ceteris orbis terra Ecclesiis
in fidei communionē consociatur.

Ergo Ecclesia Romana, Catholica appellari debet.

Veritatis vim non sentis, mi Hay, quæ te Hayi an-
dabat il-
mus, suo
se gladio
confodi-
entis.
eò deducit quò minimè cogitabas? In fidei
dei communionē consociatæ inter se Eccle-
siæ omnino debent appellari Catholicæ: &

En præstatiſſimo
ſuo ſtatu
Roma
fuit cæterarum Ec-
cleſiarum
in fide lo-
cia non
Domina.

Patres ab
Hayo ci-
tati ad-
uerſus
Hayum
faciunt.

ita noſtras Eccleſias vocari Catholicas ſupra dicebamus, quòd Catholicæ Eccleſiæ per vniuerſum terrarum orbem diſfulæ ſint membra. Si Eccleſiam Romanam probares retinere puritatem doctrinæ ſalutaris, in hac fidei communionem cum cæteris Eccleſiis conſociatam, probares eſſe Catholicam, non verò aut principem aut dominam, ſed ſociam in Catholicæ Eccleſiæ communitate agnoſceres. Te igitur id modò deſtruere quod ſupra aſtruebas, non vides? Si enim Eccleſia Romana hæcenus appellatur Catholica, quòd cum cæteris Eccleſiis fidei vinculo conſocietur, ubi nam eſt ille principatus in quo proram & puppim Catholicæ-Romanæ Eccleſiæ collocatis? Certè, ſi conſociatur, ſocia eſt: ac proinde non domina aut princeps: neque ad hoc vt Catholica Eccleſia diſtinctè intelligatur, opus eſt vt Romanæ appellatio adhibeatur: quum potiùs Eccleſia Romana per te hæcenus Catholica vocetur quòd in Catholicæ Eccleſiæ cõmunionem ſit, eiùſque membrum cenſeatur. Hæc omnino planè ſunt diſparata atque repugnantia: vt tu tandem veritati deſmanus, tẽque tuo gladio iugules. Atque hæc quidem ad tua argumẽta. Itaque magnus ille orthodoxorum Patrum cuneus quem aduerſus me armas, nihil vel pro te vel contra me facit. nõ enim magnificis his titulis nouam Romam honeſtant ſancti Patres, ſed de veteri Roma loquuntur. Petis igitur principium, quum tibi prius probandum fuiſſet eandem fidei doctrinam nouæ Romæ nunc conſtare quæ veteri olim conſtabat, quàm elogia ab optimis viris Romæ veteri tributa poſſint nouæ Romæ conuenire. Quod nos pernegamus, & in eo vniuerſæ diſputationis cardo verſatur. Imò aduerſus te facit argumentum. quum enim illuſtriſſimis Dei donis quibus vetus Roma olim floruit, hæc

QVID NON SIT ECCLESIA. 101

ruit, hæc augustæ appellationes tribuantur, omnino consequitur vitiis quibus nunc noua hæc Roma foeret, notandis, contraria nomina esse querenda ac proinde te cum tuarum ineptiarum tricis planè insanire, qui existimes te fumis tuis clarissimam veritatis lucem obscurare posse.

Verùm qualem tuæ illius Catholicæ-Romanæ principatum describas, & quomodo eum tuearis, proximum est vt videamus.

Eiusdem doctrinæ noua instituitur probatio.

H A Y V S.

Ecclesiam Romanam grauissimi sceleris accusas, quum eam dominatum in cæteras Ecclesias sibi usurpasse scribis. Primatum omnium Ecclesiarum Romæ à Domino fuisse concessum, Catholici certissimis rationibus iam pridem comprobant: Quem si imperij nomine intelligis, rectè Romanam Ecclesiam in omnes Ecclesias imperium habere dices. Et si illos sequeris, qui usurpare, idem esse putant ac præter ius vri, negamus Ecclesiam Romanam in alias sibi imperium usurpasse pag. 24.

S E R R A N V S.

De imperio igitur & principatu tuæ illius Catholicæ Romanæ Ecclesiæ modò vis copiosius agere? At pergis esse tui similis, id est vitilitigator & rabula. antequàm enim de re ipsa dicas, in verbis prolixè tergiuersaris.

Ego igitur tibi sum blasphemus quòd dicam Ecclesiam Romanam in cæteras Ecclesias imperium usurpare: & Ecclesiis per vniuersum terrarum orbem variè distributis longè latèque do-

Hayi tabularia in verbis variè tergiuersatur, antequàm de re ipsa dicat.

minari, ut illius iniussu nullæ uspiam unquam Ecclesiæ de religionis doctrina ritibusue constituant? Primatum, principatum, imperium, summam autoritatem potestatemque Romanæ Ecclesiæ in omnes Ecclesias Hayus non modò agnoscit, sed acerrimè tuetur, in *Dominatus* vocabulo statuit blasphemiam. *Vsurpandi* quoque verbum expendit, ne præter ius videatur imperium illud constare Ecclesiæ Romanæ. De ipso quidem iure postea viderimus: at ne in re dubia hæreamus, testor me *Vsurpandi* vocem accipere simpliciter pro *habere*: id est affirmare, Haudquaquam hanc esse Petri doctrinam ut una Ecclesia in cæteras Ecclesias habeat imperium. Verùm ad rem ipsam debebas solidè, Hay, respondere, non autem prætermissa in vocularum aucupio stolidè hære. Postquam verò & te & lectorem inutili loquacitate fatigasti, non te pudet institutam breuitatem prætexere quæ te scilicet festinare coëgerit duabus paginis nequicquam euagatum: quum sensus communis rationisque breuitatem omnibus palàm prodas.

Hayi insulsa distinctio. Romanam Ecclesiam in cæteras Ecclesias imperiū quidem principatum, primatum habere, sed nō dominatū. Ecclesia Romana quomodo

Si enim principatu, si imperio, si primatu, si summa autoritate atque potestate Romana Ecclesia in cæteras omnes Ecclesias potitur, quomodo non dominatum habebit, vel, sicuti ego eram loquutus, non dominabitur? Imperii, principatus, summæ autoritatis potestatisque vocabula, quæ erunt *Dominatus* vocabulo molliora? Imperium, principatus, summa autoritas & potestas sine dominatu esse non potest, *Dominatus* sine illis esse potest. quidnam verò est de lana caprina digladiari, si hoc non est? Certè, Ecclesiam Romanam in cæteras Ecclesias dominari certissimis argumentis constat. Concilia cogere, fidei decreta constituere, conscientias leges imponere,

ponere, quidnam pro Verbo Dei recipiendū sit, in cæteras
 summa autoritate decernere: Reges & Principes Ecclesias
 suo imperio subdere, eos autorare & exautorare, tur.
 ditionibus suis inaugurare, eosque iis spoliare,
 crepidæ osculum obedientiæ tesseram ab illis ex-
 igere, colla ipsorū suis pedibus calcare, nunquid
 Hayo erit Dominari? Ego igitur fraudulēter fue-
 ro loquutus, quum dixi Romanam Ecclesiam in
 cæteras Ecclesias dominari: vt Iesuitæ impuden-
 tiam Lector animaduertat?

H A Y V S.

*Si que sunt apud Aristotelem τὰ καθόλου λέ-
 γιστες, cæteras Ecclesias à Romana non καθόλου λέ-
 γεις, sed καθόλου λέγειν dici assereres. Ad hæc, cur tecum pu-
 gnas? Vis vt cætera Ecclesia Catholica appellentur
 quum tuo iudicio una tantum sit Catholica?
 Reuoca tibi in memoriam. &c. pag. 24.*

S E R R A N V S.

Te quidem vrget commenti tui absurditas,
 neque te tamen pudet tuæ impudentiæ. Est certè
 longè absurdissimum in Catholice Ecclesiæ com-
 munionem vnā Ecclesiam in cæteras Ecclesias
 huiusmodi imperium obtinere, vt de suo eas no-
 mine denominet. At quum hoc faciat Ecclesia
 Romana quæ cæteras omnes orbis Ecclesias suo
 imperio subiicit, & de suo nomine Catholicas-
 Romanas vocat: quidni maximo se absurdo in-
 uoluit? Qui hoc negat, non argumentis, sed vel
 sensu communi sibi opus esse, vel aperte veritati
 se repugnare confitetur. Auius igitur Hayus in
 viam à me est reuocandus, vt dum mihi obliuium
 obiicit, se stellationē suo iudicio prodi intelligat.

Hoc igitur modò Hai elaborabas vt probares, Catholicam Ecclesiam vt ab Hæreticorum contenticulis distingueretur, Romanam iure fuisse appellatam: Romanæ Ecclesiæ in cæteras omnes Ecclesias principatû imperiûmque tuebare. Quî igitur tuo iudicio Christianorum Ecclesiæ ab Hæreticorum (quos vocas) cœtibus distinguentur? Si nimirum Catholicæ-Romanæ appellentur. Catholicæ-Romanæ igitur à Catholica-Romana de-

Inepta
Hai de
Paronymorum
notione
reprehensio.

Catholicæ
Romanæ
Ecclesiæ
dicuntur
Iesuitis
παρώνυ-
μους à
Catholica
Romana
Ecclesia.

Ecclesia
Romana
Hayo
quoque
dicitur
ὁμωνύμους
de Eccle-

nominantur. Ecquid est *παρώνυμους* dici, si hoc non est? Paronyma quænam sint iam olim ab Aristot. didiceramus, *Ὅσα* nimirû *ἀπὸ τινος διαφέροντα τῆ πτώσει τὴν καὶ τοῦ ὀνόματος ἀρτιστοιχίαν ἔχει*: ac proinde ex propria Paronymorum notione dixeram, cæteras Ecclesias à principe & primaria, vt ais, Ecclesia, Romana-Catholica videlicet, Catholicas-Romanas denominari: sicuti à Grāmatica Grammaticus denominatur. Ne enim meritò obiiceret (quemadmodû alibi facis) me præuaricari, quòd in referenda sententia vestra Romanam Ecclesiam in cæterarum ordinem redigerem, principi primariæque Ecclesiæ principem primariumque locû ex vestra hypothesi agnoui, vt ipsa primû & per se Catholica-Romana, tum ex ea precariò & *παρώνυμους* Catholicæ-Romanæ denominarentur. Ecclesia Romana ergo vobis est denominâs: cæteræ Ecclesiæ, sunt denominatæ. Casu tantûm differunt. Communis est nominis eiusdem appellatio. Itaque *παρώνυμους* propriè appellantur quum & voce & significatione de eodẽ dicantur. Quid igitur hîc à me peccatum est?

Hoc tamen do liberaliter quod ais, Ecclesiam Romanam quum Catholica appellatur, *ὁμωνύμους* esse Catholicam, quemadmodum & eam soleo appellare: quum in communi tritòque nomine *ἡ καθολικὴ ἐκκλησία* ei sit ἔτις ἐστὶν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία à verè-Catholica Ecclesia, ab eaque

QVID NON SIT ECCLESIA. 105

ab eaque toto genere distet. Sed hac de re non si Catho-
lica.
modo agebam. Ecclesie vestrae Romanae in ceteras omnes Ecclesias auctoritatem de vestra sententia ostendere mihi tantum erat animus.

Quod autem Catholicam-Romanam interpre- Hayus im-
pudenter
negat, Ca-
tholicam
Romanam
esse vni-
uersalem
particula-
rem.
tatus sum *Vniuersalem-particularem* mirum est tibi mirum videri. qui enim aliter exponi hoc dicendi genus potest? Catholica enim, vniuersalem significat: Romam autem Vniuersam esse particulam si demonstrare vellem, Cosmographi quid de me statuerent, qui in re tam perspicua adhiberem probationes non-necessarias? Omnes igitur Ie-
suitas aduersus impudentiam tuam testes excita-
bo. Ecquis enim eas omnes Ecclesias quae Pontificio nomini parent, Catholicas-Romanas non appellarit: & quis Romanam Ecclesiam ita Catholicam *κατ' ἑξῆς* vocauerit, quin ex ea omnes ceterae Ecclesiae Catholicarum-Romanarum nomen sortiantur? Itaque Praetor ex lege quam citas, calumniae & stellionatus poenas tibi imponet, quum sciens-volens rem tibi cognitam atque exploratam neges. Si tamen cerebri infirmitate rem per se manifestam videre non potes, in eorum hominum numero te recensebit, *ὠνείκει* *καὶ ἠϊάνης*: atque adeo veratro opus tibi esse pronuntiabit vt ad meliorem mentem redire queas.

H A Y V S.

Videtur publicus aliquis Gebennensium scriba, hanc tuam orationem dictasse, quum tam diligenter tibi caueas, venusta illa tua vocum Vspiam & Vnquam coniugatione, ne quid in te ad Romanam Ecclesiam odium apud omnes conflandum, Caluiniarius aliquis desiderare possit. &c. pag. 25.

SERRANVS.

Tricæ
Hayanz
Cuniculos quæris vt sensim à re primaria elabaris. Quid igitur vis? Romanæ Curia *μυσικώτερον* quendam *μύθον* excitato qui Romanæ Ecclesiæ autoritatem nobis illustrius repræsentet, si eam pro merito nondum explicauim. nam de Dominandi voce iam dixi.

Verbum
Dei lucu-
lento pe-
tri testi-
monio, v-
nius Ec-
clesiæ in
cæteras
principa-
tum dete-
statur.
E Dei Verbo petatum hoc erat argumentum, & eo quidem singulatim notatio, cuius nomen maximè venditatis. Petrus enim vnum in vna Ecclesia *ἀρχιεπίσκοπος* Christum agnoscit. Ergo alium *ἀρχιεπίσκοπος* Pontificem detestatur. Idem Petrus vetat nequis in Ecclesia Catholica dominetur in cæteras Ecclesias. Ergo Romani Pontificis Catholicum principatum execratur, aut vnus Ecclesiæ, quæcunque tandem illa sit, in cæteras Ecclesias Catholicatum. Petrum laudare testem, est profectò è Verbo Dei petere argumenta. Tu verò quidnam ad hoc respondes?

HAYVS.

Si quis negaret ad hæreticorum furorem reprimendum fideique res illustrandas, magnum habere momentum Concilia Pastorumque Ecclesiæ cæteris, non tantum rerum veterum monumenta ignorare, sed & in Spiritum sanctum grauissimum committere scelus, facile conuinceretur. &c.

SERRANVS.

Sunt verba & voces. quis enim hoc negat, aut quidnam huiusmodi est in controuersia? Conciliorum

liorum auctoritatem tantum abest ut contemnamus, ut id maximè affirmemus, si ex illorum auctoritate decidendæ inter nos essent componendæque controuersæ, nullum planè fore tuum Patrum. Sed vera & germana Concilia à falsis & adulterinis Conciliis distinguimus. Olim enim *ἁγίων* & impias Synodos existisse negare non potes. Verùm quorsum hæc de Conciliis?

Orthodoxorum Conciliorum magna est nobis auctoritas.

H A Y V S.

Ut probem magnam esse Pontificis Romani in vniuersam Ecclesiam auctoritatem, cuius iniussu neque Concilia cogere licet, neque Conciliorum placita pro fidei decretis antè recipere quàm ipsius auctoritate firmata fuerint, &c. à pag. 25. vsque ad finem 26.

S E R R A N V S.

Bifariam hîc à te peccatur. Primùm, petis principium & τὸ κρείσσειον pro confesso assumis. Non enim, si magna fuit Ecclesiæ Romanæ inter cæteras Ecclesias olim (constante nimirum in Ecclesiæ Romana doctrinæ integritate) auctoritas, consequitur nunc, (corrupta videlicet infinitis erroribus & sceleribus Roma) eandem ei auctoritatem deberi. quum enim ab Ecclesiæ Catholicæ communionem sese seiplexerit, communionis quoque Catholicæ iura omnino amisit.

Huius argumenti de emendata Conciliorum auctoritate errores notantur.

Deinde, in testimoniis illis quæ citas, est manifestus error *ἡ δὲ διάστασις*. Non enim ex iis locis quos citas rectè concluderis, Primatum siue principatum in cæteras Ecclesias vel Episcopo Romano vel Ecclesiæ Romanæ antiquitùs

Prima sedes inter Ecclesias Romanæ Ecclesiæ olim tributa & quomodo

Concil. Carthag. 3. cap. 26. & Decret. 1. parte dist. 99. C. primæ sedis.

Prima pars Hayanæ argumentationis eueritur in Niceni Concilii exemplo.

constitisse: sed illud tantum, Magnam & Episcopo Romano & Ecclesiæ Romanæ reuerentiam à cæteris Ecclesiis fuisse exhibitam, illiusque consensum in magno bonis & orthodoxis Patribus præterio olim extitisse. Quum enim ita in Ecclesia constitutum esset vt ex Ciuitatum provinciarumque ordinibus Ecclesiarum sedes distribuerentur, factum est vt prima Romanæ Ecclesiæ sedes tribueretur. Primam igitur illam Romanæ Ecclesiæ sedem cæteræ olim Ecclesiæ, non principatum agnoscebant: sicuti & Carthaginensis Concilii decretum à Caluino appositè citatum, à te verò inscitè sugillatum disertis verbis testatur: *Vt primæ sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, aut summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus.* Vniuersalis autem Episcopi appellatio, summæque illa in Concilia autoritas quam tu Romani principatus firmamētum statuis, ad illa tempora planè erat incognita: quæ tum demum inualuit quum homo peccati sedem in Ecclesia occupauit.

Atque vt ad singula à te citata eruditæ Vetus testis testimonia respondeam, sic habeto. Nicenam Syhodum non Pontifex Romanus, sed Constantinus Imperator cōuocauit: ei Synodo Athanasius Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus præfuit: Romanus Episcopus per legatos in ea quarto tantum loco sedit. Eam Imperator non Romanus Pontifex, confirmauit, illiusque decreta publicis rescriptis sanxit & rata esse voluit. Prima igitur Hayanæ argumentationis, quod ad Nicenum videlicet Concilium primum attinet, pars profligata est.

Locus etiam ille quem citas, Hay, tibi perspicuè repugnat. Non enim Romani Pontificis imperio summæque autoritate, sed *oris consortio*, confirmari

firmari decreta sua postulēt Niceni Concilii Patres. Aliud est Oris cōsortium siue assensus, aliud Imperium. Certè quum vbicunq; essent Ecclesie, Oecumenicorum Conciliorum decreta obseruari deberent, ita æquum erat & consentaneū vt ab omnibus prius probarentur. Romanæ inter cæteras magnam fuisse autoritatē sæpe diximus. Ecquis igitur miretur, quum Episcopus Romanus Concilio abfuisset ipse, & legatos tantum eò misisset, eum rogasse Concilii Patres vt à se decretis assentiretur, eaque oris cōsortio confirmaret. Nō fuit igitur hæc summa autoritas Pontificis Romani aut potestas, sed fraternus & Christianus cum cæteris Ecclesiis assensus.

De Constantinopolitana idē quoque respondeo. Theodosius & Gratianus Imp. Synodum conuocarunt: Menas Ecclesie Constantinopolitane Episcopus Synodo præfuit. Patres Concilii ex his verbis quæ affert consensum in re communi efflagitant, vt tuo tu gladio palàm iuguleris. Sunt enim diserta verba, *Obsecramus vestram sanctitatem vt consentiat.* Omnes enim Ecclesias consentire æquum est, nec idcirco vnus in cæteras imperium, vt dixi, stabilitur. Secunda igitur argumentationis Hayanæ pars nulla est.

Ephesinam quoque Synodum primam Theodosius iunior & Valentinianus Imp. conuocauerunt: ei Cyrillus Alexandrinæ Ecclesie Episcopus præfuit. Quænam autem sunt illa consona quæ à Cælestino Romanæ Ecclesie Episcopo Patres Concilii confirmari postulāt, Cyrillus ostendit qui Cælestinum consacerdotem & coepiscopum vocat, & de eadem re loquēs Leo Pontifex Romanus Cælestini successor his verbis: *In quo opere multum consacerdotis mei deuotione gaudebo, & semper ipsius vniuersitate letabor, quia fraterna*

Locus ab Hayo citatus Hayo perspicue repugnat.

Romanæ Ecclesie consensus quomodo necessarius.

Secunda pars ex Constantinopolitane Synodi exemplo.

Tertiarum pars in Ephes. Synodæ exemplo. Cyrillus in Epistola Synodali Concilii Ephesini primi. Epist. 34. Leonis Martiano Augusto.

pax non nisi una fidei confessione seruetur. Quale verò illud Romanæ Ecclesiæ in cæteras Ecclesias esset imperium idem docet, *Quia Christianissimus Imperator haberi voluit Episcopale Concilium, ut pleniore iudicio omnis possit error aboleri, fratres nostros Iulianum Episcopum, Renatum presbyterum, & filium nostrum Hilartum diaconem misi qui vice mea sancto conuentui vestre fraternitatis intersint, & communi vobiscum sententia qua Domino sint placitura constituant.* Tertia igitur Hayanæ argumentationis pars corrui.

Epistola
10. Leo. ad
Ephes.
Synod. 2.

Quarta
pars, in
Chalcedo-
nensis Cõ-
cilii exẽ-
plo.

Epist. 12.

Epist. 13.

Quomo-
do Epif-
copus Ro-
manus
præfuit
Concilio
Chalcedo-
nensi.

Epist. 20.

Epist. 27.

Epist. 27.

At quod de Chalcedonensi Synodo commemorat Hayus, planè est importunum. Ephesina Synodus secunda, quæ *λειτουργία* nominatur, Euty-chetis errorem Dioscori Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi qui ei Synodo præerat, artibus confirma- rat. Leo Romanæ Ecclesiæ Episcopus hac de re apud Martianum Imperatorem conqueritur gra- uissimis verbis, eamque ut generalem Synodum intra Italiã haberi iubeat, supplicibus verbis suo & collegarũ nomine, rogat: Pulcheriãque Au- gustam ut apud Principẽ sua gratia se iuuet, im- pẽsẽ orat. Imperator eius precibus annuens Syn- odum generalẽ indicit non quidẽ in Italia (sicuti postulabat Leo) sed Chalcedone, ei que vult Ro- manum Episcopum præesse, ad Orientalium Epi- scoporum qui Dioscoro & cæteris Eutychianis fauebant, factiones impediendas. Synodo inter- fuit Imperator, absuit Romanus Episcopus ni- miũ arcti temporis & loci importunitatẽ præ- texens: ei tamẽ Concilio per legatos præfuit: sed quomodo, ipse docet. nam ad Cõcilii Chalcedo- nensis Patres scribens ait, Se quidem literis Prin- cipis fuisse inuitatum, ut Synodo suã præsentiam præberet: quum tamen adesse per tempus sibi nõ liceret, Paschasianum & Luculentium Episcopos, Basilium & Bonifaciũ presbyteros ad Synodum

QVID NON SIT ECCLESIA. ut
misisse, qui suam in ea vicem suppleret; rogat au-
tem Synodi fraternitatem ut estimet se per illos
presidere, & absentem adesse Catholicę fidei con-
cordia & predicacione. Quomodo autę Leo Chal-
cedonensis Synodi dogmata confirmarit, quem-
admodu loquitur Hayus, discat ipse a Leone, ne
Leonem Leoni opponat. & *Quia* (inquit Leo ad
Imperatorem) *& nos & beati patres nostri, quorum*
doctrina & veneramur & sequimur, in unius fidei
concordia sumus, sicuti prouinciarum omnium pro-
testantur antistites, agat Clementia vestra deuotis-
sima fides ut quamprimum ad nos Constantinopoli-
tani Episcopi qualia debent probati & Catholici sa-
cerdotis scripta perueniant. & c. Imperatoris auto-
ritatem implorat Leo ut Cōcilio decretis Episco-
pus Constantinopolitanus obtemperet. Vbinam
est summa illa Romani Pontificis in omnes Eccle-
sias autoritas & potestas? Idem verò quęnam illa
sit sua confirmatio, testatur. *Sed quia, inquit, pio*
studio humanis negotiis diuina preponitis, & ratio-
nabiliter & religiose Regni vestri viribus creditis
profuturum, si nulla sit in sacerdotum sensibus disso-
nantia, nulla sit in Euangelij predicacione discordia,
ego etiam vestris dispositionibus nō renitor, optans ut
omnium cordibus catholica fides, quę non potest nisi
vna esse, firmetur. Cōsensum igitur suum ad cęte-
rarum Ecclesiarum cōcordiam accedere testatur.
At qualis sit sua in confirmādis Concilii decretis
autoritas, apud eundem Imperatorem his verbis
significat. *Prior Synodus Ephesina, Nestorium cum*
dogmate suo damnauit. sequēs verò in predicta ciui-
tate nō possum vocare Cōcilium, quòd in euerfionem
fidei fuisse agitari constat, quòdque vestra Clemētia
amore veritatis Catholicis assutura aliud statuendo
QVASSAVIT gloriosissime Imperator. *Vn-*
de per D. nostrum Iesum Christum, qui regni vestri
est auctor & rector, obtestor & obsecro Clementiam

uestram vt in presenti synodo fidem quam beati Patres nostri ab Apostolis sibi traditam predicarunt, nō patiamini quasi dubiam retractari. &c. De Chalcidonensis Concilii Patribus loquitur; & se quorūque apud Imperatorem excusat quōd ei Synodus sicuti mandauerat, minimē interfuerit. Pontifex Romanus ab Imperatore postulat vt Concilium conuocaret, illius decreta rata haberet, contraria eis Synodi Ephesinæ secundæ decreta Imperatorem abrogasse testatur, suam absentiam excusat; consensum suum cum Patribus Concilii hactenus necessarium testatur vt Ecclesie & Imperii concordia & pax constaret. Vbinam est Romanæ Ecclesie in cæteras Ecclesias primatus & principatus?

Epist. 16. *Quarta igitur Hayanæ argumentationis pars collapsa est: ac proinde ex sufficienti partium enumeratione tota ipsa argumentatio, & ex vi consequentis totus ille Romanæ Ecclesie principatus summa illa Conciliorum cogendorum confirmandorumque autoritate innixus penitus euauit.*

Africano *Nam quōd de Carthaginensibus Conciliis auctoriter scribis, Iesuiticæ est impudentiæ, eui dummodò aliquid dicat, satis est. Hæc enim quæ nullo iudicio affers, planè tibi aduersantur. Carthaginense illud quod affers Concilium, non auctoritatis defectu, sed excessu peccauit. Boni enim Patres Cypriani auctoritati nimium tribuerant. Episcopi Romani auctoritatem minimè desiderabāt: quæ vt in magno erat apud Africanas Ecclesias pretio, sic eam tandem oportuit cohibere vt sese intra suos fines contineret. Quōd enim ii qui in Africanis Ecclesiis censura Ecclesiastica notati fuerant, vt patronos nequitie comperirent, ad Romanam Ecclesiam aliquando prouocarent, factum est*

QVID NON SIT ECCLESIA. 113

ctum est in Mileuitano Concilio Decretum, *Vt Concilii
Mileuita-
ni cap. 18.
& 22.* qui ad *transmarina Concilia appellasset, a nullo in-
tra Africam in communionem reciperetur.* Quod de-
cretum Carthaginense Concilium postea confir-
mauit. His Conciliis interfuit Augustinus, vt sui
ipse interpret esse debeat. Romanæ Ecclesiæ con-
cordiam magni quidem fecit, summam ei auto-
ritatem potestatemque contra Mileuitani & Car-
thaginensis Conciliorum decretum haudquaquã
tribuit. Quid verò illius verba significant? Duo *Augusti-
ni locus
ab Hayo
citatus ex
plicatur.* Africana Concilia ad Innocentium Romanæ Ec-
clesiæ antistitè de re tota copiosè scripsisse. Ipsum
verò illum Innocentium eò modo ad omnia re-
spondisse quò fas erat atque oportebat Aposto-
licæ sedis antistitem: nimirum vt Apostolicam
orthodoxorum Patrum sententiam aduersus Pe-
lagianorù errorem latum amplecteretur, & cum
ipsis pestiferam de meritis doctrinam (quã ipse
successores non Apostolicæ sed Apostaticæ sedis
heredes nunc tuentur) detestaretur. Hoccine est
ex Augustini sententia summam auctoritatem tri-
buere Pontifici Romano?

Quin tu igitur disce, Hay, quidnam sit in san- *Hayis
Antiqui-
tatis pla-
nè impè-
ritus.* ctæ Antiquitatis scriptis sine iudicio versari: tua-
que *in d. d. e. i. a. s.* te pudeat, quòd præceptorum fida-
uspicia negligens in Patrum latifundiis toto
cœlo aberres.

Nicenæ porrò Synodi de Filio Patri consub- *Distin-
ctio de
ōtōvōtō
tota est
è Verba
Dei.* stantiali decretum, non est Romani Pontificis in-
uentum, sed doctrinæ Apostolicæ luculenta ex-
plicatio: neque Synodi Nicenæ auctoritatem Pon-
tificis Romani principatu & imperio firmatum
fuisse, è superioribus apparuit. Illo sublato, Ca-
tholicæ quoque Ecclesiæ suo nimirum capite or-
bæ, principatus nullus est: ac proinde quicquid
hactenus attulisti, in tuum caput retorquetur.

Argumentum tuum erat huiusmodi.

Argumen-
rum Hayi
de sum-
ma Eccle-
siae Roma-
nae in Cō-
cilia auto-
ritate. ad-
uersus
Hayum
retorque-
tur,

Ea Ecclesia cuius iniussu neque Concilia cogere licet, neque Conciliorum placita pro fidei decretis antè recipere quàm ipsius autoritate firmata fuerint, princeps est cæterarum Ecclesiarum: Atqui Romana Ecclesiæ iniussu neque Concilia cogere licet, neque Conciliorum placita pro fidei decretis antè recipere quàm ipsius autoritate firmata fuerint.

Ergo Ecclesia Romana est princeps cæterarum Ecclesiarum.

Assumptionem tuam è primorum Conciliorum autoritate instituis probare hoc modo,

Id verum esse constat è Niceni, Constantinopolitani, Ephesini, Chalcedonensis Conciliorum conuocatione, & decretorum confirmatione. Ergo verum est, Ecclesiam Romanam olim principatum obtinuisse.

Ego verò ex iisdem illis exemplis quæ attulisti, in tuum caput retorqueo,

Atqui quod Hayus dixit de cogendorum & confirmandorum Conciliorum pæces Romanum Pontificem autoritate, è Niceni, Constantinopolitani, Ephesini, Chalcedonensis Conciliorum actis omnibus constat falsum esse.

Ergo falsum etiam est, Ecclesiam Romanam vel Pontificem Romanum illius caput, in cæteras Ecclesias obtinuisse principatum: & Hayus Iesuita falsi & impudentis suis iudiciis & argumentis reus apud omnes equos indices peragitur. Quod ex superioribus patet.

Ex iis igitur, Hay, quæ ad imaginarij illius principatus defensionem attulisti, constat inauditum Antiquitati fuisse vnus Ecclesiæ in cæteras Ecclesias

QVID NON SIT ECCLESIA. 115
Ecclesias principatum: at proinde collapsio fir-
mamento, totum Romanæ-Catholicæ ius nullum
esse, at esse Antichristi commentum quod Iesui-
tica vanitas nunc audacia & clamoribus tuetur.

HAYVS.

*Dic, amabo, qui te in Græcis versatum profue-
ris; ubi ~~ægyptiæ~~ ~~despiat~~ Prænotatum significare in-
ueneris. &c. à pag. 27. vsque ad 28. finem.*

SERRANVS.

Rursum quærit latebras meus Hayus: ne ad rem Noua
disertè respondeat, in verbis effugium vestigat: Hayi est
ut non minus verborum quàm rerum se imperi-
um demòstret. Quid enim ego obgannienti Mo-
nacho succenseam, & idcirco impotenter exan-
descenti quòd à veritate victus teneatur, ut elabi
nisi per conuitorum possit diuortia?

Duplex erat meum argumentum è Petri lucu-
lentis verbis petito. Petri auctoritate nihil gra-
tius efficaciusque in hoc argumèto dici poterat, sumptum
quum Petrum generis sui autorem iurisque vin-
dicem Romani Pontifices appellent. Ita enim ar-
gumentabar ab exemplo & testimonio Petri. aduersus
principa-
tam Ec-
clesiæ Ro-
manæ.

*Si quod ius à Petro Ecclesia quadam, veluti
Petri heres, sibi vindicare potest, illud planè est
quod sibi ipse tribuit Petrus.*

*Atqui Petrus Ecclesia Presbyteros alloquens, se
illorum ~~oues~~ ~~presbiteros~~ & collegam proficitur, si-
bi que hoc cum illis commune ius agnoscit, ut pas-
cat oues Domini.*

*Ergo nulla Ecclesia quantumlibet illu-
stris omnium donorum generibus, aliud ius*

sibi vendicare potest: & ex vi consequentis, Nul-
læ Ecclesiæ particulari fas est primatum siue prin-
cipatum in Ecclesia Catholica usurpare.

Amplifi-
catio ar-
gumenti
ex illius
consequen-
tione.

Latet autem argumenti ἐπινοήματα & amplifi-
catio in illis verbis, sicuti suo loco ostendam. Si
enim vel præstantissimæ omnium donorum ge-
neribus Ecclesiæ nefas est principatum in cæte-
ras Ecclesias usurpare, quæ Romanæ meretrici om-
nium errorum & scelerum sentinæ nunc licebit?

Sophisti-
cæ stro-
phæ.

Ad hoc argumentum quum debebat Hayus
bona fide respondere, vel se victum à veritate con-
fiteri, adhibet machinas Iesuiticas ad oppugnan-
dam veritatem è meæ personæ ἔξυδενισμῶ, & rei
ἀποπροληψίας in meis verbis strophas quaritans.
quàm rectè, è meâ responsione perspicuum erit.

Hayi im-
pudentia
in linguæ
græcæ
ostenta-
tione.

Mihi quidem, Hay, linguæ Græcæ cognitio-
nem nunquam arrogavi, neque de ea hic tecum
certare mihi animus est. Hinc tamen apud omnes
sanos euincam te Scotum Atticum vel magnam
linguæ Græcæ ignorantiam prodere, vel sycophan-
ticam maledicentiam qui quod rectè di-
ctum est malignè carpas, vel vtrumque. Neque
meæ orationi caput & pedes, (quemadmodum
criminaris) sed tuo capiti oculos deesse, quos ni-
mirum ἡδὲ ἀτέρνας ἔχεις, vt à re primaria quaras
subinde effugia, sani animaduertunt.

Sic igitur habeto. πρωτοκαθεδρίας vocem legi
apud Matthæum, cap. 23, v. 6. Phariseorum enim
ambitionem describens Christus, Amant, inquit,
primos discubitus in conuiujs, & πρωτοκαθεδρίας
ἐν ταῖς συναγωγαῖς. Vulgata, *Primas cathedras*.
Erasmus, *Primo loco sedere*. id est præfidentias in
Ecclesia. Doctissimus interpres Beza, *Primos con-
sessus in conuentibus*. Hanc igitur πρωτοκαθεδρίας
vocem commodè anagoge ad Pseudocatholicæ
Ecclesiæ Romanæ primatum significandum adhi-
bui. erat

πρωτοκαθεδρίας
quid sit.

QVID NON SIT ECCLESIA. 117

bui. erat enim Pharisaismus imago Antichristiani Romani. Pharisei, sedebant super cathedram Moſis. Antichriſtus, Petri cathedram occupat. Pharisei, primos in conuentibus confessus ambiebant: Antichriſtus, primam in Ecclesia sedem occupauit, & dicitur à Paulo sedere in Ecclesia 2. Theſſal. 2. 4. Dei tanquam Deus, præ se ferens se esse Deum: sicuti & vocatur Põtifex Romanus à vobis Deus in terris, & vt Deus colitur. Pharisei, quasi Ecclesie Dei architecti zelo videbantur maximo inflammati ad opus Dei promouendum, Christum tamen lapidem angularem reprobauerunt, belumque acerrimum ei indixerunt. Pontifex Romanus, sub Christi & Ecclesie zelo, Christum & Ecclesiam oppugnat. Placuit quoque mihi vox illa, quod Capitis illius ministerialis vestri commentum vox Syriaca in eodem Matthæi loco representaret, כיש מותכ.

Hanc *αγορη* *des p̄lav* à Christo disertè damnatam aio, vt omnem istum in Ecclesia primatum detestaremur. scimus enim quàm solicitè Apostolos suos monuerit vt omnem ambitionis occasionem è graduum illorum cupiditate nascentem præciderent. Itaque licet in Ecclesia Dei omnia ordine fieri debeant, neque ordo sine graduum distinctione esse possit, euentus tamen ostendit in illa Hierarchie, quam vocant, constitutione iam tum fundamentum fuisse iactum ad iniquitatis mysterium peragendum, quod Pontifex Romanus adimpleuerit. Huiusmodi enim primatum siue principatum qualem hodie vsurpat Pontifex Romanus, & quem tu defendis, Iesuita, à purioris Ecclesie vsu tam abest quàm Regnum à tyrannide: licet in Ecclesia Dei vnus sit Monarcha Christus, ac proinde sine verbo Dei & sine Apostolorum ordinatione aut exemplo factum

Et quomodo à Christo reprehensa.

Matt. 20.

25. Luc. 22.

25.

Ioan. 12. 14. &c.

2. Theſſal. 2. 7.

fuit, vt Primatus etiam illi in Ecclesia olim constituerentur. Romana igitur Ecclesia omnibus omnium donorum generibus quantumlibet illustris (vt tibi grammaticulo gratificer in meorum verborum constructione) primæuo illo & verè aureo sæculo primatum illum in vniuersam Ecclesiam nõ potuit sibi vindicare: neque vnquam vindicauit, nisi quum relicta Ecclesiæ Catholicæ cõmunionē, Antichristo adhæsit, cuius fuit prænuntia tuorū illorū quæ iactas *αγορεύω*, Vniuersalis nimirū Episcopatus siue Primatus affectatio.

Vis argu-
mēti à vo-
ce Com-
presbyte-
ri.

Quid est
*συμπρο-
βύτερος*.

E Logica igitur non Calviniana, sed Petri siue potius Spiritus sancti aduersus Pontificis Romani primatum ita argumentatur. Petrus se *συμπροβύτερος* vocat, id est Presbyterorum collegam & socium. Pontifex igitur Romanus, dum se Episcoporum principem siue primatem vocat, Petro repugnat. Quid tu verò nugaris in *συμπροβύτερος* interpretatione? Sicuti *συμπροβύτης* est eiusdem legationis collega, ita *συμπροβύτερος* est eiusdem presbyterii collega, qui & ipse è seniorum siue Presbyterorum collegio est. *Presbyteros* autem proprio Christianis vocabulo eos omnes comprehendit qui Ecclesiasticum aliquod munus gerunt, & in doctrina maxime versantur, Pastores nimirum & Doctores, nemo nescit. Se igitur Petrus è Presbyteris vnum fatetur, cui vt mandata sit pascendi gregis cura, sic se & alios ad reddendam summo Pastori Christo muneris iniuncti rationem hortatur. Atque hæc quidem de nomine *Συμπροβύτερος*. Sed tu quidnam de re ipsa ais?

H A Y V S.

Nemo nostrum dubitat quin D. Petrus fuerit συμπροβύτερος, id est consenior. At inde non concludes, nullum esse in Ecclesia primatum. pag. 27.

S E R R A N V S.

Imò id concludam. Si enim est compresbyter, ipse est presbyter. id est presbyterorum socius & collega, non princeps aut dominus. Alioqui dixisset Petrus, Ego ἀρχιεπίσκοπος τοῦ πρεσβυτερίου hortor, & pro eo quidem imperio quod mihi Ecclesia Romanæ principatus à Petro plane deturbatur. Christus in ipsos dedit. quod argumentum permagni fuisset momenti, siquidem pro suæ dignitatis iure Petrus fuisset loquutus. Verùm quum se συμπρεσβυτερον appellat, se collegam & socium presbyterorum profiteretur. Deinde, quum iisdem illis verbis suos illos collegas affatur, quibus se Christus post resurrectione compellauerat, *Pascite gregem Domini vobis commissum*, testatur communem se cum illis habere eiusdem muneris rationem: atque adeò de principatu illo quem ei tribuitis se nunquam cogitasse. Quod si ipsius hoc ius fuisset, & quidem huiusmodi quo vniuersa Ecclesia inniteretur, de tanti momenti re nunquam tacuisset. Quid verò tu ad hæc excipis?

H A Y V S.

Nunquid Christus Dominus discipulos suos saepe Fratres appellat. Confice inde cum tua Logica Christi in omnem Ecclesiam principatum, non habuisse, nec ἀρχιεπίσκοπος fuisse. Sic quia D. Petrus non solus fuit Episcopus (alioquin alij non essent Episcopi) se συμπρεσβυτερον ἡδὲ πρεσβυτερον esse scripsit. Et quamuis Episcopi omnes Ordinis sacramento sint pares, est tamen inter eos gradus & dignitatis distinctio. Metropolitanani enim maiores sunt Episcopis quibus præsunt, & Pontifex Romanus omnium Episcoporum est maximus. Ibid.

SERRANVS.

Non modò inepta, sed scelerata quoque exceptio illa tua est, in materia & forma peccans. In materia quidem ipsa, quia ἀδελόγον est atque blasphemum, Christum cum Petro ita comparare vt id Petro tribuatur quod vni Christo proprium est & peculiare. Sic autem à pari argumentaris, sicuti quum Christus discipulos suos appellat Fratres, non idcirco tamen consequitur, Christum in omnem Ecclesiam non habere principatum: ita quum se Petrus compresbyterum vocat, non idcirco efficitur ipsum non habere in omnes presbyteros, id est (vt tu interpretaris) Episcopos principatum, & ex vi consequentis in vniuersam Ecclesiam, cuius potior est pars Episcoporum ordo, cui Ecclesiæ quoque nomen κατ' ἐξοχὴν indidisti. Ita vtrobique in conclusione idem assumitur, In Ecclesia & respectu Christi, & respectu Petri esse principatum: ac proinde statuis duos in Ecclesia principatus, duos ἀρχιεπισκόπους, Christum & Petrum, vt idem planè de Petro quod de Christo prædicetur. Quid est insanire, si hoc non est? Hæccine est Iesuitarum μυστηριώδης illa Theologia è Verbi non-scripti adytis deprompta, quam tantoperè prædicas? At res longè aliter se habet.

Heb 2.10. Vocatur Christus primogenitus inter multos
 Ioan. 1.14. fratres, nec erubescit ipsos appellare fratres, quòd Verbum æternum non Angelos assumpsit, sed semen Abrahamæ assumpsit, vt qui sanctificat & qui sanctificantur, ex vno sint omnes: non tamen vel confudit in persona naturas: vel Officium suum in suos fratres transtulit: pro quibus vt mortuus est solus, ita & solus est ipse Christus, id est summus pastor & propheta Ecclesiæ suæ. Si Petrum pro

QVID NON SIT ECCLESIA. 121

trum pro nobis esse mortuum affirmares, Hay, duosque in Ecclesia Redemptores statueres, nonne blasphemares? Tu igitur è Logicæ tuæ Iesuiticæ commentis duos in Ecclesia ἀρχιποίμνας, duos principes sine blasphemia constitues? Ex absurdo vides te absurdū docere, & falsum imaginariumque Christum in veri Christi vicem supplere. Primus igitur argumenti tui error est, τὸ πρῶτον ὄξον & ἀπολογία, quia aduersus fundamenta ipsa & vera Theologiæ principia sceleratè peccas. Eo enim ipso quòd demonstro te duos ἀρχιποίμνας siue summos pastores in Ecclesia statuere, reum te perago blasphemix: quum ratum & per se exploratum sit axioma, Vnum esse summum in Ecclesia pastorem, sicuti vna est Ecclesia, & vna veritas, imò vnus Deus.

In forma autem ipsa Logices tuæ acumen variè delirat. Idem enim in cōclusionone ponis, Christum esse ἀρχιποίμνα, & Petrum esse summum vel maximum Episcoporum siue Presbyterorū. quidnam igitur est ἀδολεχέιν, si hoc nō est? Quasi enim est ac si dicas, Christus est summus Pastor, Petrus est summus pastor. Ergo Petrus est summus pastor. Ecquis ἀσυλλόγιστον illam & ineptam conclusionem non irideat? Secundus igitur argumenti huius tui error est, Ἀδολεχίαι, id est Nugatio, quia in ratiocinando βατολογέις.

At quidnam illud est, Hay, quod dieis, *Christum in omnem Ecclesiam habuisse principatum, & ἀρχιποίμνα fuisse.* Quòd nouus ἀρχιποίμνα Petrus siue Pontifex Romanus accesserit, idcircone Christus desinit esse Ecclesiæ suæ vel princeps, vel summus Pastor? Primum saltem Christo gradum tribuito, Petro vel Pontifici secundum. Quòd si id quod Christo perpetuum est, Christo negares, omnem tu quidem blasphemiam superares: si autem præ-

Hayanae
argumen-
tationis
ἀδολεχίαι
&

Blasphemia ἀκυρολογία

ter mentem id dicis, periculose solœcizas, ut non Prisciani aut Ascensij sed Petri ipsius virga indigeas.

&
Petitio
principii.

In argumenti autem ipsius applicatione, nimium crassa principii petitione peccas. Vis probare, Petrum non minus Presbyterorum esse principem, quod se Compresbyterum vocet: & hoc quidem argumento ut à Pontificis Romani principatu Petri primatum instituas probare, id est è re controuersa rei controuersæ petas probationem. In quaestione positum erat, Pontifexne Romanus sit Ecclesiæ princeps. Illum esse Ecclesiæ principem, vis è Petri principatu euincere: nunc verò viceuersa, dum in sale hæres, perinde Petrum esse Ecclesiæ principem, instituis probare ac in vestra Hierarchia Pontifex Romanus sit Episcoporum maximus. Quidnam est non modò nugari, sed in sensum reprobum tradi, si hoc non est? Verùm expendamus quæ sequuntur.

H A Y V S.

Ascribam ipsius Apostoli verba, ut disertum ipsius veritum ab omnibus disertius intelligatur. Μὴδ' ὡς ἁτακῦριδ' ὄντες ἰδὲ κἀόραυ. Si tibi perspecta esset vox τῆς ἁτακῦριδ' ἐν, ignorationem tuam prodis hunc locum nobis obuiens. nemo enim est Catholicorum qui Romanum Pontificem tyrannicam in Christianos usurpasse potestatem asserat. Ratione prepositionis ἁτῆ, vox ἁτακῦριδ' ὄντες significat usum tyrannidis seu dominatus tyrannici. Vētat ergo Petrus, Episcopos in clerum, id est populum Christianum, qui ipsis veluti forte obligit, dominari & tyrannidem exercere. &c. pag. 27.

SERRA

SERRANVS.

Obliviosus est noster Atticus, qui non meminit variū esse multiplicemq; vsum præpositionis κατὰ, quæ nō semper significat rei excessum, sed vehementiam sæpe: vt in verbis κατασκευάζειν, quod non est destruere, sed accuratè construere:

κατασκευάζειν, elaborare: κατασκευέν, diligenter exercere, & in sexcentis huiusmodi. Sic κατακυριεύειν non semper significat impotenter & tyrannicè dominari, sed vel dominari simpliciter, vel summo imperio dominari: vel, vt loquitur Cicero, in aliquem dominari, vt meri imperii autoritas & efficacitas significetur. Certè, in hoc loco Petri, κατακυριεύειν est tantum κυριεύειν, est enim cōmentarius eius dicti quo Christus in Ecclesiā imperium vetat. Matthæus dixerat, Principes gentium

Quid sit
δύειν.

κατακυριεύειν αὐτῶν. id est in eas dominari: Lucas de eadem re loquens, κυριεύουσιν αὐτῶν dixit pro eodē. Quis igitur non videt præter Hayum ita omnino accipi apud Petrum? At emendatè noster Atticus ait κατακυριεύειν significare vsum tyrannidis, seu dominatus tyrannici: quasi vsum in re mala esse esse possit.

Matt. 20.
25. 11.
Luc. 22. 25.

Hayi ἀπὸ
παρογία.

Verum, habeto aliquid amplius, Iesuita.

Nemo in Ecclesia κυριεύει quin eo ipso κατὰ κυριεύει: vel falsum est quod Petrus instituit probare, Christum esse summum pastorem, cui vitæ nostræ ratio sit reddēda. Si summus est Pastor, certè Dominus est, sicuti & vnū caput est Ecclesiæ: in qua verum est de Christo vero & sempiterno Monarcha, αἰς τοῖς αἰῶσι ἡ βασιλεύς: ac proinde in Ecclesiæ Monarchia, ἐκ ἀγαθῶν πολυκοιρανίη: neque scintilla est apparétie (vt iisdē verbis vtar quibus à præstātiss. Dei Martyre tyrānis hæc Babylonica

Vnus in
Ecclesia
Dominus
Iesus
Christus.

Ioannes]
Huff. in
actis Con
cilii Con
stant.

Hayi à xv.
 excoꝝia.
 vsus ty-
 rannidis.

Traft. 73.
 in Senten-
 tiis Epi-
 scoporum
 &c.

incoepit labefactari) vel plura esse vno in Eccle-
 sia corpore capita, vel in Ecclesie monarchia plu-
 res Dominos. Tyrannica est in Ecclesia domina-
 tio omnis quæ summum pastorem alium & Do-
 minum agnoscit quàm Christum. Certè, vt nul-
 lus est tyrannidis siue dominatus tyrannici (vt
 ais) vsus, quum Tyrannis sit legitimi imperii ab-
 usus siue excessus: ita imaginarius ille, quem tue-
 ris, Ecclesie Romanæ principatus, est carcinoma
 Apostolicæ doctrinæ, quam illis verbis sic expli-
 cat Petrus vt eam ementitis suis successoribus
 opponat. Apostolica hæc est doctrina quam Cy-
 prianus notat. *Neque quisquam nostrum, ait, epi-
 scopum se esse episcoporum constituit, aut tyrannico
 terrore ad obsequendi necessitatem suos collegas adi-
 git, quando habeat omnis episcopus pro licentia liber-
 tatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tamque
 iudicari ab aliis non possit quàm nec ipse potest alte-
 rum iudicare. Sed expectemus vniuersi iudicium
 Domini nostri Iesu Christi, qui vnus & solus habet
 potestatem & preponendi nos in Ecclesia suæ guber-
 natione & de actu nostro iudicandi.*

Ad meam deinde parenthesin redit Hayus, id
 est ad vernaculas artes, conuitia nimirum & nu-
 gas. At fatius esset vt ad sanam mentem rediret,
 neque malis artibus veritatem expugnari posse
 arbitraretur. Verùm ad rem.

H A Y V S.

*Multa dicis, Minister, quæ probare non po-
 tes. Romanum enim Pontificem in Petri Cathedra legitimo iure sedere, summa est totius Anti-
 quitatis consensus. &c. pag. 28.*

SERRA-

SERRANVS.

Probauit, Iesuita, ex ipsis Petri verbis Petri ius esse, Pascere oues Christi, & Ecclesiam ex ipsius verbo ita regere vt summam summo Pastori auctoritatem, omnemque ministerii sui rationem ei reddat. Atqui Pontifex Romanus ouium pabulum id est veritatis doctrinam planè sustulit, Ecclesiam Dei non Verbi diuini sceptro, sed suo arbitratu summoque imperio ita vult regere vt omnes iudicans à nemine, sit ipse iudicandus, licet innumerabiles populos cateruatim secum ducat primo mancipio gehennæ. Hæc enim sunt ipsissima ipsius verba. Nullo igitur iure Ecclesia Romana Petri Cathedram sibi vendicat, ac proinde probauit quod instituebam, Maiorem è Verbo Dei, Minorem ex ipsius Pontificis verbis. At quum Antiquitatem Petro opponas, testimonia illa Antiquitatis quæ profers, expendamus.

Pontificis
Romani
principa-
tus aduer-
satur Pe-
tri doctri-
næ.

Decret. 7.
parte dist.
40. C. 5.
papa.

Ex Hieronymi, Augustini, Cypriani verbis id euincere conaris: te autem Patres orthodoxos aduersus te citare vt ex singulis illorum testimoniis constabit, ita primùm tibi vniuersè respondeo, Te tribus strophis veritatem ludificari.

Prima est, Aⁿ *Synod. Nicæna*. nam *Cathedra Petri* appellatione intelligis successionem quandam personarum in sede Romani Pontificis; quum hac voce Petri doctrina, id est Christi Verbum, cuius minister fuit Petrus, intelligatur.

Hayanz
argumen-
tationis
varii erro-
res.

Secunda est, Diuisio. quum enim legitima personarum ordinatio à Verbo Dei separari nullo modo possit, & tunc demum valet argumentum à successione Ecclesiæ quum doctrinæ successio prius fuerit probata, tu tamen in personis ita hæres, vt ex falsa etiam hypothesis, perpetuam à Pe-

tro successiōem in Ecclesia imaginēris : quāta hypothēsī etiam si probāsses (sicuti postea suo loco dicitur) non tamen rectē successiōem à Petro legitimā concluderis , sublata nimirum veræ & legitimæ successiōis εντελεχεια, id est Apostolica doctrina.

Tertia est, Ομονομία. Sancti etiam Patres de veterē illa Ecclesia Romana quæ veritatis integritatē retinebat , sunt loquuti: non de nqua hac & meretrice, quæ Christi voce repudiata, Antichristo adhæret : quemadmodum & iam docui, & agendi postea locus erit.

Orthodoxorum Patrum hanc fuisse mentē atque sententiā, ex ipsorum verbis tam luculēter apparet vt mirum esset te tam impudenter hęc millies refutata iterum recoquere , nisi esses Iulita, id est malæ fidei homo.

Patrum testimonia ab Hayo citata expōnduntur.

Locus Hieronymi ad Damasum, Romanæ Ecclesiæ principatus penitus aduersatur.

Qua enim fide Hieronymū citasti? Initio enim Epistolæ eius ad Damasum à te indicatæ quid Cathedralæ Petri nomine intelligat, ipse disertè significarat, Petri cathedram, *fidem Apostolico ore laudatam, & dominici seminis peritatem* appellans, & ne de imperio quodam mundano loqui videretur, id est vt Antichristiani illius principatus vestri fundamēta contelleret, hęc expressē ait, *Fa-cescat Romani culminis ambitio. Ego nullū primum nisi Christum sequens, beatitudinē tuæ, id est cathedræ Petri communionē consocior. & c.* Idcirco addit, *Qui tecum colligit, spargit: hoc est, qui Christi nō est, Antichristi est.* id est, qui aliquem primum præter Christum, qui alium ἀρχιποιῆμα, i. summum pastorem contra Petri doctrinam agnoscit, ille à Petri Cathedralæ cōmunionē dissociatur, non est Christi discipulus, sed Antichristi mancipiū. Sicuti enim nulla est extra veritatem concordia, ita nulla est extra Ecclesiam veritas, & nulla extra veritatem Ecclesia. Quid potuit ab Hieronymo illustrius dici ad tuæ frontis impudentiam prodendam?

QVID NON SIT ECCLESIA. 127

Augustinus etiam te coarguit mēdacii. Quum enim in illa successione Petri dignitatem intelligat, Christianæ religionis successum ostendens, perspicuè testatur. *Nos ergo qui sumus vocamur que Christiani, nō in Petrum credimus, sed in quem credidit Petrus, Petri de Christo edificati sermonib⁹, non carminibus venerati, nec decepti maleficiis: sed beneficiis aduti. Ille Petri magister Christus in doctrina.* &c. Successionis argumēto ita vsus est Augustinus aduersus Donatistas, vt schismaticos quod de doctrina ipsa constaret, quæ à legitimis Apostolorum successoribus in Ecclesia Catholica conseruabatur.

Vera Petri successio ex Augustino. De ciuitate Dei li. 18. cap. 54.

Apostolorum autem doctrinam à Romana Ecclesia nunc planè esse exterminatā, ex ipso etiam iure in quo principatum suum ipsa cōstituit, apparet: & Petri quidem testimonio, ad quē recurrendū est, ad hoc vt eius successio vera & legitima cēseatur: & à Petro ad Christū summū Pastorem, & verè illius & legitimæ successionis caput.

Dabo etiā tibi aliquid ampliùs. Personalē tuā illam successione astringo. Eam ab ipsa Petri sede numerato, & in illo Patrū ordine quis cui successit, videro: certè, ne perpetuam successionis illius seriē inuenire possis, obstabunt Honorius monothelita, Ioannes vicesimus, Augustinus, Ioanna Pōtifex foeminini generis, & tot Antipapæ variis lacunis successionem interrumpentes, è numero idcirco expūcti quod vel ab Apostolica doctrina descuerint, vel quod sacra illius, quam vocatis, Hierarchiæ filium interruperint. Vnde efficitur, personalē quoque vobis successionē deesse, variè nimirum interruptam, vt iam personalis successio esse nō possit quum personæ personis perpetua, sicuti vultis, seriē minimè successerint. Quicquid tamē sit, hoc ratū est sempiternæ Veritatis de vera & legitima successione Axioma, *Nō ex personis fidē, sed ex fide personas probari oportere.*

Personalis etiam successio, nulla est in Ecclesia Romana.

Hayus
Cypriani
falsarius
& praua-
ricator

Antiquior quoque Cyprianus antiquitatis si-
dem aduersus noui vestri cõmentu deliria rue-
tur, & te impudentiæ reum peragit, Iesuita, qui
Cypriano id affingis de quo ne per insomnium
quidem cogitauit vnquam, & falsarius comperie-
ris Cypriani verba corrumpens. In toto enim de
vnitate Ecclesiæ libro ne verbum quidem de Ro-
mana Ecclesia, ne de ipsa quidem Petri cathedra
fecit Cyprianus, sed de Ecclesia tantum in
genere loquitur: Tu verò hæc verba interpolasti,
*qui cathedram Petri (super quam fundata est Ec-
clesia) deserit, quæ non extant apud Cyprianum:*
*cuius sunt ipsa verba, Hanc Ecclesiæ unitatem qui
non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiæ remi-
titur & resistit, in Ecclesia se esse confidit?* Qualem
autem unitatem intelligat, ex ipsa disputatione
perspicuum est. Conqueritur de nonnullis schis-
maticis qui sub Christianorum nomine Christia-
nam Ecclesiam turbabant, asserentes noctem pro
die, interitum pro salute, perfidiam sub obrentu
fidei, Antichristum sub vocabulo Christi &c. Il-
lorum factionibus opponit unitatem Ecclesiæ,
quam ita describit ex illis verbis quibus illius au-
toritatem stabiliiuit Christus Petrum alloquens,
vt quomodo Petrum nominatim fuerit alloquu-
tus, disertis verbis significet. *Et quamuis, inquit,
Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem
potestatem tribuat & dicat, Sicuti misit me Pater,
& ego mitto vos &c. tamen vt unitatem manife-
staret, unitatis eiusdem originem ab vno incipientem
sua autoritate disposuit. Hoc erant utique & ceteri
Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio pradii &
honoris & potestatis, sed exordium ab unitate profi-
ciscitur, vt Ecclesia Christi vna monstratur.* Col-
lige ex illis verbis Romanæ Ecclesiæ principa-
tum: aut potius tuam impudentiam omnibus mani-

QVID NON SIT ECCLĒSIA. 129

manifestam confitēre.

Quod de Petri cathedra affers, eiusdem fidei

est. Hæretici ab Africanis Ecclesiis per censuram

notati & ab Ecclesiæ communionem remoti, ad Ro-

manam Ecclesiam confugiebant, in qua erat ma-

gnum schismaticorum seminarium per Nouatia-

num, qui Episcopi titulo sese Cornelio Romanæ

Ecclesiæ vero Episcopo opponebat. Id conque-

ritur Cyprianus apud Corneliū factaque enume-

ratione eorum scelerū quæ transfugæ illi perpe-

trauerant & propter quæ fuerant ab Ecclesia ex-

terminati, hoc addit crimen tanquam cumulum

profligatæ audaciæ. & Post ista, inquit, adhuc in-

super pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto, na-

ugare audent, & ad Petri cathedram & Eccle-

siam principalem unde unitas sacerdotalis exorta

est. &c. Docet verò quanta labe in vniuersam

Ecclesiam sit redundatura, si ab vna Ecclesia pro-

fugi ab alia Ecclesia reciperetur, monētque Cor-

nelium ne quicquam huiusmodi in Ecclesia Ro-

mana contingere patiatur. Nam quum statutum

sit, inquit, ab omnibus nobis & æquum sit pariter

& iustum, ut vniuscuiusque causa illic audiatur,

ubi est crimen admissum: & SINGVLIS PASTO-

RIBVS PORTIO GREGIS ADSCRIPTA SIT

QUAM REGAT VNVSQVISQVE & gubernet,

rationem sui actus Domino redditurus: oportet uti-

que eos quibus presumunt, non circumcursare, nec

Episcoporum concordiam coherentem sua subdola

& fallaci temeritate collidere: sed agere illic causas,

ubi & accusatores habere & testes sui muneris pos-

sint. &c. Ne verò quis existimaret Romanæ Eccle-

sie fas esse de Africanarum Ecclesiarum iudicio

cognoscere, addit Cyprianus, Iam causa eorum

cognita est, iam de eis dicta sententia est, nec censura

congruit sacerdotum mobilis atque inconstantis ani-

Hi loci
postea co-
pius ex-
plicantur.

Protho-
tione ius
ad Eccle-
siã Romã
nam inau-
ditũ erat
tempore
Cypriani.
De here-
ticis ad
Cornel.
epistola

mi leuitate reprehendi. & c. Num inde collegerit Hayus Romanæ Ecclesiæ prouocationis ius Cypriani tempore constituisse: imò quis non videt in prima illa Ecclesiæ ætate summam illam auctoritatem in cæteras Ecclesias quam Ecclesia Romana sibi postea vsurpauit, planè fuisse incognitam?

De Ecclesia quidem Romana (sicuti suo locodicebā) honorificè sentiebāt & loquebantur orthodoxi Patres, sed de quibus Romanis sit intelligendum, Cyprianus ipse ostendit, *Eos esse Romanos quorum fides, Apostolo predicante laudata est, ad quos perfidia habere non possit accessum.* Eos igitur Romanos quorum perfidia Antichristo duce perspicitur, quem in Ecclesia Dei sessurū prædixit Apostolus, non commendat Antiquitatis testimonium, sed idcirco illos grauissimè condemnat quòd à maioribus suis descuerint. Cornelium & Stephanum Ecclesiæ Romanæ Episcopos hæcenus agnoscit Ecclesiæ principalis Episcopos ut eos Fratres, coëpiscopos, collegas vocet, moneat officii, testeturque se commune cum illis munus administrare ut in aliorum fines ipsi inuadere non debeant. sic enim Stephanum qui Martiano Nouatiani errorem amplexo, & ab Ecclesiæ communionem reiecto, obliquè fauerat, reprehendit. *Quàm vanum est, frater charissime, et Nouatiano nuper recuso & refutato, & per totum orbem à sacerdotibus Dei abstento, nunc adulatoribus adhuc nobis patiamur illudere, & de maiestate & dignitate Ecclesiæ iudicare. & , Esi pastores multisimius, unum tamen gregem pascimus, & oues uniuersas quas Christus sanguine suo & passione quaesuit, colligere & fouere debemus. & c.* Hæcine est vox hominis summum illum Romanæ Ecclesiæ gradum principatūque agnoscentis, an potius Fratris

Vetus Roma à noua est distinguenda.

Cornelio, 16. & c.
Stephano epist. 43.
Antonia- no epist. 58.

QVID NON SIT ECCLESIA. 131

Fratri & Collegæ, fratrem quidem & collegam (vt decet) modestè reuerentis, sed verè tamen & candidè (sicuti Collegam in eodem munere versantem consentaneum est) fratrem de officio monentis?

Hæc sobrius Lector cum iudicio legat, & ex Iesuitarū in citadis
his Hayi cæterorūque Iesuitarum in ortho- Patrum te-
xorum Patrum sententiis commemorandis iudi- stimoniis
cium & fidem expendat, donec vberiore ingenio summa
nii Iesuitici probationem sequens disputatio sup impuden-
peditabit. tia.

Iam verò, *eiusdem illius veritatis regulam* eam Veritatis
voco quam antea disertis verbis ponebam, NE-regula ad
QUIS IN CATHOLICÆ ECCLESIAE COMMUN- uersus
NIONE IN CÆTERAS ECCLESIAS DOMI- principa-
NATVM VSRPET. Veritatis ipsa erant verba, tum Ro-
mana Ec-
clesiæ.
Pag. 28.

μὴ δὲ αἰς ἡσυχαστικὰς ὁδοὺς τῶν κληρῶν. Sed te tympha-
ticus error transuersum agit, vt videndo non vi-
deas. *Eandem* vocaui, quia non est aliud Euange-
lium, non alia veritatis regula, nullis Iesuitarum
cæterorūque Pseudoprophetarum præstigiis mu-
tabilis: *Illam* autem iudicaui veritatem cuius
modò memineram, celeberrimo teste ad ipsius
plenam fidem laudato, nimirum Petro. Veritatis
lux splendidè emicat, iis qui oculos habent ad
videndum: sed nouarum locustarum ex abyssi ca-
ligine non ita dudum egressarum oculi caligan-
tes, Veritatis lucem pati non possunt.

Verùm tu cur pergis in tuarum decipularum
nodulis nugari? CATHOLICAM proprio
nomine Ecclesiam à te tuisque vocari Ecclesiata
Romanam, cui summam in cæteras omnes Eccle- Catholica
Ecclesia
fias autoritatem potestatemque, summum princi- Ecclesia
patum antea tribuebas, quis nescit: ac proinde
quis non videt te ineptire? Hoc in conclusione
M. G.

&
verè Ca-
tholica.

argumenti mei assero, Vni Ecclesiæ principatum
tribui contra Petri doctrinam: vt Catholica-Ro-
mana κατ' ἑξοχὴν & per se appelletur, in qua se-
det Pontifex Romanus, & ex ea omnes precario
Catholicæ-Romanæ vocentur Ecclesiæ: quum
Catholica Ecclesia non Romæ sit, sed per vniuer-
sum orbem, omnes filios Dei comprehendens:
illiúsque Ecclesiæ caput & summus Pastor sit
Christus: omnes autem Cleri Domini, id est par-
ticulares Ecclesiæ, illius Catholicæ membra, Ca-
tholicæ καθολικῆς & verè appellentur.

H A Y V S.

*Pergratum, puto, Symmisti tuis fecisses si hanc
tuam venustam orationem in extremas terrarum
oras misisses. parum enim hoc loco opportuna est,
quum in Thesibus nostris (quas exagitandas sus-
cepisti) ne verbum vnum de D. Petro legeris. Sed
hoc tuis παρέρχαις condonamus. & c. à pag. 29. vs-
que ad 35.*

S E R R A N V S.

In dispu-
tationis
clausula
vt in pri-
mordio
conictos
quærit
Hayus.
quum
enim de-
bebat pro-
bare Ro-
manæ Ec-
clesiæ prin-

Rectè dictum est à veteribus, Hæreticorum
nullam esse frontem. Id quàm verum sit, meus le-
suita nunc re ipsa ostendit, qui quum se teneri à
veritate sentiret ita elabitur vt quæ in ipsam cõ-
petere ex ipsa disputatione palam est, in me nul-
lo pudore conetur deriuare. Non sunt tamen hæc
mea παρέρχαι, vt tu malignè criminaris, sed oppor-
tunè à me fuisse notata, & eo quidem modo qui
disputationem deceret: te verò, ἀπρόσμευθε So-
phista, à veritate victum ad audaciam & clamo-
res, solum impudentiæ tuæ perfugium, tuo more
redire;

redire, iudicabunt eruditi. Disputationis seriem cogis me hic repetere.

Controuersia nostrae caput est, Ecclesiae Romanae in vniuersam Ecclesiam principatum vendicare suo iure debeat aut possit. Vos affirmatis, nos pernegamus. Ex vestra ratiocinatione vobiscum debebam agere, quae est huiusmodi.

Quod Petro debetur, id successoribus suis debetur.

At Petro debetur ut omnium Christianorum princeps, sicuti à Domino constitutus est, agnoscatur. Ergo id ipsum successoribus suis debetur.

In hac ratiocinatione duo erant à me expendenda, Quidnam Petro debeat, & Quinam sint ipsius successores. Id verò tractari à me sic debuit ut ad primariam quaestionem de autoritate Ecclesiae festinarem, quae non rectè tamen demonstrari poterat, nisi *ouarvniq* de nomine Ecclesiae sublata, quam subdolè nobis opponi perspicuum erat, ut sub Catholicae Romanae Ecclesiae nomine, Patris, id est Antichristi in Ecclesia sedentis tyrannicum imperium in verè Catholicae Ecclesiae locum substitueretur. Explicata igitur *ouarvniq*, de ipso Petri iure dixi, ex quo successorum suorum ius totum penderet. De illo autem iure sic egi ut ex ipsius Petri deserto testimonio illud definirem quum nimirum Petrus ipse luculenter testetur se esse *ouarvniq* .i. collegam & socium Presbyterorum: vnicum verò Christum *ap- xivniq* id est summum, vel principem pastorem Ecclesiae agnoscat: contra verò disertè vetat, ne quis dominatum siue principatum in Ecclesia usurpet: necessariò efficitur non illud esse Petri ius ut omnium Christianorum princeps agnoscat, vt summus Pastor cum Christo, quum non possint

cipatum è Petri iure, nunc totus in eo est vt probet, Petrū Romae docuisse & mortuum fuisse: quod tamen, vt nullius est moueti, nos ei iā dederamus. Summa & series nostrae argumentationis. Argumentū Hayi. Veræ Ecclesiae Catholicae ius Petri esse demonstrandum. Petri ius esse, pasce re oues Christi, non verò principatū in Ecclesia vdicat.

duo *ἀρχιεπίσκοποι* siue summi & primarii pastores esse in Ecclesia: sed Petri illud esse ius, vt gregem Christi pascat & regat ipsius Verbo, & ita vitæ exemplar sit gregi vt Christo omnium actionum suarum rationem reddat.

Aliud successoribus ius esse non potest: sed quoniam sint illi successores, iam quæritur. Omnes quidem Ecclesiæ pastores quos vt collegas alloquutus est Petrus, dum eos ad pascendum regendumque Dei gregem hortaretur, Petri successores esse verissimum est. At prodit Ecclesia Romana, Petrique Cathedram sibi proprio quodam iure vendicat. Ecquoniam iure? Quia Petrus fuit Romæ, docuit Romæ, mortuus est Romæ. Ego verò ad argumenti huius complexionem festinans respondebam, Me de his omnibus non mouere controuersiam, etiamsi hæ hypothèses non satis firmo fundamento inniterentur. Probandū enim fuisset ex Verbo Dei, Petrum fuisse Romanæ Ecclesiæ Episcopum: & quum Antiochiæ, Hierosolymis eum docuisse Verbum Dei testetur, probanda quoque fuerat consequutio, Qui potius Romanæ Ecclesiæ quàm in cæteris Ecclesiis in quibus docuit Petrus, Petri ius debeatur? Sed quoniam in accessoriis illis, vt loquuntur, disputationis examinandis nolebam immorari, & ad primariam rem properarem, disertè sum testatus me ista prætermittere, & istud Romanæ Ecclesiæ patris totum concedere: Petrum fuisse Romæ, docuisse Romæ, Ecclesiæ Romanæ fuisse Episcopum, præclaro martyrio doctrinam Euangelii Romæ obfignasse: non tamen inde consequi, Romanam Ecclesiam in cæteras Ecclesias omnes principatum siue dominatum habere, Episcopum Romanū esse caput visibile Ecclesiæ, summum pastorem & Pontificem, siue Rectorem vniuersalis Ecclesiæ, vicarium

Romanæ
Ecclesiæ
ratio. Id-
circo in
cæteras
Ecclesias
principa-
tum sibi
deberi.
quod Pe-
trus Ro-
manæ Ec-
clesiæ suc-
cit episco-
pus.

Etiamsi
demus, Pe-
trum Ro-
manæ Ec-
clesiæ fu-
isse epis-
copū, ni-
hil tamen
inde con-
sequi ad
primariā

QVID NON SIT ECCLESIA. 135

rium Christi, principem Christianorum &c. Hæc ego breuissimè tantùm annotaram.

Hayi con-
clusionē,
id est ad
Ecclesiæ
Romanæ
principa-
tum pro-
bandum.

Quid hic meus Hayus? Vult probare quod ego illi dederam, & in re minimè dubia aut contro- uersa adhibet testes nō necessarios: quòdque ego vix ausus eram vel digito commonstrare, id arripit, versat, effundit: quod quinque versiculis indi- caueram, septem paginis opplet, Patrum testimo- niis infarcit, Clementē, Irenæum, Tertullianum, Cyprianum, Eusebium, Hieronymum, Ambrosiū, Augustinum, Lactantium, Chrysostomum, Opta- tum, Orosium, marmora denique ipsa Romana excitat,

Tergiuer-
satur Hay-
us, & om-
nes ner-
uos inten-
dit vt pro-
ber quod
illi dede-
ramus, Pe-
trū nimi-
rū fuisse
Romæ.

Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.

Atqui magnorum illorū mysteriorum hæc sum- ma est, Petrus fuit Romæ, docuit Romæ, mortuus est Romæ. Verùm, quid ad rem, mi Hay, & te & lectorem tantopere fatigas? Hoc non agitur, hoc inter nos minimè cōtrouertitur. Do tibi Petrum fuisse Romæ, docuisse Romæ, mortuum fuisse Ro- mæ. Quid tum? Num inde consequitur, Romanæ Ecclesiæ in cæteras omnes Ecclesias principatum deberi? Si Pontifex Romanus Petri successor est, in Petri cathedra sedet, ius Petri habet, num de- bet alio quàm Petri iure vtī? Hoc non fuisse Petri ius vt secūdus sit Ecclesiæ ἀρχιεπίσκοπος, vt summā habeat in Ecclesiam autoritatē, & plenitudinem potentie, qualem Pontifex Romanus Petri iure sibi vendicat, ex ipsius Petri testimonio probauit tibi probāda fuerat contraria cōsequutio: de qua tamen tibi merum silentiū, dum in rebus minimè dubiis & controuersis, quòd ad me quidem faci- lem aduersariū tuum, tot verborū vocūmque am- bagibus immoraris. Hócine est Theologicè & seriò de rebus Theologicis & seriis disputare, an Sophisticè tergiuersari ad eludēdam veritatem?

Animaduertis Lector cū quo homine sit mihi res, & quo pacto sit mihi conueniendus. In ipso disputationis primordio de ipso cōtrouersia statu de quo inter aduersarios conuenire solet, magnas turbas mouit: tum quod negauerat, affirmauit. Quum ad rem ipsam tandem ventum est, neque de re ipsa neque quod ad rem ipsam vllō modo pertineat, dicit quicquam: sed peregrina querit diuortia, & quum ratione nō potest, oratione vult videri vicisse, non argumentorum pondere, sed verborum quouis modo effusorum numero Thraſonicè exultans.

Pudet me quidem pigétque (sicuti initio sum testatus, & adhuc cogor testari) me in rebus peregrinis tam multum operæ & verborum impendere. At quum in hoc rerum vndique nullo defectu congestarum multiloquio victoriam aduersarius meus collocet, hæc necēssariò mihi sunt iudicanda. Iudicata verò satis per se refelli video: quum eo ipso constet Hayum ἀδολεχέιν & nugari, & quum nihil habeat quod opponat Veritati, se à Veritate victum apud omnes hoc publico testimonio confiteri.

Et quum
ei delint
rationes,
ad conui-
tia se con-
uertit.

Cedò igitur, Hay, tua illa ἐπιπλά̃ mysteria expendamus. Cur ad primariam argumenti completionem non respondes: & in rebus inter me & te non modò minimè cōtrouersis, sed à me tibi liberaliter cōcessis tot testimonia profers, tot verba impendis? Nolebam in rebus inutilibus immorari. Tu quidē tuæ loquacitatis culpam confiteris, dum ais, *Extrema tua impudentia me longiorem facit quàm volebam*: at tuam hanc esse impudentiam tu ipse disertis planè verbis continuò confiteris. *Cramben*, ais, *non es ausus denuò coqueri, ne tibi exedenda esset*: at ab aliis coctam in tuum guetor ingeram, ut eius suauitatē velis nolis degustes.

Suam

Suam prolixitatem fatetur Iesuïta, & mihi velim nolim cramben in guttur se ingesturum minatur, & mihi tamen *παρεργα* obiicit, & impudentiæ suæ culpam in me deriuat. Satisne sanus tibi, Lector, videtur meus Hayus?

Quum ipse mihi vel inuito hæc cramben extendendam proponat, seque eam in meum guttur iniecturū minetur, num ego ipsius *παρίψων* sum causa? quin potius, Lector, ex ipsius ore in illorū hominum numero qui olim gloriabantur,

Τὸ μὲν παρεργὸν ἔψων ὡς ποιήμεθα,
eum non ascribes? Et quum de multiloquio suo ipse profiteatur, in eo minimè deesse peccatum non animaduertes? Ab eo quidem multa peccari conqueror. Quòd ad rem primariam minimè respondeat, quòd in rebus inutilibus immoretur, quòd loquacitatis & impudentiæ suæ culpam in me trāfferat, quòd Patrum testimoniis in re non necessaria probanda abutatur, quòd denique in re seria nugeretur. Cur igitur in Patrum testimoniis quæ citas, Hay, examinandis, ego nunc immerer.

Omnino de te conqueritur Occitania quòd crassum obelūmque codicem his nugis cōsutum ei obtruseris, & tuis ampullis superbiens sic tibi adblandiare vt in hoc erudito seculo suos homines naso carere arbitreris: quasi in illis Græcorum Latinorūque testimoniorum plaustris à te effusis, te & latinè & græcè nugatorem esse intelligere non possint. Eadem quoque tibi gravissimè succenset, quòd Symmistas meos, viros pietate & eruditione singulares sibi que his nominibus celeberrimos, tu peregrinus Monachus, rerum nostrarum imperitus, ausus sis *ἀναλαβύτους* appellare: idque non modò Iesuïticæ impudentiæ & procacitati tribuio, sed vernaculæ quoque

Summa
Hayi pro-
cacitas in
doctissi-
mis viris
suggillan-
dis.

dementiae tuae, id est tui *σελευτισμῷ* vertigini id ascribit: cuius ubi primum per dilucida interual-
la dabuntur tibi induciae, te tui haud dubie pu-
debit, quod tantis viris insultare ausus fueris,
quorum disciplinae si te tradidisses erudiendum,
non ita aut ineptires aut insanires.

Iacobi
Chambru-
nii liber
de Con-
scientia
Iesuitica
nuper
editus.

Quales autem symmistas habeam *ἀναλαβῆναι*,
nuper te docuit Iacobus Chambrunius, frater
charissimus meus mihi que plurimum obseruan-
dus, qui tuum illum *ἀποκατάκριτον* in damnanda
veritate conscientiam luculentis argumētis pro-
didit, id est te vniuerso Galliae theatro insignem
calumniatorem & praestigiatorum esse demon-
stravit.

Complures autem meorum, mihi crede, colle-
garum sua aduersus te pensa conferent, si pergas
Veritati ostrepere: ut non tantum mecum leuis
armaturae milite, sed cum fortissimis athleticis quos
in veritatis defensione duces alacriter sequar,
rem esse tuo damno intelligas.

Ego verò singulatim cur non existimem tuos
de me triumphos ad tuum opprobrium meumque
honorem pertinere? Rogas quò me verta: deinde,
quasi victor thraconicè insultans me ad apostasiā
hortaris. Vtrumque sanè, ut te Iesuitam prodas.
Mihi quidē Verbum Dei pro tutissimo perfugio
est, haec meae vitae ad omnem euentum certa est
sedes, ut in Ecclesiae sinu viuam. Ago autē immor-
tales gratias Deo meo, quòd ab ineunte aetate me
pura nominis sui & meae salutis cognitione im-
buerit, me ad praedicandum Euangelium suum ele-
gerit, me denique ad hoc pro veritate sua certa-
men vocauerit: in quo ut non dubito victricem
in mea infirmitate suam gratiā futuram, ita in ea
doctrina in qua à teneris annis educatus fui, fidē
constantiamque ipsum mihi ad vltimum vique
spiritum

spiritum ipro sua misericordia largiturum.

Tu autem, Iesuita, qui Dei patientia nunc abutens te nimium securè palpas, vide etiam atque etiam ne dum sciens volens cognita veritati aduersaris, thesaurizes tibi ipsi iram in die iræ, illiusque tuæ thraſonicæ audaciæ, blasphemix, impœnitentiæ, procacis in Deum & ipsius veritatem virulentix pœnas tandem aliquando grauissimas feras. Verùm de his hæctenus.

Redeo ad rem. In summa, dico te non disputare, sed tergiversari: ac proinde ad septem tuarum paginarum mysteria hanc vnam esse responsionem, *Hayus à re ipsa Sophisticè aberrat, neque de re neque ad rem dicit quicquam.* Dederamus enim ei Petrũ fuisse Romæ vt nihil esset opus in re initio cõcessa ipsum tot verba nequicquam effundere. Debat ad hanc meam cõsequutionem respondere, Etiam si Petrus Romanæ Ecclesiæ fuerit Episcopus non inde tamen consequi, Romanæ Ecclesiæ principatum in cæteras Ecclesias deberi.

Hoc tamen addam obiter & quidẽ breuissimè, ne tuo more, Hay, cramben millies recoctam tibi ingeram, E Verbo Dei probari non posse Petrum fuisse Romæ, nedum Romanæ Ecclesiæ Episcopũ fuisse. quod haud dubiè Verbum Dei minimè tacuisset, si illud fuisset Ecclesiæ firmamentum, quale est principatus ille quem sine Verbo Dei imaginariis. Quod si Babylonis nomine apud Petrum Romam intelligis, quid aliud efficis quàm quod hac disputatione molior, *Vestrã Romam esse Babylonem?* A te quoque extorsit Veritas, *Romã non esse Romanam.* hæc enim noua vestra Roma, tanto discrimine à veteri Roma interest, quanto meretricis à casta matrona, mendaciũ à veritate, Belial à Christo. Romã nũc Romæ haud dubiè quærimus, Babylonicã meretricem, errorũ & abominatio- num matrẽ Romæ cõperimus: nõ Simonis Petri,

Hayus vera religio nis apostata, in qua eruditus in Scotia, eam Iesuita euomuit & persequitur.

Summa huius responsionis.

Licet demus Petrũ fuisse Romæ, non est tamè verisimile, nequẽ Scriptura id colligi vltimo modo potest.

sed Simonis Magi sedem Romæ videmus. Tuum certè erat, Iesuita, non congestis temerè Patrum testimoniis, sed è luculentis Scripturæ testimoniis tanti rem momenti probare: quando quidem assertionis vestræ negatiō non leuibus argumentis innititur, quæ tantùm indicabo.

Primum est & *ὀκείων*, tātæ rei in tota Scriptura merum silentium. Petrum Hierosolymis & Antiochiæ docuisse disertè testatur: Romæ fuisse, nequaquam. Si illud est (vt dixi) Ecclesiæ firmitermentum, cur id Scriptura tacuisset?

Secundum, temporum accurata supputatio: si enim verum est, Petrum annos xx. Hierosolymis, Antiochiæ vii. ad minimum (Eusebius enim xxv. tradit) tum xxv. Romæ docuisse: & & xxxvii. tamen à Christi passione anno Romæ fuisse mortuum, sicuti affirmatis: quò fieri potest vt annorum calculus respondeat?

Tertium, à grauissimis coniecturis. Si enim Romanæ Ecclesiæ fundamēta Petrum iecisse verum est, sicuti affirmat Hayus, cur Paulus tam illustri viri memoriam non subiecit Romanis, ad ipsorum fidem corroborandam? Si, quum Paulus ad Romanos scribebat, Petrus erat Romæ, cur in tanta amicorum quos studiosè salutat turba, Petrum non salutat? Paulum Romam fuisse profectum Lucas refert, Petri acta ipsiusque carcerem disertè commemorat: cur de Petro tacuisset, si & Romæ cū Paulo fuisset totos duos annos, & cum eo fuisset mortuus?

Quartum, quia longè verisimilius est, Petrum non fuisse Romæ quàm fuisse. Petri enim ministerium Iudæis erat destinatum, quorum pars maxima erat in Oriente, quemadmodum ex ipsius epistolis apparet quæ Iudæis credētibus propriè sunt destinatæ. Quò igitur nō fuerit verisimilius,

Babylonia

QVID NON SIT ECCLESIA. 141

Babylonis nomine celebrem illam Assyriæ urbem significari in qua erat maximus Iudæorum numerus ex dissipatione?

Quænam sit
Babylon
apud Petrum.

Itaque ut huic peregrino sermoni finem faciã, Ex Actis Apostolicis, aut ex aliis Scripturæ locis proba Petrum vixisse Romæ: aut si in alias terrarum oras excurrerit, proba illum propriè sedisse Romæ, aut ut Episcopum aut ut Apostolũ. Quod quum è Scriptura probare nequeas, hoc saltem quis non videt, qualiscunque tandem adsit vniuersæ Antiquitatis hac de re consensus, non veris quidem sed verisimilibus argumentis niti hanc demonstrationem? quæ tamen ex veris, propriis, immediatis ipsiusque conclusionis causis (qualia *τεκμήρια* è Scriptura petuntur) confici debebat: quemadmodum agnoscit magnus ille Caietanus vester.

Caiet. in tractatu de cõparatione auctoritatis Papæ & Concil. cap. I.

H A Y V S.

Atque hæc de tribus dubitationum tuarum capitibus paucis dicta sint. Quartum etiam caput prudenter omisisti. nam quamuis tria priora concesseris, nemo est nostrum qui inde concludat. &c. à pag. 35. vsque ad 37.

S E R R A N V S.

Quartum caput non omisi, sed illud obiter ut cætera, indicaui. Cur verò pergis tergiversari? Quasi verò non sit cuilibet perspicuum me ad vestram ratiocinationem respondisse, & eo quidem quem legitimæ disputandi leges efflagitât, modo. quum enim *ἐπιποδινῶς* hæc de imaginario illo vestro Romæ Ecclesiæ Catholicæ quæstio tractetur, ad tollendam videlicet ambiguum vocis

Series nostræ disputationis Hayani argumētum apoplexiæ prodens.

ἐπιωνυμία: mihi debuit esse satis rem ipsam breuiter ostendere. Argumenti quidem vestri *ἡσυχία* est, Petrus fuit princeps Ecclesiæ Catholicæ. Vt autē id Romanæ Ecclesiæ tribueretur, assumendum erat, Romanum Pontificem sedere in Petri cathedra ac proinde ius Petri, successionis illius vi, ad Romanam Ecclesiam pertinere. Id autem ex eo esse, quod Petrus fuerit Romanæ Ecclesiæ Episcopus vt primaria complexio de vestra sententiā conficiatur, Ergo Pontifex Romanus est princeps Ecclesiæ Catholicæ: & ex vi consequentis, Romana Ecclesia in omnes Christianos principatum habet. Hæc est vniuersæ ratiocinationis vestræ *ἡσυχία*: quam vt nemo non videt, ita Hayanæ Logices lethargiam aut apoplexiam potius non indignabitur, quæ non modò peccat in materia & forma, sed à veritate victa non desinit impudenter obstrepere. Quid de Petri iure statuendum esset, ex ipso Petro satis docueram, vt non esset opus tuum illud, *Tu es Petrus: & Pasce oues meas*, alieno loco & modo ingerere. Tuam tamen confusionem vt à veritate exortam excipio, Te omnem videlicet scribendi ordinem, vt ais, peruertere: sed te culpam tuam in me nulla causa deriuare, ex rebus ipsis perspicuum est, ne in te importunè refutando eiusdem nugacitatis culpam tecum subeam.

Nonne
Hayi digressio-
nes.

Hayus
Logices
terminos
deridet.

Quum verò nihil habeas quod opponas veritati, redis ad tuam *ἡσυχίαν*. De Dominatu illo tuo omnibus Christianis verè odioso iam sæpe dixi. Catholicæ-Romanæ appellationem, profanam & impiam, lupo non pastore dignam esse demonstraui. Quòd autem *Primo* & *Perse* dixi, eloquentiæ meæ, vt ais, flosculos idcirco decerpis atque deteris, vt latinatori id est Cicero-niano simia, ea sordere ostendas quæ præceptoribus tuis

QVID NON SIT ECCLESIA. 143

ribus tuis vnice placuerunt? Sic nimirum vt te-
steris ipse te *μυσειας τῶπων* non modò ignorare,
sed negligere, dum nobilissimæ artis terminos vr-
banus homo derides. Ego verò, vt vt teretes tuæ
aures offendantur, non desinam vsitatas in scho-
lis docendi formulas adhibere: imò quum opus
fuerit, Perfeitatē, Quidditatem, Homineitatem,
Socrateitatem, cæteraque illa tuorum præcepto-
rum abstracta tibi delicatulo Iesuitæ opponam.

Porro, firmissimum argumentum meum réique
ipsius primariæ necessarium *πάθος*, perridiculè
conuitium appellas: siquidem conuitium tibi est,
quòd veritas tuo opprobrio illustratur. Demus
enim veterem illam Romam dum fidelis esset &
casta Christi matrona, aliquid iuris in cæteras Ec-
clesias habuisse, non tamen consequeretur, post-
quam è fideli facta esset meretrix, idem ius posse
aut debere retinere: & quidem in eo casu quem
vos ponitis, quum non doctrinæ sed personarum
successionem in Ecclesia collocetis.

Grauissimis querelis omnia Gregorii scripta
vbique réferta esse de téporum suorù corruptelis
nemo nescit, qui vel Gregoriù obiter legit: vt sit
profectò tuæ. i. Sophisticæ tergiuersationis, ré per-
se confessam probari velle. Visne vt Gregorii li-
bros in meum deriuem? At quid de vestro princi-
patu siue Vniuersalis Episcopi imperio senserit,
postea dicemus. Non caruit tamé maximis næuis
in doctrina Gregorius: cuius tamen tempus cum
Bernardi répore minimè confundo, sed variorum
temporum indicatione summæ corruptionis in
Ecclesiam prolabantis & prolapsæ initia & incre-
penta volui significare. Gregorii enim tempore
puræ doctrinæ facta est magna inclinatio, Mauri-
tío Imp. ad annù 600. At Bernardi ætate (qui Fre-
derico primo Imp. vixit ad annù 1030) Ecclesia o-
mnib⁹ *ὀμπιῦ* errorù corruptionúmque generibus

Etiã si ius
aliquod
in Eccle-
sias ha-
buisset o-
lim Eccle-
sia Roma-
na, nunc
tamen il-
lud ami-
sit.

Ecclesiæ
status Gre-
gorii &
Bernardi
tempori-
bus.

- ita obsessa fuit vt foedum carcinoma in ea vagaretur. *V*a (inquit Bernardus) generationi huic a fermento Phariseorum, quod est hypocrisis: si tamen hypocrisis dici debet, quod iam latere præ abundantia non valet, & præ impudentia non querit. Serpente die putida tabes per omne corpus Ecclesia, & quò latius, eò desperatius: eoque periculosius, quò interiorius. *M*inistri Christi sunt & seruiunt Antichristo. Ipse enim est Antichristus qui se non solum diem sed & meridiem mentietur, & extolletur supra id quod dicitur aut colitur Deus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui. Et alibi, Omnes Christiani quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi. Ipsa quoque Ecclesiastica dignitatis officia in turpem questum & tenebrarum negotium transiere. &c.
- In Cantuariensi Sermone 33.** Superest vt reueletur homo peccati, filius perditionis demonium non modo diurnum sed & meridianum: quod non solum transfiguratur in angelum lucis, sed extollitur super omne quod dicitur Deus. &c.
- Illustres Bernardi loci de Ecclesiæ sui temporis corruptione.** Verùm quid ego infinitas alias commemorem sancti Patris querelas, quibus seculi sui corruptionem detestatus est: & licet illius morem vel vt ipse loquitur, mortem sequutus, de Pontificis Romani dignitate honorificentius aliquando loquatur, quid tamen de illo senserit variis in locis exponit. Papam cum Paulo comparans. *N*unquid ad eum, ait, de toto orbe confluebant ambrosii, auari, simoniaci, sacrilegi, concubinarij, incestuosi, & quæque huiusmodi monstra hominum, vt ipsius apostolica autoritate vel obtinerent honores Ecclesiasticos vel retinerent. &. *Q*uotidie perstreperunt in palatio leges, sed Iustiniani, nõ Domini. Iustine etiam istud *T*u videris. Nam certè lex Domini immaculata, conuertens animas. *H*æ autem non tam leges quam lites sunt & cauillationes, subuertentes iudicium. *T*u ergo pastor & episcopus animarum, quæ mentes obsecra-
- Papa significatur.**
- De Pontificis Romani principatu Bernardi iudicium.**
- Ad Eugenium de confid. li. 1. &c.**
- Bernardi querela de Verbi Dei in aula Romana silentio.**

obsecro, sustines coram te semper silere illam, garrere istas: &c. De vestro autem illo siue dominatu siue principatu loquens: *N unquid aliud diuisit sanctus Apostolus, Quod habeo, inquit, hoc do tibi. Quid illud? V num scio, non est aurum neque argentum, &c. Esto ut alia quacunque ratione hac tibi vendices, sed non Apostolico iure. Ne enim tibi ille dare quod non habuit, potuit. N unquid dominationem. Audi ipsum, Non dominantes, ait, in clero, sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate putares, non etiam veritate, vox est Domini in Euangelio, Reges gentium dominantur eorum: & infert, Vos autem non sic. Planum est Apostolis interdicti dominatum. Ergo tu, & tibi usurpare aude aut dominans apostolatum, aut apostolicus dominatum. Plane ab alterutro prohiberis, alioquin non te exemplum illorū numero putes, de quibus queritur Deus sic: Ipsi regnauerunt & non ex me: principes extiterunt, & non cognoui eos. &c. Et alibi, Pastorem te populo huic aut nega aut exhibe. Non negabis: ne cuius sedem tenes, te neges heredem. Petrus hic est, qui nescitur processisse aliquando vel gemmis ornatus vel sericis, non tectus auro, non vectus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus ministris. Absque his tamen credidit posse impleri salutare mandatum, Si amas me, pasce oves meas. In his successisti non Petro, sed Constantino. &c.*

Sed quid plura cōmemorem? Bernardum certè In Cantu. Scrm. 77. neque omnia quæ de Pontificio illo principatu sentiret, dixisse, è variis excusationibus suis apparet, vt ab ipso timido ad ipsum fortem sit prouocandum: quanquam infinita intemperies, & vt ipse loquitur, intestinus & insanabilis morbus In Cantu. Scrm. 78. iam inuaserat Ecclesiam, & ipse seculi sui labem aliquam contraxerat. At pia anima inter tot corruptelas ingemiscebat: cui ego fidem adhibens,

Petri & Papa cōparatio Bernardi verbis luculenter descripta.

ovall dā
 2123
 2124
 2125
 2126
 2127
 2128
 2129
 2130

Hay, Papam appellabo Antichristum & dæmonium: Ecclesiam Romanam Babylonem.

Ecclesia
Romanæ
corruptio
& in do-
ctrina &
in mori-
bus.

Ecquos igitur Ecclesiæ Romanæ nœuos intel-
ligam rogas? Vniuersam doctrinæ salutaris corru-
ptionem, qualè Antichristus Christi nomen præ-
texens in Ecclesiam potuit importare, vt inter
Ecclesiæ rudera vix ipsum fundamentum confet-
uetur. Scelerum autem omniumque abominatio-
num quantū exundet diluuium, quis possit aliter
explicare quàm si dicat Romā esse Romam, id est
omnium malorum sentinam & cloacam? ne Pe-
trarchæ penicillum in re tam turpi representan-
da adhibeam.

Ab Hayo
citatus
Caluinus
seipsum
ructur
aduersus
Hayum
Hominū
mores.

Qua igitur fronte, Iesuita, nostrorum hominum
mores inuidiosè & procaciter traducis, nisi vt à
re ipsa nouum effugium inuestiges? Morū intem-
peries in Ecclesia nimis exundasse, testis est sacra
historia, testes sunt Mosis & Prophetarū frequen-
tissimæ & acerbissimæ querelæ ex animis pecca-
torū odio planè exacerbatis proficiscentes. Erat
tamè Ecclesia Dei, Abrahami progenies: & in his
sanctorum virorum increpationibus doctrinæ pu-
ritas à personarum corruptelis distinguenda est.
Hominum nostrorum vitia Caluinus eodem Dei
Spiritu detestatus est: ex quibus tamen verbis
Hayus apostata, Ecclesiæ è qua transfugit, inuidiā
conflare flagitiorū turpitudinem non posset ex-
pressius repræsentare, Ecclesiarum nostrarum vo-
micas Papatus omnem colluuiem superare <sup>Calu-
inus</sup> dixit. Sed ne Caluinum Caluino Iesuiticè
Hayus opponat, ipsè Caluinus sui ipsius interpres
erit. *Et certè, inquit, Papatū nihil aliud esse quàm*

In epist.
dedicat.
Commēt.
in Ioan-
nem.

*monstrum ex innumeris Satana fallacis conflatū. &
quam obtendunt Ecclesiam, Babylone magis confu-
sam, vnus hic commentarius erit (vt spero) luculentus &
testis. Interea, quod res habet, ingenuè fatebor, nos ab
illius lacuna sordibus, quarum se contagio nimis late
diffusi-*

diffundit, nō satis procul distare. Queritur Antichri-
 stus nos sibi elapsos esse: nos autem gemere cogimur,
 nimis multa ex vitis quibus orbem terrarū infecit,
 apud nos esse residua. Nobis restituta est synthera do-
 ctina puritas, integra religio, simplex Dei cultus, ge-
 nuna Sacramentorū ratio qualis à Christo tradita
 est. Verūm quominus vigeat ea quae debebat morū
 vitaeque correctio, haec maximè causa est, quod bona
 pars effranis licētia memor qua Papista contra Deū
 lasciuunt, Christi iugo assuescere non potest. Itaque
 quod hostes nostri (vt falsa nos inuidia apud imperi-
 tos grauent) odiose clamitant solutā à nobis esse disci-
 plinam, hoc vno abundè vel nobis tacentibus refelli-
 tur eorum calumnia, quod nullum domi maius cer-
 tamen nobis est, quā de immodico (vt multis qui-
 dem videtur) nostro rigore.

Plenā igitur calumniae tuae responsionem è ver-
 bis Caluini habeto: vt sit Elenchus, *A non causa*
vt causa. Vtinā verò omnes has Papatus reliquias
 longa iam assuetudine nimiū inoletas nostri ho-
 mines penitus eluissent, totūque Papā ita exuis-
 sent vt Christum totum verè induissent. Non tam
 laboraremus.

Quod subiungis scomma, planè est vernaculum
 & tuum, id est ridiculum & ineptum dum Apu-
 leiani asini in morem delicias facis. Quis enim
 nescit, Monache, apud omnes probatos scripto-
 res interrogationem habere vim expressam af-
 firmationis?

Christus autē verus Ophis, vt Colubri illius
 rufi parētis vestri caput cōteret, sic omnia vestra,
 quantumuis lethifera venena amolietur & dissi-
 pabit. Vtinam cui tuorūque misertus oculos vo-
 bis aperiat, conscientiam veritati reluctansem ad
 obsequium cogat, cor afformet, vt cognitā veri-
 tati obtemperetis.

Papatus
 reliquias,
 corrupto-
 rum mo-
 tum in Ec-
 cleſia in-
 tēpeties.

Summa
superio-
ris dispu-
tationis.

Omniò, licet è Logicæ tuæ institutis, Hay, tu sine fine & modo obloquens, principium in conclusionem ponas vt in principio conclusionem, nihilominus tamen è superiori disputatione probatum esse arbitror, Christianæ Ecclesiæ nomine, Ecclesiam illam vestram Catholicam-Romanam siue Papatum, nec debere neque posse intelligi. Deinde, neque Pontifici Romano neque Ecclesiæ Romanæ principatum siue dominatum, id est summam auctoritatem potestatemque quam vos plenitudinem potentiæ appellatis, vllò modo deberi. Esse enim hoc verum, primum, immediatum, necessarium & sempiternum axioma, Vnum esse in Ecclesia Dei summum pastorem Christum: vt alter quidem summus pastor in Ecclesia visibili visibilis, eius vicarius, statui nullo modo possit: quum non magis esse plures vno in Ecclesia ἀρχιεπίσκοπος siue Summi-pastores queant, quam in Vniuerso Omnipotentes.

Itaque detestandum esse scelus, & certissimam Antichristi blasphemiam, dicere, Pontificem Romanum esse summum pastorem Ecclesiæ Catholicæ, Christi vicarium, vt sine illo Ecclesia neque colligi neque definiri possit: Ecclesiam verò Romanam sic appellare Catholicam vt cæterarum omnium princeps eas sua auctoritate tueatur & regat, suoque nomine Catholicas-Romanas denominet, tam absurda nominis notatione quam rei falsitate: vt Vniuersæ-particularis Chimæra imagine monstrosa Antichristi tyrannis representetur, quæ orbem in vrbe includat, patrem toto maiorem statuatur, duo capita vni corpori, duos Dominos vni Ecclesiæ affingat.

Ex his igitur efficiebatur, Minimè nos agere de Romana Ecclesia siue Papatu, sed de vera Ecclesia Catholica Christi sponsa, eorū matre quorū

rum Deus est pater: quum de Ecclesiæ autoritate agimus. Quod ut verum esse certis Verbi Dei oraculis docuimus, sic ad eandem veritatem illustrandam, orthodoxæ Ecclesiæ consensum adiunximus. Ecquidnam verò his Patrum testimoniis à me citatis Hayus opposuerit, porrò videamus.

TESTIMONIORVM, QVAE

ex Orthodoxis Patribus hætenus protuleram ad superiorem doctrinam illustrandam,

DEFENSIO, aduersus Ioannis Hayi calumnias.

HAYVS.

Ex Cypriano tres delibasti aut potius delumbasti sententias, quarum prima est. &c. à pagina 37. vsque ad 38. in illis verbis, Quòd hoc loco &c.

SERRANVS.

Iesuiticum est axioma, In causa etiam mala Thrasoni quòquo modo audendum esse, ut etiam qui ca Hayi vicissè videatur. Ita nunc meus audacia Thraso è in eluden sui illius axiomatis vi pro more atque instituto da verita maiorum suorum, dum victricem veritatem te. sentit, omnes neruos suos intendit ad audaciam, quam verborum tricus & ampullis se efferentem veritati opponat. neque enim Romanæ meretricis esset famulus, nisi in eius schola meretriciam impudentiam induisset ut perfriçtam frontem Iesuita ostenter.

Affirmas igitur, Hay, me è Cypriano sententias delumbasse. At me id excerpisse quod ad

rem maximè pertinet, palam est. Me non disputare. Neque disputandum erat, sed disputationis conclusio eruditæ vetustatis testimonio illustranda, Me nudas autorum sententias describere. Id

Quorsum quoque erat à me præstādum. quum enim è Verbo Dei confecta fuisset conclusio, ecquid aliud & quomodo Patres hic citantur. Patrum testimonia efficere debebāt quàm assenti perspicuæ veritati, vt ex Ecclesiæ ἀπολογία cōstans & perpetua sempiternæ veritatis ἀναλογία perspiceretur? non enim vt supremi iudices ad veritatem constituendam, huc accedunt Patres: sed vt testes iurati, qui certæ exploratæque veritati subscribant. At hæc tua est, Hay, Logica,

Logica Ie
suitica. ἀπειρολογία, ἀμετρολογία, ἀμείδιος, principii & finis nescia, procax, proterua, imperita, vt in rebus ita in rerum ordine & modo εἰς ὁλόπον.

Quidnam quem igitur ordinem in hac testimoniorum sit institutum probare his Patrum testimoniis. recitatione sequar, cogor ostendere. Hactenus Verbi Dei oraculis confectum erat, Vnicum esse Ecclesiæ ἀρχιεπίσκοπος siue summum Pastorem, Christum: ac proinde falsum esse, Visibilem esse in Ecclesia ἀρχιεπίσκοπος siue visibile Ecclesiæ caput, Pontificem Romanum: & Romanam, id est particularem Ecclesiam in vniuersalem Ecclesiam principatum obtinere.

Idem Antiquitatis orthodoxæ testimonio mihi ostendendum erat. Quum autem duplex sit ratio demonstrandi, veritatis astruendæ vna, mendacii destruéndi altera: hîc à me fuit vtraque adhibenda: & quidem in scriptionis institutæ ratione, breuiter & simpliciter: atque ita vt testes omni exceptione maiores adhiberem. Cyprianum Romanæ Ecclesiæ in illa quidem aurea ætate magnis Dei donis illustris, summum fuisse admiratorem, nouit in illius scriptis vel mediocriter versatus.

Delesti testes è tota antiquitate aptiores, omnique exceptione maiores.

versatus. Hieronymus fuit Romanæ Ecclesiæ presbyter: Gregorius magnus, Episcopus. Hos ergo testes in hac causa adhibui, è quibus Cyprianus primum illud antiquæ & verè primigeniæ Veritatis axioma luculenter docet, Vnicum esse Christum Ecclesiæ suæ caput & summum Pastorem: vnicamque ex illo Ecclesiæ vnius Cathedram, id est ministerium quod Verbo Dei & disciplina continetur.

Peculiaris autem sermonis circumstantia expendenda est. Sciente persecutione quum his qui religionem Christianam quòquo modo abnegassent, pœnæ ex disciplina Ecclesiastica statuerentur, quinque Presbyteri Carthaginensis Ecclesiæ Nouatiani erroris contagione correpti, ab Ecclesia desciderant Cypriano infensiores. Cyprianus, Schismaticorum illorum audaciam accusat de Ecclesiæ disciplina turbata, quam nefas ait esse à quòquam violari, quum illa habeat Christum autorem & vindicem. *Cathedram* igitur vocat ministerium Ecclesiæ certo Dei mandato innixum. *Altare & sacerdotium* adiungit, quibus verbis significat summam Euægeliæ, quod ad Christi mortem eiusque efficaciam Christianos reuocat, vt in eo omnes colligantur, sicuti ipse alibi ait: Hoc altare & sacerdotium Christi nos amplectimur, & tam augusta sunt nobis & sacrosancta illa vocabula quàm vestra altaria Be-
 lial sunt nobis execranda.

Quidnam verò in his Cypriani verbis repererim quod cum Thesibus tuis pugnet, & Romanæ Ecclesiæ principatum euertat, rogas? Certè, qui veritatem ponit, mendacium tollit. Vnam Christi in vna Ecclesia Cathedram ponit Cyprianus: Alteram à Romano Pontifice fabricatam.

Primi loci sententia.

Cathedra & Altare quidnam Cypriano

Cypriani doctrina nostra cõsentiens, Hayana de Rom. Ecclesiæ principatu ex diametro repugnans.

Lib. 1.
epist. 8.

Cathedram eo ipso tollit: adulterum, impium, sacrilegum vocat quodcunque humano furore instituitur, vt hæc dispositio diuina violetur, id est vt Christus legitimo honore spoliatur, & creaturis tribuatur quod vni ipsi debetur: ac proinde doctrinam vestram de Romanæ Ecclesiæ principatu vt adulteram, impiam & sacrilegam detestatur, & imaginarium illum principatum funditus euertit.

Secundi
loci vera
explicatio.

Secundus locus, disertè astruit vnum vnus Christi summi Pastoris Episcopatum, à quo omnium Pastorum in Ecclesiis singulis Episcopatus pendeant, vt vnum ἀρχιεπισκοπή agnoscentes regant sibi commissos greges æquo iure & officio: quippe qui per æquè omnes sint Pastores Ecclesiæ, & licet per vniuersum terrarum orbem variè sint distributi, ab vno tamen Christo sunt omnes, vni Ecclesiæ seruiant. Vnum igitur Ecclesiæ caput, vnum Episcopatum Cyprianus luculenter his verbis docet: atque ad eò doctrinæ supra à me explicatæ tam perspicuè astipulatur, vt sola loci indicatio abundè esse possit ad conclusionis meæ ἐπιβεβαιώσασθαι, quum ipse Cyprianus hæc de re apertè concionetur.

Libro de
vniuersitate
Ecclesiæ.Tertii loci
germana
sententia.

Tertius locus manifestè definit Ecclesiam Catholicam, per vniuersum quidem orbem diffusam, omnesque sua amplitudine Ecclesias particulares complectentem, at vnitare indiuidua singulas continentem. Vnam igitur Ecclesiam Catholicam non Urbis vnus mœnibus conclusam, sed per Orbis terrarum spatia longè latè que extensam, omnesque Dei filios colligentem his verbis Cyprianus repræsentat. Sic illo teste omnes conclusionis meæ partes fuerunt comprobatæ, vt me etiam tacente Cyprianus loquatur.

Ibidem.

Quid hic Hayus? Quasi esset obscurum quid ego hac de

hac de re hastenus docuiffem, & quorfum hæc Cypriani testimonia commemoraffem, infultat Thrafo, & me homunculo deſpecto Caluinum præceptorem meum adoritur, Caluinum nugari clamat, & non meam (quum Theologiam primis digitis non attigerim) ſed Caluini ſtupiditatem miratur. Equidem Matæologiæ tuæ venenum ſemper ſum auerſatus, Ieſuita: in ſacra autem Theologia licet perexiguum ſit quicquid didicerim, huiufmodi tamen eſt, ſummo Dei beneficio, vt ad meam quidem ſalutem ſit ſatis, iis quoque docendis quos meæ fidei Deus commiſit, non malè per ipſius gratiam ad hunc uſque diem ſucceſſerit: quum verò me ad veritatis ſuæ deſenſionem aduerſus tuos latratus vocauerit, ſpero ſatis futurum ad tuas præſtigias refellendas, téque inſignem tenebrionem demonſtrandum, qui in vaniſſimo mēdacio tuendo nihil habeas præter cæcam & immanem impudentiam. *ἀμαθία δὲ ὁράσας φέρεται.* Caluini autem nugæ & ſtupiditatem iuuat me impenſè imitari. Verùm ad rem.

Caluinus, & ego Caluinum ſequens, affirmamus Cyprianum vni Chriſto vnum Episcopatum tribuere, Chriſtum Eccleſiæ ſuæ vnum caput appellare. Id pernegat Hayus, & *Vnius Capitis* appellatione, Pontificem Romanum clamat intelligi. Ego illum ſophiſticè agere affirmo, variis que errorum generibus illudere veritati.

Primus error eſt, Ignoratio Elenchi. nam in toto illo de Eccleſiæ vnitæ libro Cyprianus ne verbum quidem facit de Eccleſia Romana. Quæ igitur fronte de illius principatu hæc interpretaris: quum id etiam quod de Eccleſia Catholica ibi ait Cyprianus, Romanæ Eccleſiæ conuenire nullo modo poſſit? Eccleſiam vnã eſſe ait per totum orbem radios ſuos porrigentem, cuius

Hayi ſumma impudentia in germana horum locorū ſententia deprauanda.

Status cōtrouerſiæ in loci huius explicatione.

Hayaniæ interpretationis varietates.

vnum sit caput & origo vna. Illane vna Ecclesia per vniuersum terrarum orbem exporrecta, erit tibi Ecclesia Romana: & tu supplicio non esses dignus, si hæc omnibus cognita impudenter negares?

In tract. de vniuersitate Ecclesie.
 Secundus error est, Falsitas siue Falsi notatio. Cypriani enim verba deprauasti. Locum ipsum in Cypriano ipso Lector exploret, & comperiet hæc verba, *Primatus Petri, & Petri Cathedra*, ab Hayo fuisse interpolata, quum apud Cyprianum minimè extent. Excipiet Hayus, Iesuiticæ Logices esse præceptum, Vt quocumque tandem modo causæ seruiatur. Fateor esse schema siue tropum Iesuiticum, Imposturam & impudentiam: sed nos in Ecclesia Dei mendacium detestamur, omnesque illas vincendi vias Iesuitis familiares, appellamus errores. Falsum igitur quod Hayus dixerit, peto à Lectore vt non ex Iesuiticis privilegiis, sed ex veritatis legibus iudicetur, quod sacri scriptoris verba deprauarit, ea adiungendo quæ ad causæ suæ patrocinium pertinerent.

Ibidem.
 Tertius error est, *de Novatis*. Id enim affirmat quod Cypriani sententiæ è diametro repugnat, omnibus iis testibus futuris qui locum ipsum animaduernerint. Nouatus Afer in Africanis Ecclesiis mouerat grauissimam controuersiam quæ in alias Ecclesias latius emanauit, & schisma fecit: nouos Episcopos in Ecclesiis constituit, ceterosque alios ab aliis haberi, & nouum seuerioris disciplinæ genus in particularibus illis ceteribus obseruari curauit. Dissidii causam Nouatus pretextebat, quod dissoluta esset Ecclesiæ disciplina, quum lapsi facta tantum exomolegesi ad Ecclesiæ pacem faciliùs quàm postularet ratio, reciperentur. Christianum quoque nomen cum factione sua retinebat, & vt magis falleret, sanctione quâdam

Cypriani
 consilium
 & sententia,
 in hoc
 loco.

dā exquisitioremque viuendi rationē se amplecti
 profitebatur. vnde Catharorum nomen sectæ in-
 ditū. Idcirco periculosiores obrepentis boni spe-
 cie hostis artes Cyprianus esse cōqueritur, quum
 veritatis nomine veritas oppugnaretur, & sub
 Christi vocabulo Antichristus in Ecclesiam in-
 duceretur. Schismatis autem verā causam esse ait,
 quòd ad veritatis originem nō rediretur, nec cap-
 ut quæreretur, nec Magistri cœlestis doctrina
 seruetur. Argumentatur enim à disciplina à d
 doctrinā, docētque fieri nullo modo posse vt Ec-
 clesie doctrina seruetur ab eo, qui Ecclesie disci-
 plinam violauerit, quum vna eademque sit vnus
 Ecclesie & doctrina & disciplina. Vnitatem enim
 Ecclesie doctrina & disciplina definit. Vnitatem
 autem Ecclesie qui reliquerit, quomodo possit &
 in Ecclesia esse & de Ecclesia? Hoc est quod ait
 Cyprianus *caput non quari, Magistri cœlestis do-*
ctrinam non seruari: vt primariam complexionem
 colligat, Nouarianos non retinere doctrinā Ecclē-
 się, quum eius disciplinā concordiamq; violarent.

Ecclesie autem vnitatem ex eo docet Cypria-
 nus quòd sicuti vnus est Deus, vnus Christus, vna
 Ecclesia: sic vna in Ecclesia veritas, fides, discipli-
 na est, vnus Episcopatus, cuius in solidum à sin-
 gulis pars teneatur. Id autem docet illustri exem-
 plo à Petri persona petito. Petrum enim singula-
 tim alloquutus est Christus, illam Ecclesie suę
 disciplinam constituens vt eam vnitatem cōtineri
 intelligeremus: ac proinde ne pro arbitratu cui-
 quam licere arbitraremur nouā doctrinę siue dis-
 ciplinę formā cōminisci, sed intelligamus omnes
 Christianos in vnus Ecclesie sinu, vnus doctri-
 nę institutis & præceptis, vnus eiusdemq; disci-
 plinę obsequio debere cōtineri. Hęc est germana
 horum verborū sentētia, *Vt vnitatem manifestaret*

Doctrinę
 & discipli-
 nę in Ec-
 clesia con-
 iunctio
 necessa-
 ria.

Ecclesie
 vnitatis in
 Petri per-
 sona quo-
 modo re-
 presenta-
 ta.

Ecclesie
vnitas
quæ sit.

*vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua
autoritate disposuit.* Certè, si Ecclesia est sancto-
rum communio, vt est, vnitate omnino contine-
tur: quum omnium credentium vnus sit Deus,
vnus redemptor, vna fides, vna spes, vna heredi-
tas, commune certamen, communis victoria,
commune verbum, commune ministerium quo
ad communium bonorum cognitionem possessi-
onemque immittantur. Qui igitur ab Ecclesie
communione desciscunt & schisma faciunt, com-
munium bonorum ius amittunt: Christiani esse
non possunt, & à matrice diuulsi seorsim viuere
& spirare, salutisque substantiam retinere nullo
modo possunt. Hoc Cypriani concilium esse in
libro de vnitate Ecclesie, cuilibet poterit con-
stare ex libri lectione. Quid igitur vel tantillum
quidem ex hoc loco elici à quoquam sano potest,
quod ad imaginarium Romanæ Ecclesie princi-
patum pertinere possit?

Apostoli
& omnes
Ecclesie
pastores
in eodem
munere
pares.

Nam quod de vnitate in vno Petro demon-
strata dixerat Cyprianus, ne quisquam existima-
ret personale esse beneficium quoddam quod
vni Petro singulatim conueniret, addit vtilem &
perspicuam exceptionem vt nullus tergiversa-
tioni locus relinquatur, *Idem & ceteros fuisse A-
postolos quod fuit Petrus, pari consortio præditos &
honoris & potestatis: οὐκ ἕνους, οὐκ ἕνους, quod vnus
quemadmodum alicubi ait Chrysostomus. Quid
potuit simpliciùs illustriùsque dici? Nouam ta-
men meus Hayus adiungit interpretationem, Id
intelligendum esse ante institutum à Domino Eccle-
sie principatum. Quid ais? Diserta Cypriani verba
non animaduertis? Postquam enim Christi insti-
tutionem de clauibus regni cœlorum Ecclesie
in Petri parsona tributis commemorauit, addit,
*Apostolis omnibus post resurrectionem suam, parem
tribuit**

tribuit potestatem. Vbinam illa est temporis distinctio? Quasi verò antequàm Christus Petrum his verbis alloqueretur, vel Petrus non esset Apostolus, vel aliud quidpiam quàm cæteris Apostolis ei fuerit à Christo demandatum. Nõne enim hæc est clauium potestas, *Si cui remiseritis peccata, remittentur illi: si cui tenueritis, tenebuntur?* Ita enim alibi apud Cyprianum illa vnitas Ecclesiæ quæ ex Petri persona probatur, ex omnium quoque Apostolorum personis æstimatur, his verbis: *Potestas ergo remittendorum peccatorum Apostolis data est, & Ecclesiis quas illi à Christo missi constituerunt, & episcopis qui eis ordinatione vicaria successerunt.* Et quoniam Stephanus Romanæ Ecclesiæ Episcopus illis etiam temporibus quum de Romanæ Ecclesiæ principatu nemo vel per insonnium cogitauerat, aliquid sibi arrogare videbatur opponunt se ei Africanarum Ecclesiarum Episcopi, & negant eum de Episcopatus sui loco posse gloriari, quum successionem Petri obtinendo, multas petras indicaret, & Ecclesiarum multarum noua ædificia constitueret. Cyprianus verò de hoc Petri priuilegio loquens, *Nec Petrus quem primum Dominus elegit, & super quem ædificauit Ecclesiam suam, quum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, vendicauit aliquid sibi insolenter aut arroganter assumpsit, ut diceret se PRIMATVM TENERE, & obtemperari à nouellis & posteris sibi potius oportere &c.* Hæc sunt ipsa Cypriani verba, ex quibus non Caluinum aut Serranum, sed Hayum Iesuitam in hac loci interpretatione nugari, omnibus est palam.

Epist. 41.

Quinto fratri, epist. 75.

Quòd de Romanæ Ecclesiæ nouique illius quæ ei affingit principatus elogiis, adiungit Hayus, eiusdem est cæcitatatis atque dementiæ. Absurdif-

simum Hayo videtur, Romanam Ecclesiam in ordinem redigi. Et rectè. quum enim Cypriani tempore sese intra ordinis officiique sui cancellos contineret, cur in ordinem fuisset redacta? Hoc verò tempore quum excusso Christi iugo omnis iam ordinis planè impatiens ad insanam effrenemque rebellionem tota obduruerit, cur in re inutili labor impenderetur?

Romanæ Ecclesiæ qualis olim dignitas. Ad Corinthei de Confessione ne epist. 16. Epist. 15. Presbyterorum & Diaconorum Rom. Ecclesiæ

Romanam quidem Ecclesiam (quemadmodum diximus alibi) in maximo olim pretio fuisse verum est, sed eo modo quem Cyprianus notat, ut dum *Apostolus eius fidem prædicat, parentes laudans, filios ad eandem fidei integritatem prouocet.* Neque verò alia lege has laudes sibi constare veteris Romæ alumni voluerunt, quorum hoc extat aduersus degeneres successores testimonium. *Nec tantas de nobis laudes Apostolus protulisset dicendo, Quia fides vestra prædicatur in toto mundo, nisi iam exinde vigor iste radices fidei de temporibus illis mutuatus fuisset, quarum laudum & gloriæ degenerem fuisse maximum cernen est.* Antiquissima igitur Ecclesiâ in Ecclesiarum censu, ut in Imperii sede constitutâ, Patres primam esse voluerunt: & sic Matricem & Radicem Ecclesiæ Catholicæ per vniuersum orbem diffusæ vocat beatus Martyr.

Romanæ Ecclesiæ cum Africanis necessaria olim communicatio.

Sic illius cum cæteris communicationem maxime commendauit. Peculiaris verò loci circumstantia expendenda est. Nouatianum virus late vagabatur & ut Africanas Ecclesias, sic Romanam grauissimè exercebat: in qua pestiferi schismatis antesignanus, Episcopi etiam titulo grassabatur. Ita commune certamen Africanas Ecclesias cum Romana firmitus copulabat. Hæc causa erat cur Romanæ Ecclesiæ communicationem tam sollicitè vrgeret Cyprianus: cuius & apud Eusebium extat epistola ad Ecclesiam Antiochenam, ad quam Nouatiani erroris contagio serpserat per Fabium E-

Euseb. l. 6. cap. 44.

QVID NON SIT ECCLESIA. 159

piscopum, quem idem scribit *ἑσθητακλίνας πῶ* Epist. 57.
χισμαπ. Catholicæ igitur Ecclesiæ communio vn- Cypriani
 dique aduocanda erat. Accedebat eò peculiaris ad Antõ.
 ratio Cornelii Romanæ Ecclesiæ veri Episcopi,
 cui quòd Nouatianus eiusdem Episcopatus spe-
 cie opponeretur, asserenda erat omnibus modis
 atque vendicanda ipsius ordinatio aduersus schis-
 maticorum sceleratam audaciã, qui illius famam
 sinistris rumoribus commaculare moliebantur,
 quasi esset Episcopatu indignus nec verus Episco-
 pus. Idcirco in ea ad Antonianum epistola vt to-
 tam illam schismatis tragœdiam à Nouato & so-
 cius moram commemorat, ita quantis potest ra-
 tionibus Cornelii ordinationem .i. ipsius in Ec-
 clesiæ Romanæ Episcopatum tuetur atque com-
 mendat, omnesque in eo eligendo legitimæ vo-
 cationis circumstantias sanctè obseruatas fuisse
 docet: nimirum Cornelium factum fuisse Episco-
 pum de Dei & Christi iudicio, de clericorum te-
 stimonio, de plebis suffragio, cæterorum Episco-
 porum consensione: atque adeò irritam esse No-
 uatiani ordinationem, quæ contra leges discipli-
 næ Ecclesiæ sit facta, schismatico ad sacrum mini-
 strium à paucis factiosis ascito. Itaque ait solum
 debere esse in Romana Ecclesia Episcopum Cor-
 nelium, & nullum esse Nouatianum schismati-
 cum, licet Episcopi nomen & munus sibi vendi-
 caret. Præterea, quum varia mendacia aduersus
 Cornelii Episcopatum passim traducerentur, Cy-
 prianus omnem vt debuit, dat operã, vt & qui ex
 Africa Romã nauigarent de Cornelio honorificè
 sentirët, & quum Romam peruenissent, cū ipsius
 Ecclesia sese coniungerent, Nouatiani Pseudo-
 piscopi conuenticula auersarentur. Deinde, in eo
 diligenter elaborabat, vt reducendis à Nouatia-
 norū errore palabundis Cornelii quoque Episco-
 patui debitus honor tribueretur. quod à se dilige-
 ter factū cõmemorat Maximo, Urbano, Sidonio,

Cornel.
 de Heret.
 epi. 18. &
 Stephano,
 epist. 42.

Cornel.
 epist. 21. &
 22. & 65.

De con-
 uersis ad
 Ecclesiã,
 epist. 40.

160 PRIMA QVÆST. PARS,
& plerisque fratribus qui se eis adiunxerat ad fi-
dem reuocatis, quorum confessionem comme-
morat, & de ea Cornelium facit certiolem, quem
fratrem & collegam, non principem aut Vniuer-
salem episcopum, ubique vocat.

Diserta su-
perioris
loci inter-
pretatio
Romanæ
Ecclesiæ
principa-
tui nullo
modo fa-
uens.

Epist. 18.
ad Corne-
lium de
hæret.

Corne-
lius Rom.
Episco-
pus à Dec-
cio Imp.
obtrun-
catus.

Hanc veram esse & genuinam locorum illo-
rum sententiam ex eorum lectione quilibet per-
spiciet, recordisque Iesuitæ impudentiam ani-
maduertet, qui in re perspicua audeat tanquam
victoria parta triumphare. Romanam Ecclesiam
Petri Cathedram Cyprianus vocat, quod Petrum
Romanæ Ecclesiæ fuisse Episcopum de communi
antiquitatis sententia arbitretur: qua de re nos
supra diximus, *Ecclesiam principalem*, quod pri-
mum (quemadmodum supra exposuimus) in Ec-
clesiæ ordine locum teneret. *Ex ea unitatem sa-
cerdotalem exortam esse*, quod in Petri, quem Ro-
manæ Ecclesiæ fuisse Episcopum existimauit, per-
sona disciplinæ Ecclesiasticæ unitas fuerit repræ-
sentata, sicuti modò exponebam. At quis inde
colligat Romanum Pontificem omnium Episco-
porum principem à Cypriano agnosci & appel-
lari? Denique, Cornelium Romanæ Ecclesiæ
Episcopum, sanctum Christi martyrem, de nouo
hoc Ecclesiæ Romanæ principatu, què vos illius
assentatores acriter tuemini, nunquam cogitasse
(tantum abest vt in aurea illa ætate eum usurpa-
uerit) cum varia ipsius certamina pro Christo
obita (sicuti à Cypriano luculenter describuntur)
tum ipsius vitæ exitus demonstrarunt. Alio-
qui non modò iugulum à Decii gladio eripuit,
sed & ipsius Decii collum pedibus suis sub-
iecisset eumque imperio spoliasset suo.

In ultimo loco eandem fidem præstat Hayus.
Sacri ministerii dignitatem commendat Cypri-
nus, qui illius contemptum ait esse omnium hæ-
rescôn &

reseón & schismatum originem, non loquitur enim de Cornelij persona aut ministerio, sed de ipso Ecclesiastico ministerio vniuersè: & de suo propriè quod non minus quàm Cornelij ministerium impetebatur, sicuti disertis verbis ipse exponit. Sacerdotij autem siue Episcopatus dignitatem autoritatèmq; iis verbis describit, quibus Paulus eam descripserat, *Nomine Christi legatione fungimur: & Dei sumus συνεργοι, id est cooperari.* *Vice ergo Christi indicem ad tempus vocat, Dei Sacerdotem, id est omnem legitimè vocatum Pastorem, quòd licet Christus nobiscum sit vsque ad consummationem sæculi, neque præsens ipse legato hætenus indigeat, nihilominus tamen Sacerdotum à se constitutorum ministeriò vitur ad Ecclesiam suam gubernandam. Idcirco vt precariam ita temporariam hanc iudicandi autoritatem Sacerdotibus à Christo tribui Cyprianus docet.* *Vnum* autem ad tempus Sacerdotem in Ecclesia esse ait, vnitatem illam doctrinæ & disciplinæ significans, de qua hætenus est loquutus. neque enim fas est Christianis quilibet in Ecclesia pro arbitrato facere, sed in Ecclesiæ ordine sese debent continere, eamque autoritatem sequi quam ad illum ordinem conseruandum atque itabiliendum Dominus in Ecclesia sua constituit. Sunt enim in Ecclesia è Dei instituto *ἡγούμενοι* siue *πρεσβύτεροι*, i. præfecti, docèdo nimirum Dei Verbo regendæq; Ecclesiæ. Sicuti enim neque sine ordine societas vlla regi, ita neque sine custode constare ordo vilo modo potest. Omnium autem societatum præstantissima est, Ecclesia Dei. Hunc ordinem huiusque ordinis custodes quos Ecclesiæ suæ præficit, præstantissimis honoribus & titulis insignit Deus: hætenus tamen vt ipse autor dominusque agnoscatur. Itaque hu-

Ministerij
Ecclesiastici descriptio è
verbis Cypriani,

2. Cor. 5.
20.
1 Cor. 3. 9.
Christi
index ad
tempus vice
Chr. it.

Vnus in
Ecclesia
Sacerdos.

Ecclesiæ
ordo, & it
lius otā
nis custo
des.

Tituli Ec
clesiæ Pa
storibus
tributi.

usmodi dicendi genera quibus Ecclesie pasto-
res ornat Scriptura, sunt prudenter expendenda:

Exod. 14.

51.

1. Tim. 4.

16.

&

Quomo-
do intel-
ligendi.

1. Cor. 3. 3.

*Credidit populus in Deum & in Moysen: & Id si
feceris, & te ipsum seruabis, & eos qui te audierint.*
Ecquis enim sanus inde colligat, Moysen vel ado-
randum esse vel inuocandum, quum fidei obie-
ctum ut Deus proponi videatur: aut Timotheum
& sui ipsius & auditorum suorum fuisse seruato-
rem? Hæc igitur formulæ sunt quidem veræ, sed
 $\chi\tau\pi$ non $\alpha\pi\lambda\omega\varsigma$ intelligendo, ut nimirum agno-
scamus Deum salutis nostræ primam & verè ef-
ficentem causam, homines verò è Dei mandato
& virtute, efficacia instrumenta, quatenus Deus
& in iis & per eos operatur: quum neque is qui
plantat est aliquid, neque qui rigat: sed qui dat
incrementum Deus. Hæc enim elogia non vni
Mosi aut vni Timotheo competunt, sed omnibus
fidis Dei seruis conueniunt, quorum opera & mi-
nisterio Deus utitur ad fidem in animis nostris
& ingenerandam & conseruandam.

Germana
Cypriani
sententia
è Scriptu-
ræ idiotis-
mo.

Scripturæ sermonem imitatus Cyprianus, di-
xit vnum in Ecclesia ad tempus Sacerdotem, &
ad tempus iudicem vice Christi cogitari debere,
ad hoc ut disciplina Ecclesiastica vti consente-
neum est, æstimetur: non esse videlicet humanum
commentum, sed Christi ipsius $\alpha\rho\chi\pi\sigma\tau\epsilon\rho\varsigma$ auro-
ritatem per legatos suos Ecclesiam suam guben-
nantis, oculis nostris obuersari debere, ut ipsius
Domini reuerentia in officio contineamur. Pe-
nes igitur Christum residere integrum Episco-
patum rectè dixit Cyprianus, & Cyprianum re-
ctè exponens Calvinus, & fidum Christi lega-
tum esse vice Christi: legatum quidem siue in
c m ad tempus, ut de sempiterno Domino & in
d ce cogitemus.

Ecclesiastici igitur ministerij dignitatem de-
scribit

scribit Cyprianus, eamque Nouatianorum schismaticorum furoribus opponit: neque de se propriè aut Romano Episcopo, sed de Ministerio Ecclesiastico vniuersè loquitur. Hanc esse Germanam Cypriani sententiam apparet.

Nostrè igitur disquisitionis summam colligamus. Romanæ Ecclesiæ dū in ea doctrinæ integritas cōstabat, præstantiam commendat Cyprianus: Africanarum Ecclesiarum cum illa necessitudinem, & in negotio communi arctam seriāque communicationem fuisse docet; fratris & collegæ sui ministerium aduersus profligatorum hominum latratus tuetur, Ecclesiastici ministerij dignitatē atque autoritatem è Verbo Dei luculenter describit. Idcirco cōsequitur, Pontificè Romanū esse Catholicæ Ecclesiæ principē & Ecclesiæ Romanæ in cæteras oēs Ecclesias principatū debere: Ecquis sobrius hanc Hayi consecutionem probet? Neque enim id Cyprianus vllō modo tribuit Ecclesiæ Romanæ, neque id ei vllō modo potuit aut potest conuenire: vt multiplicibus decipularum generibus Sophistam ludere ex superioribus sit perspicuum.

Qua igitur fronte meus Hayus stupiditatis & nugacitatis Caluinum accusat, quòd hunc locum Cypriani rectè exposuerit: me verò, quòd ad illustrandam superioris doctrinæ veritatem hunc locum appositè citarim? Hac de re iudicent eruditi, & ij maximè eruditi qui Iesuitis adhuc fauent, & nondum explorata nostra doctrina, nobis sunt infensiores. Animaduertant, habito locorum ipsorum examine, qua fide & quo iudicio Iesuitæ Patrum autoritatem Verbo Dei opponant. Hanc ego tuorum & commentorum & conuictiorum *arripas*, Hay, tibi opto vt melior & eruditior euadas.

Loci huius summas

Sanctæ Antiquitatis inuerecundi corruptores, Iesuitæ.

H A Y V S.

*A Cypriano ad Hieronymum scriptiorem tuam
(disputationem dicere non audeo, quum nihil plane
disputes) transferre tibi visum est. & c. pag. 41.*

S E R R A N V S.

Trica
Hayana.

Non hîc erat disputandum, magne Demon-
strator, sed id quod iam superiori disputatione
conclusum fuit, Antiquitatis testimonio erat il-
lustrandum. Testimonij autem nuda & simplex
recitatio debuit esse satis, ne quid nos testibus
affinxisse videremur. Itaque in hac disputatione,
testimonij *extranei* non modò superuacanea, sed
etiam importuna erat. At quum nihil quod aliud
haberes, tuo more primordium duxisti è verborum
bellicatione.

H A Y V S.

*Quid in D. Hieronymi oratione tibi tanto-
pere displicuit, ut eam non tantum decurtatam
redderes, sed & omnem ipsius ordinem immutares?
Si D. Hieronymi patrocinio & c. à pag. 41. vsque
ad 43.*

S E R R A N V S.

Hayi im-
pudentia
in diserto
Hierony-
mi testi-
monio e-
ludendo.
2. Tom. e
pist. legi-
mus.

Pudet me sanè tui, Iesuita, quòd impudenter
audeas perspicuæ veritati oblatrare, & duas pagi-
nas nugis infarcire. Id è Hieronymo attuli quòd
ad rem faciebat. Si tota exscribatur Epistola, vel
potius apud Hieronymum ipsa legatur, tibi nul-
lam esse frontem convincet, vel Hieronymus
non est Hieronymus. In ea Epistola ad Euagrium
aduer-

aduersus eos disputat qui diaconum presbytero æquabant. Docet autem eundem esse episcopum atque presbyterum. Quòd autem è presbyteris vnus electus & celsiori gradu collocatus, qui cæteris præponatur, & Episcopus nominetur, ad schismatis remedium fuisse factum. Opponebatur Hieronymo mos Ecclesiæ Romanæ, in qua ad testimonium Diaconi presbyter ordinaretur. Respondet Hieronymus, Vnius Urbis consuetudinè aduersus vniuersæ Ecclesiæ leges minimè valere: nec alteram Romanæ Urbis Ecclesiam, alteram totius orbis existimandam esse: imò si autoritas queratur, Orbem maiorem esse Vrbe. Ergo è Hieronymi Romanæ Ecclesiæ Presbyteri verbis affirmo, illos in maiorem vecordiam erumpere qui Orbem in Vrbe includunt, id est Catholicam Ecclesiam Romanæ Ecclesiæ principatui subiiciunt, & eam ipsius nomine definiunt, vt non esset verè Catholica, nisi esset Romana. Quum autem omnes ad Ecclesiæ munera legitimè vocatos dicat ibidem esse Apostolorum successores, quàm firmo argumento vnus Pontificis successionarium ius tuetur Hieronymus. Magna autem eiusdem de Ecclesia Romana elogia quis non videt ad tuam sententiam esse ἀνεγδοίωτον, id est, quum bonæ parentis memoria degenerem filiam redarguat, & importuna tua loquacitas veritati, ne quicquam obstrepens abundè doceat te nihil habere quod opponas veritati? Quorsum igitur ego tibi pluribus responderem, nisi vt verba & voces frustra cumulans tecum ineptirem? Ex ipsius loci lectione solida est responsio.

H A Y V S.

Postea in D. Gregorij testimonia, Minister,
L. iij.

SERRANVS.

Trica
Hayana.

Inepta re
prehensio
loci quasi
perperam
citati.

Illustria
Gregorij
Papæ testi
monia de
Papatus
tyrānide:
vt nec pos
sit Anti-
christus
illustrius
describi,
neque
Hayi Ie-
sūite im-
pudentia
euidētius
conuinci.

Tenetur Sophista, & tamen obloquitur, exce-
ptiones aduersus veritatem ingerens τὸ σὺν ἡμῶν
τῷ (vt Hieronymi verbis utar) Iesuitæ nequie ap-
primè dignas. Ait me è Caluino paucula deli-
basse. At hæc ipsissima esse Gregorij verba palam
est. Me locum perperam notasse, quum ipse me
perperam reprehendat, quòd Gregorium non
rectè inspexerit, & nesciat Gregorij epistolas per
indictiones describi: idcirco locum à me citatum
non potuit reperire in 80. Epistola indict. 13. lib.
4. Congestis deinde nullo iudicio Gregorij locis,
vult videri citatum à me testimonium bellè re-
futasse, & Vniuersalem Episcopum è Gregorij
mente perperam à me definiri. Gregorius igitur
ipse sui sit interpres.

Vniuersalis Episcopus à Gregorio is dicitur (in-
quit Hayus) qui sic vniuersa Ecclesie præest, vt ipse
solus, & alius nemo Episcopus sit. Elto. Num inde
consequitur Gregorium Vniuersalis Episcopi ap-
pellationem non fuisse detestatum: & ad Roma-
næ Ecclesie in vniuersam Ecclesiam principatum
id non nihil pertinere? Affirmat certè Gregorius
in cæterorum Episcoporum despectum & iniu-
riam Vniuersalis Episcopi nomen vsurpari: & dū
vnus in Pontificatus gradu gloriam singularita-
tis arripit, hanc omnibus fratribus denegare, ne-
que fieri posse vt quisquam Vniuersalis Episcopi
nomen vsurpet, quin Ecclesiam discindat at-
que discerpat, & cæteros Episcopos à debito ho-
nore deturbet dum sibi indebitum arrogat atque
vendicat. Te tuo igitur, serue nequam, ore iudi-
cari

QVID NON SIT ECCLESIA. 167

cari atque reum peragi impudentiæ non sentis?

At maius quidpiam scelus in hoc Vniuersalis Episcopi commento notat Gregorius. Magnum quidem per se facinus est Ecclesiæ ordinem concordiamque violare, Vnius enim in cæteros tyrannis Ecclesiæ certissima est pestis: at cum hoc violatæ Ecclesiæ scelere maximum aliud scelus expendit Gregorius, quòd illo *scelesto vocabulo*

Lib. 6. In-
di. 15. cap.
192.

Dei honori detrahatur, ut ille qui hoc nomen usurpauerit se satis & propriis notis

Antichristum ostenderit, qui se Deum dixerit, Deus videri velit supra omnes homines, & ut

Lib. 6. In-
dictione
15. ca. 194.

Deum coli, dum vniuersalis Sacerdos appetit ap-

pellari super ceteros sacerdotes: quia videlicet illum imitatur qui spretis in sociali gaudio ange-

Lib. 4. in-
dictione
13. cap. 78.

lorum legionibus ad cubilen conatus est singularitatis erumpere, dicens, Super astra cœli exaltabo

folium meum: Sedebo in mente testamenti, in lateribus Aquilonis, & ascendam super altitudinem nubium, & ero similis Altissimo. Deinde,

quòd se Christo propriè, & ex diametro opponat: vnde Antichristus etiam appelletur: dum

Lib. 4. in-
di. 13. ca.
80.

VNIUERSA sibi tentat ascribere. & omnia que soli vni capiti coherent, videlicet Christo, per

Lib. 4. in-
di. 13. ca.
82.

elationem pompatici sermonis eiusdem Christi sibi studeat membra subiungere. & Certè Paulus

Apostolus quum audiret quosdam dicere, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego verò Cepha: hanc dilacerationem corporis Domini CERTIS EXTRA

CHRISTVM QVASI CAPITIBVS, & ipsis quidem Apostolis subiici partic. lariter curauit.

Tu quid CHRISTO VNIVERSALIS SANCTAE ECCLESIAE CAPITI, in extremi iudicij es dicturus examine, qui cuncta eius mem-

bra tibi met conaris Vniuersalis appellatione supponere? Quis ergo in tam peruerso vocabulo nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis Angelorum legionibus secum socialiter constitutis ad culmen conatus est singularitatis erumpere: ut & nulli subesse, & solus omnibus præesse videretur.

Hæc sunt ipsissima Gregorij verba, non ex Caluini sed ex ipso Gregorij codice fideliter exscripta. *Vniuersa sibi tentata scribere Pontifex Romanus, qui in vniuersam Ecclesiam principatum, summamque autoritatem vsurpat. Certis extra Christum quasi capitibus vult Ecclesiam contineri quum ei caput visibile siue ministeriale præter & extra Christum, se nimirum ipsum affingit, neque Ecclesiam Catholicam sine se vult posse definiri. Nulli subesse, & solus omnibus præesse vult, cunctos ipse iudicaturus, & à nemine iudicandus: & licet innumerabiles populos cateruatim secum ducat mancipio gehennæ, huius tamè culpas istic redarguere mortalium nullus debeat præsumere. Quidni igitur ex ipsis Gregorij verbis erit Antichristus?*

Decret. 1.
parte Di-
stinct. 40.
S. Papa.

Lib. 4. in
dict. 13. ca.
75.
Lib. 6. in
dict. 15. ca.
194.

Rem autè cum vocabulis ipsis coniunctâ esse idem testatur, & Mauritio Imperatori (qui ipsum simplicem id est fatuum, & indiscretum, id est insipientem nominauerat, quòd illud Vniuersalis Episcopi nomen repudiasset) rationem redditur ab ipsa Vniuersalis appellatione abhorreat, & *Nunquid, ait, si ex superbo & profano vocabulo mihi non in medico est animus vulneratus, tantæ indiscretionis esse potui, ut nescirem quid unitati fidei, quid concordie Ecclesiasticæ deberem &c. Nimis mihi fuerat desipuisse, sic sapere.* Et quoniam in voce parum erat momenti aiebat Mauritius, respondet Gregorius: *Sed*

rogo

QVID NON SIT ECCLESIA. 169

rogo ut imperialis pietas penset, quia alia sunt
 friuola valdè innoxia, alia valdè nocua. Nun-
 quid quum sic Antichristus veniens Deum dixe-
 rit, friuolum valdè erit? sed tamen nimis perni-
 ciosum. Si quantitatem attendimus, dua sunt syl-
 laba. Si verò pondus iniquitatis, vniuersa perni-
 ciosa. Ego autem fidenter dico, quòd quisquis se v-
 niuersalem Sacerdotem vocat, vel vocari desi-
 derat, in elatione sua Antichristum praecurrit. &c.
 Hæc enim verba iam citaueram. Et idem,
 Nulli in hac causa nocere appeto: sed humilita-
 tem Deo placitam & sanctæ Ecclesiæ concordiam
 custodire: & quoniam hostis omnipotentis Dei,
 Antichristus iuxta est. & Hoc iam (ut videmus)
 mundi huius termino propinquante in praecursione
 sua apparuit humani generis inimicus, ut ipsos
 qui ei contradicere bene atque humiliter viuendo
 d buerunt, per hoc superbia vocabulum habeat
 praecursores Sacerdotes. Et certè, debebat ex ora-
 culo tunc homo peccati sedere in Ecclesia Dei.

Hoc vocabulum Gregorius, nouum, stultum,
 friuolum, temerarium, superstitiosum, superbum,
 pestiferum, profanum, blasphemum, scelestum, in-
 tolerandum appellat. Rem denique cum voce
 ipsa aspernatur, neque vllam se erga suos fratres
 autoritatem habere, ut iis aliquid imperare pos-
 sit, vehementer testatur. Indicare quoque vestra
 beatitudo (inquit ad Elogium episcopum Alexan-
 drinum scribès) studuit iam se quibusdam non scri-
 bere superba vocabula, quæ ex vanitatis radice pro-
 dierunt: & tamen mihi loquitur dicens, Sicuti iussi-
 stis: quod verbum iussionis peto à meo auditu vos
 remouere: quoniam scio quis sum, qui estis. Loco e-
 nim mihi fratres estis: moribus patres. Nam ego ius-

Lib. 6. in
 dict. 15. ca.
 192.

Lib. 7. in
 dict. 2. ca.
 69.

Lib. 7. in
 dict. 2. ca.
 30.

si, sed quæ utilia sunt mihi visa, indicare curavi.

Vbinam est igitur, Hay, magnificus ille Romanæ Ecclesiæ principatus à te supra descriptus, vbinam illud infinitum per vniuersum terrarum orbem imperium: in populos, principes, Reges, conscientias, in ipsos denique inferos & cœlos, ad quos vtrouque eadem illæ principatus Romani clauis sunt peruix, plenitudo potentix, & principatus, vt Pontifex Romanus omnium Ecclesiarum *αὐτοκράτωρ* sua decreta omnibus imponat?

Ex hac doctrina omnes hortatur Gregorius vt & vocem Vniuersalis Episcopi & rem profano illo vocabulo comprehensam toto pectore detestetur. & , *Hortor, inquit, atque suadeo vt nullus*

Lib. 7. in-
dict. 2. ca.
69.

vestrū hoc nomen aliquando recipiat, nullus ad id consentiat, nullus scribat, nullus vbi fuerit scriptū admittat, vel subscriptionem suam adiciat: sed sicut omnipotentis Dei ministros decet, integrum se ab huiusmodi venenata infectione custodiat, & insidiatore in se locum non præbeat: quoniam hoc in totius Ecclesiæ iniuriam ac discissionem & sic- ut diximus. in omnium vestrū despectum fit.

Lib. 4. in-
dict. 13. ca.
30.

alibi vocat, *Tentationem diabolicæ usurpationis.* Imo admirabili planè Dei prouidentia factum est, vt profanæ rei & vocis detestatio in Pontificalibus etiam decretis infereretur, ad Papatum ipsum ex Papæ mysteriis & decretis refellendum. Sunt enim diserta Decreti verba, *Romanus*

Decret. 1.
parte.

Dist. 99. §.
primæ &

§. Nullus
& §. Ecce.

Pontifex ne Vniuersalis Episcopus appelletur. & , Nullus Patriarcharum vniuersitatis vocabulo unquam utatur. & , Ecce in præfatione epistolæ quum ad me ipsum qui prohibui direxistis, superbe appellationis verbum Vniuersalem me Papam dicens.

QVID NON SIT ECCLESIA. 171

*dicens imprimere curastis quod, peto, dulcissima
Sanctitas vestra ultra non faciat. &c. Recedant
verba quæ vanitatem inflant & charitatem
violant.*

Et vocem & rem in Ioanne Constantinopolitano quantopere detestatus fuerit Gregorius, ex aliis quoque locis perspicuum est. In se quoque id recipere neque velle, neque debere testatur. Nam quòd à Concilio Chalcedonensi oblatum Rom. Pontifici Vniuersalis Episcopi nomen, & repudiatum ait Gregorius, ei esset è Concilij affectis probandum, in quibus nihil huiusmodi profectò inuenitur, quemadmodum à nobis supra fuit demonstratum.

Quicquid sit, Vniuersalis Patriarchæ siue Episcopi nomen pernegat vsurpari à mortalium quòquam sine summo scelere posse. Vnum Ecclesiæ caput esse Christum, cui vni Ecclesia adhaerere cum salute sua possit: ac proinde ne ex Apostolis quidem ipsis aliud quodpiam caput ei adiungi posse. Ecclesiam autem quæ tota communiōe regatur, ita regi ac gubernari Verbo Dei debere, vt quum omnes Pastores sint Apostolorum successores, eaque successio salutari doctrina contineatur, minimè esse committendum vt vnus, quicumque tandem ille sit, principatum siue imperium aduersus Collegas suos in Ecclesia aut affectet aut occupet: quo principatu siue imperio Ecclesiæ pax concordiaque penitus violatur atque discerpatur, quæ sine ordine illo à Deo constituto stare nullo modo possit. Hæc docuit Gregorius: ecquidnam verò nos aliud ex Verbo Dei, vel docuimus, vel docemus? & quidnā nos aliud meretricis Romanæ superbiæ, Antichristi blasphemix luculentius opponemus?

Itaque in ipsius Gregorij testimonio omne
 causæ nostræ *sheryua & Beboi uox* (quemadmodū
 dicit Hayus) minimè collocamus : sed id ipsum
 causæ eius quam tuemur firmamentum colloca-
 mus, quod Gregorius statuerat : nempe Verbum
 Dei, quod *spiritalem doctrinam è tabulis testa-*
menti petitam vocat : & quum de Petri iure siue
 Lib. 7. in
 dist. 2. ca.
 30. successione agatur, proprio ipso & peculiari Pe-
 tri testimonio, ad quod sanctæ Antiquitatis testi-
 monium adiungo, ut veritatis nimirum auto-
 graphum fideliter amplexæ. Sunt enim hæc Gre-
 goriij verba in huius rei & vocis prophanz dete-
 statione, *Qua in re à predicto fratre & consacerdo-*
te meo contra Evangelicam sententiam, contra bea-
tum quoque Petrum Apostolum, & contra omnes
Ecclesias, contraque Canonum statuta agitur.

Lib. 4. in
 dist. 13. ca.
 72.

Quod Constantinopolitano Episcopo nega-
 uit, quod sibi ipsi ascribi noluit, cur posteris suis
 ut legitimum deberi agnosceret? Rectè igitur
 propinqua iam Antichristi tempora designari in
 eadem epistola affirmat: nam iactum quidem e-
 rat iniquitatis fundamentum, sed nondum plene
 reuelatus erat homo peccati, qui iam iam profani
 illius detestandique in Ecclesiam imperij auspi-
 ciis, Phoca parricida duce, in Ecclesia Dei se-
 dem erat occupaturus, quemadmodum prædixe-
 rat Spiritus sanctus.

2 Thess 2. Ex his igitur agnoscat eruditus lector, quoniam
 sit mei Iesuitæ fides & eruditio, qui meam è Pa-
 tribus probationem tam acerbè traducat: an ve-
 rò ex hoc examine imperitus, vecors, falsarius
 palam deprehendatur.

Sūma eo-
 rum que
 in hac pri-
 ma quæ-
 Atque hæc summa esto, è Cypriano constare
 unum esse Ecclesiæ caput, Christum: eundemque
 esse vnicum & summum Pastorem Ecclesiæ suæ,
 sicuti eam ipse pretioso sanguine redemit: vni-
 cam

cam quoque esse Ecclesiam, per vniuersum terra-^{stionis}
 rum orbem diffusum. E Hieronymo, planè esse ^{parte sunt}
 & absurdum, Orbem in Vrbe includi, ^{hactenus}
 à θεολογόν & ^{tractata.}
 Romanæ Ecclesiæ autoritatem Catholicæ Eccle-
 siæ legibus anteferri? E Gregorio, Illum esse An-
 tichristum qui Vniuersalis Episcopi autoritatem,
 potestatem & nomen in Ecclesia vsurpet: ac pro-
 inde sanctæ Antiquitatis testimonio doctrinæ
 quam è Verbo Dei hactenus exposuimus, verita-
 tem confirmari atque illustrari, vt Patribus or-
 thodoxis testibus, quorum maior sit omni exce-
 ptione autoritas, Hayus Monachus Iesuita men-
 dacijs & impudentiæ reus peragatur.

Nam quod vltimo loco è Gregorio citat, Petri
 quidem inter cæteros Apostolos singularem di-
 gnitatem commendat, at infinitum illud imper-
 rium quod Hayus tuetur, tam at apertè detesta-
 tur, vt planè desipiat qui dictum commendet sug-
 sententiæ repugnans: vt ex ipso loco apparet,
 cuius hæc est sententia, Petrus inter Apostolos
 primum tenuit gradum, Vniuersalis tamen Apo-
 stolus non appellatur: quantè igitur dementiè est
 Ioannem confacerdotem meum Vniuersalis E-
 piscopi nomen affectare?

Quòd autem de Romanæ Ecclesiæ elogijs ex
 eodem Gregorio citat, supra est à nobis explica-
 tum, Primum quidem inter Ecclesias sedem Ro-
 manæ Ecclesiæ fuisse tributam, sed non huiusmo-
 di principatum, vt per omnium gentium oras
 Romanus Pontifex dominetur, eaque omnia quæ
 ad fidem & mores Christianorum pertinent,
 summo imperio decernat, & in iis decernendis
 errare non possit. Huiusmodi enim principatum
 Antichristi tyrannidem Gregorius centies ap-
 pellant. Nec pudet Sophistam denuò Gregorium
 Gregorio opponere, & miseram cramben reco-

quere & reponere quouis loco.

pag. 46.

MOTAT tamen caudam in frustula decifus Coluber, caput exertat, de suis in me iaculis prolixè gloriatur, & vestrum ostentans diriora in posterum mihi minatur: dum tamen nunc in ipsa disputationis clausula veritatis vi coactus, conscientiam suam quantumuis detrectabundus prodit.

H A Y V S.

Si Romana Ecclesia, est contraria Ecclesia Christiana, non magis erit Romana Ecclesia Christiana, quàm candor est nigror &c. pag. 47.

S E R R A N V S.

Primè hu
ius partis
primaria
cōclusio,
Romanam
Ecclesiã si-
ne Papatum
non esse Ec-
clesiã Chri-
stianam de
enim autori-
tate agitur
in hac di-
spensatione.

Omnino ita est. è tuis verbis profligata quæ-
stio est. Id ipsum est quod volo, Candorem non
magis nigrorem esse quàm Romana Ecclesia (id
est Papatus) Ecclesia Christiana esse potest. Imo
amplius dico ad hanc conclusionem illustran-
dam, Non magis lucem tenebris, aquam igni,
Christum Antichristo repugnare, quàm Roma-
na Ecclesia Pontificis Romani meretrix, Ecclesiæ
Catholicæ repugnet. Hæc noua Ecclesia Roma-
na à veteri tam distat quàm meretrix à casta ma-
trona. Hanc perfidam & spurcam, negamus esse
Ecclesiam Catholicam, à cuius se communionem
planè diuulsisse affirmamus: ac proinde neque
Ecclesiam totam, neque Ecclesiæ partem Pa-
patum esse contendimus, sed ita esse in Ecclesia,
vt pestem in corpore: à qua tamen suos confer-
uauit, conseruat & conseruabit Deus.

Paulus verò ad Christianam Ecclesiam, quæ
suo

QVID NON SIT ECCLESIA. 175

suo tempore erat Romæ, ita scripsit vt Antichri- 2. Thes. 2.
stianam Ecclesiam, quæ nunc Romæ est, eadem 8.
veritate increpet atque detestetur, interitum ei
denuntians, suo tempore haudubiè ei affutu-
rum, quascunque tandem machinas vos locustæ
ex vltima abyfso egressæ, ad eam tuendam ad-
hibeatis.

QVVM verò mihi propositum esset de vera
veræ Ecclesiæ autoritate agere, sub cuius nomine Nexus &
ordo di-
sputatio-
nis,
Papatus nobis haudubiè obtrudebatur: legiti-
ma docendi ratio postulabat, vt adulterinam Ec-
clesiam à vera Ecclesia, id est Cacolycam à Ca-
tholica discriminarem, ne ementito nomine cir-
cumueniremur. Proximum est vt veram & Ca-
tholicam Ecclesiam suis, propriis verisque
notis definiam: quò certum iter prima-
riæ quæstioni sternatur. Ita demon-
stravi, QVID NON SIT ECCLE-
SIA, nunc QVID SIT ipsa
ex veris suisque notis
explorandum est.

PRIMAE QVAESTIO-
nis Secunda pars.

QV I D S I T

Ecclesia.



EARVM RERVM QUAE IN
hac secunda prime Questionis parte
continentur, ORDO ET
 CATALOGVS.

Summa & oeconomia disputationis.

Primum Demonstrationis Axioma ad Ecclesiae definitionem constituendam, Verbum Dei esse primariam Ecclesiae Catholicae notam.

Secundum Axioma, Scripturam solam, id est Prophetarum & Apostolorum doctrinam, esse Verbum Dei.

Tertium Axioma; Omnia fidei nostrae dogmata ad salutem nostram necessaria scripto illo Dei Verbo contineri.

Demonstrationis *πρώτα*, Sacramenta esse Verbi sigilla & appendices: ac proinde alteram Ecclesiae notam.

ECCLESIAE DEFINITIO ex illa Demonstratione nata.

Complexio vniuersae disputationis de Ecclesia.



SECUNDA PARS
PRIMAE QVAESTIONIS,
cáque *ἡγάσις ἁσιν*, QUID SIT
ECCLESIA.

DESTRUCTO mendacio astruenda est veritas, & eò quidem accuratius quòd vt hactenus in defendendo mendacio nullum non lapidem mouit Hayus, ita nunc in veritate oppugnanda omnes fallaciarum Iesuiticarum machinas adhibet, nihil reliqui faciens vt verborum grandine, conuictorum diris, præfracta Thraſonicæ frontis audacia, omnibus denique Sophiſtices artibus victoriam reportare videatur. Verùm ne inter tot verborum, conuictiorumque strepitus amittatur veritas, operæpretium est infinitos Iesuiticæ loquacitatis contentiõisq; ætus certis cancellis definiri, & quasi circumuallari: vt quidam ille & quorsum dicat, à perito lectore intelligatur. Antequàm igitur ad singulas illius obiectiones pro more institutõque meo respondeam, iuuabit vniuersa controuersia statum summamque initio substernere: vt primùm quidam ego de Ecclesia affirmarim, deinde quidam mihi ille opposuerit, perspiciatur: atque ad eò facta contrariorum sententiarum comparatione eluceat veritas, quæ è sempiterna primigeniæ rationis lege,

180 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
non potest esse multiplex sibi que dissentiens.
Quum enim id maximè neget Hayus, quod ego
maximè affirmo, eiusdem autem rei affirmatio &
negatio vera simul eodémque modo esse non
possit: omnino è Verbo Dei & orthodoxæ Anti-
quitatis testimonio explorandum est, vter dixe-
rit verum. Hos ego iudices adoptaueram, his ar-
gumentis & testimoniis vsus eram constanter in
priori meo libello. Illi quoque nunc sedent in
iudicent, his argumentis & testimoniis causa di-
rimatur. Disputationis igitur nostræ statum, sum-
mam, œconomiam sic Lector habeto.

SUMMA ET OECONOMIA
HUIUS DISPUTATIONIS.

Quæstionis status est, Quid sit Ecclesia,
antequam enim recte possit intelligi quænam sit
Ecclesiæ autoritas (qui primarius est disputatio-
nis finis) necesse erat definiri Ecclesiam. Ad ve-
ram autem & *την ἀληθινὴν* Ecclesiæ definitionem
inueniendam, substernenda erat Demonstratio,
cuius auspicio & ductu ad eam tutò peruenire-
mus. More verò illius demonstrationis hæc est
primaria complexio. *Veram & perpetuam Ec-
clesiam notam esse, Verbum Dei quod Prophetarum
& Apostolorum scriptis continetur: atque adeò ve-
ram & Catholicam Ecclesiam eam esse quæ ex
Verbo Dei scripto, Iesum Christum unicum Serua-
torem suum, per fidem agnoscit & amplectitur.*

DEMONSTRATIONIS OECONO-
MIA erat huiusmodi.

Profyllogismos ponebam tribus axiomatis
innixos, sicuti ex ipsa disputatione perspicuum
est.

QVID SIT ECCLESIA. 181

est. Illorum autem prosyllogismorum ex quibus Demonstratio constituitur, hæc est confirmatio.

PRIMVS PROSYLLOGISMVS.

Oves Christi, à Christo seruantur.

Qui Christi vocem audiunt sunt oves Christi.

Qui Christi igitur vocem audiunt, à Christo seruantur.

SECUNDVS.

Qui à Christo seruantur, sunt Ecclesia Christi.

Qui Christi vocem audiunt, à Christo seruantur.

Qui Christi igitur vocem audiunt, sunt Ecclesia Christi.

TERTIVS.

Vox Christi, est verbum Christi.

Credere in Christum, est vocem Christi audire.

Credere igitur in Christum, est Christi verbum amplecti.

QVARTVS.

Verbum Christi, est Prophetarum & Apostolorum doctrina.

Qui in Christum credunt, Verbum Christi amplectuntur.

Qui igitur in Christum credunt, Prophetarum & Apostolorum doctrinæ acquiescunt.

QVINTVS.

Prophetarum & Apostolorum doctrina, illud omnino est quod Prophetæ & Apostoli docuerunt, & ad Ecclesiæ vsum scripto commendauerunt.

182 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
Atqui probatum est Ecclesiam Prophetarum &
Apostolorum doctrinæ acquiescere.
Necesse est igitur Ecclesiam Prophetarum & A-
postolorum scriptis, id est scripto Dei verbo
inniti: & ex vi consequentis, eidem salutem-
que Ecclesiæ scripto Dei Verbo contineri.
Sic igitur ex his plena conficitur.

DEMONSTRATIO.

Si enim Christi oves, id est electi seruantur: si
Ecclesia, est electorum cœtus: si oves siue electi,
sunt qui Christi pastoris vocem audiunt: si Chri-
sti vocem audire, est in Christum credere: si in
Christum credere, est Christi doctrinam ample-
cti: si Christi doctrina, illud est quod Propheta
& Apostoli docuerunt: si quod docuerunt, scri-
pto commendarunt ad Ecclesiæ vsum: necessario
consequitur, Primariam veramque Ecclesiæ no-
tam esse Verbum Dei scriptum, quippe quo Ec-
clesiæ fides salutisque innitatur. *Quod erat de-
monstrandum.* Hæc autem est

DEMONSTRATIONIS

EXPOSITIO.

Certa sunt hæc & per se rata axiomata, Chri-
stum esse Redemptorem generis humani, ex qua
colligit Ecclesiam suam: Ecclesiam esse Sancto-
rum communionem, id est eorum qui à Christo
seruantur. Hæc planè sunt *αὐτόματα*, neque indi-
gent demonstratione, sed sunt firmamentum de-
monstrationis. *Medium* verò *demonstrationis* est,
illos à Christo seruari qui in Christum credunt.
Medij expositio est, fidem esse ex Verbo Dei: Ver-
bum Dei esse Prophetarum & Apostolorum do-
ctrinam: Illorum doctrinam sacris Scripturis con-
tine-

QVID SIT ECCLESIA. 183

trineri: ac proinde fidem Dei verbo ab illis scripto inniti, & ex vi cōsequentis Ecclesiam, quum Ecclesia sit fidelium cœtus. Principiorum igitur *ἐκκλησία* & *συναγωγή* necessariam hanc conclusionem colligit Verbum illud scriptum esse veram notam Ecclesiæ, qua & ipsa definiatur, & à profanis omnibus mundi cœtibus distinguatur. Itaque ut vnum verum Deum in vno Iesu Christo, sic vnam illius veritatem in vno vnus Dei Verbo explicatam, vnam Ecclesiam per illud Verbum collectam, & in vno illo Dei Verbo constantem agnoscimus: hanc vnam credimus esse materiam eorum quorum Deus est pater. Itaque ex his omnibus nascitur

VERA ECCLESIAE

DEFINITIO.

ECCLESIA, EST COMMVNIO SANCTORVM, cœtusque visibilis amplectentium Verbum Dei & ex illius institutore recte vrentium Sacramentis.

ILLIUS DEFINITIO.

EXPLICATIO.

Est igitur Ecclesia eorum hominū cœtus qui verum Iesum Christum vnicum seruatorem suū agnoscunt, vnicum verā illius spiritualis domus Dei fundamentum, vnicam corporis illius mystici animam, perpetuam illius sacri ædificij amulam. Est enim propriè Ecclesia electorum, qui sunt oues Christi, & ipsius vocem audiunt & sequuntur, hæredes vitæ æternæ. At quoniam Ecclesia in hac mortali vita ex mortalibus hominibus colligitur, & intelligendum est vbinam illa sit, quibusque nobis à profanis cœtibus distinguatur: deinde, quum in hac externa societate

mali cum bonis permisceantur: necesse erat in illius definitione id distingui. Itaque licet vna sit Ecclesia Catholica, gemina tamen illius notio & quasi facies perspicienda est: visibilis nimirum vna quæ omnes eos cõplectitur qui Christo nomen dederunt, & à cæteris hominibus seiuncti atque segregati, eius doctrinam profitentur: quàm in eo numero complures sint peregrini & aduenæ, qui nomine tenus Christiani ita sunt in Ecclesia vt non sint de Ecclesia. Inuisibilis verò illa est vnius Ecclesiæ notio, qua filij Dei in conspicabili illo cœtu intelliguntur, Deo propriè cogniti, qui nouit eos qui sunt sui: ea tamen quæ inuisibili Ecclesiæ, id est solis electis sunt propria, visibili quoque Ecclesiæ tribuuntur: tum quia Ecclesia ex electis & propter electos colligitur, vt sine illa constitui definitio non possit, tum quia nos homines de hominibus ex charitatis regula hactenus debemus iudicare, vt eos ad Ecclesiam pertinere censeamus, qui externis Ecclesiæ notis ornati, Christo nomen dederunt, eiusque veritatem, veluti vitæ salutisque suæ regulam profitentur.

Hæc fuit causa cur in Ecclesiæ definitione vtriusque notionis vim designauerimus, differentiis diuertè adhibitis, quibus veri Ecclesiæ filij ab hypocritis qui sunt filii in Ecclesia visibili permixti, dignoscerentur. COMMUNITIO, est genus in Definitione. SANCTORVM appellatione, Electi siue filij Dei notantur, de quibus etiam propriè dicitur Ecclesia. Altera differentia, visibiles Ecclesiæ notas filiis & hypocritis communes complectitur, licet variè. Vt enim omnibus peræquè proponitur Verbum Dei, vario tamen successu vtrisque prædicatur. hypocritis est verbum prædicatum & auditum tantùm; Filiis id ipsum quidem sed

QVID SIT ECCLESIA. 185

sed etiam creditum: sed utrobique idem est Verbum. Ex quo effici perspicuum est, Verbum Dei esse veram primariamque notam Ecclesie, siue visibilem siue invisibilem complectare. Si enim quædam quinquam cœtus Ecclesie nomine sit censendus rectè respondebitur, Ecclesiam eum esse cœtum in quo sonat Verbum Dei, & ab iis auditur & probatur ex quibus cœtus ille constat. Quòd si quæras quinquam sint filij Dei & electi, accomodate respondebitur, Eos esse qui Verbum Dei vera fide complectantur, id est Iesum Christum Filium Dei verum Verbi Dei fundamentum qui à suo Verbo separari non potest: ac proinde Verbū Dei veram esse veræ Ecclesie notam sic intelligimus ut Christum veram illam esse, perpetuam & unicam Ecclesie Catholice notam agnoscamus: Christum, inquam, verum, id est qualem sese in initio in scriptis Prophetis & Apostolicis ad Ecclesie suæ salutem perfectè patefecit, & quem post natos homines Ecclesia vera fide complexa est. Adiunguntur Verbo Sacramenta, quia & ipsa sunt Ecclesie notæ atque insignia, vnum videlicet idemque Verbum Dei quamvis diuerso docendi modo proponatur fidem per oculos nutriendum & corroborans, quam Deus per Verbi auditum inieuerat in suorum animis. Ita communes sunt Ecclesie Catholice differentie, PRÆDICATIONO VERBI & ADMINISTRATIO SACRAMENTORVM. Maximè propria & verè *idiosyncratica* differentia, Segregatio & sanctificatio ELECTORVM siue SANCTORVM. Genus denique, COMMUNIO siue SOCIETAS: cuius ambitu omnes differentie continentur.

Plena itaque Ecclesie definitio hæc est è superiori Demonstratione omnino nascens: quam quoque ex veris, certis que rectè demonstrandi

186 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
legibus esse constitutam, lectorem eruditum iudicaturum credo. Omnes enim illius probationes ex lege καθ' αὐτό seu οἰκείοι, id est & proprie, in re nimirum Theologica Theologica, nam vltimum disertis Scripturæ testimoniis, ad quæ adiunxi orthodoxæ Ecclesiæ consensum. Perpetua autem & constans est probationum ἀλλοουχία & συναλίθεια, consensus & series. nam ex veris indubitatisque principiis nascuntur conclusiones necessariae ex lege κειδολογία: & vniuersa demonstratione omnibus partibus suis constans consentanea partim connexionem conformatur ex lege παντός. Hæc ego priori libello meo, Nemausensis Ecclesiæ nomine, indicaueram: quæ vt enucleatius hîc explicentur ij causam dederunt qui primam scribendi occasionem nobis imposuerant. Quidnam igitur Hayus Iesuitarum nomine mihi opposuerit, quidnam ego ad illius exceptiones respondeam, Lector Christianus & erudicus, rebus omnibus vtrunque expensis, solius Veritatis intelligendæ studio, nullo denique partium præiudicio, hæc legat, intelligat, iudicet.



PRIMUM DEMONSTRATIONIS AXIOMA, AD
Ecclesiæ definitionem
constituendam,
*Verbum Dei esse primariam Ecclesiæ
Catholicæ notam.*

HAYVS.

*Si Magistri tui doctrinam probas, velis nolis
facit.*

fateri cogeri Christum Dominum frustra esse mortuum, docet enim omnia opera nostra probrum quam laudem perpetuò mereri &c. pag. 48.

SERRANVS.

IDEM pergit esse Hayus. non de re dicit, sed ne de re dicat cuniculos perrimatur à re primaria penitus desciscens. Hocine est seriò differere de veritate, an ludificari veritatem? Audet Sophista scribere, nos negare Ecclesiam Catholicam. Illam igitur & reuera existere, & illius fundamentum ostèdere debebamus in Christo pro nobis mortuo. Sic enim disertè Spiritus sanctus mortis Christi fructum describit, Ecclesiam mirum non è Iudæis solis, primogenitis quidem illis, sed ex omnibus filiis Dei per vniuersum terrarum orbem dispersis collectam & coadunatam esse. Hoc erat verè *σικεσιον* & proprium rei. Quorsum igitur importunæ loquacitatis *στοπλιωνισ*, nisi vt se à re & veritate alienum Hayus ostendat? Calvinus, inquit, omnia hominum opera ait esse peccata. Ergo Christus pro nobis frustra est mortuus. Amplificat argumentum suum à Diaboli operibus quæ Christus dissoluit: & non videt qua ratione fieri possit vt peccata nostra deleantur, si omnis nostra iustitia extra nos est.

Respondeo esse fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, quo decipulæ genere Sophistæ sepe numero illudunt veritati, eorundem verborum præpostera interpretatione. Est enim verum, Omnia hominum opera esse peccata, hætenus quidem vt intelligamus fideles bonis operibus non esse destitutos, sed illa bona opera, esse Dei opus in hominibus, non ipsorum homi-

Hayus *σικεσιον* siue digressio, ne gatu hominum opera esse malæ & nostræ, omnem iustitiam esse extra nos in Christo.

10. 11. 53

Peccatū, & Diaboli & hominis peccatoris opus.

- num: è quibus quicquid proficiscitur, vt suum, planè peccatum est. Si quid boni igitur in hominibus est, totum à Deo est, Dei est non hominum opus: quicquid ab homine est, malum est, peccatum est, quantumuis magnam habeat speciem virtutis. Quæris igitur, Hay, *quænam sunt illa opera quæ Christus dissoluit?* Respondeo cum Apoltolo, Opera diaboli: id est peccata ipsa, quæ quum homo edat ex se & vt nascitur, qui nõ sit Diaboli mancipium, eadèmq; opera edat quæ Diaboli, cui ex corrupta illa sua natura seruit, filius iræ & maledictionis, venditus peccato, peccati seruus? Hæc sunt hominis *ψυχοῦ*, id est quantum in Adamo est, opera, quæ quum fiant, non possunt non esse peccata: quum quicquid sine fide fiat, sit peccatum. Virtutes etiam illæ politicæ quæ in hominibus non regeneratis magna sanctimonix specie elucent, non possunt non esse hæctenus peccata: quamuis boni & mali discrimen in societate generis humani Deus conseruet. Non hæc est nostra doctrina, sed Scripturæ, quæ nihil luculentius concionatur quàm totum hominem peccare, etiam nascendo *ἀμαρτωλὸν ἀμαρτίας* lue infectum, vt quicquid natum sit ex carne, caro sit, id est totam hominis naturam, non illam tantum carneam & cõspicibilem hominis molem, sed immortalẽ quoque & inconspicibilem hominis partem cum omnibus suis facultatibus peccati lue infectam esse. Intellectus quippe illa hominis, *φρόνημα σαρκὸς*, caro est. est enim inimicitia aduersus Deum, legi Dei non subiicitur: & ne potest quidem. Voluntas quoque carnæ illius intelligentiæ imperiis obtemperans, etiam quum sibi videtur bene velle, caro est. Imo & ipsa quoque carnis cogitatio, caro est: quum non idonei simus ex nobis ipsi ad
2. Ioh. 3. 8.
- Eph. 2. 1.
- R. d. 7. 14.
- & 6. 20.
- Totus homo, quantum quantum est in Adamo corruptus.
1. Cor. 2. 14.
- R. d. 14. 23.
- Rom. 7. 13.
- Iohan. 3. 6.
- Rom. 8. 6.
- Rom. 9. 16.
2. Cor. 3. 5.

ad bene cogitandum quicquam, veluti ex nobis-
 1. Ioan. 3
 ipsis. In summa, sic habeto, Hay: Peccatum, est
 Diaboli opus, hominis quoque opus, est pecca-
 tum. Itaque hominis opus est Diaboli opus, quia
 vterque peccat aduersus Deū. Hæc igitur opera
 1. Cor. 3. 6
 dissoluit Filius Dei.
 1. Cor. 12. 6

Quomodo igitur, ais, negatis Christum frustra ef-
 se mortuum, si & omnia nostra opera sunt mala, &
 illa Christus dissoluit? Respondeo, Dissoluit nostra
 ut sua in nobis stabilit, id est ut nos regeneret,
 faciat novas creaturas: lucē veritatis suæ accēdat
 in cæca nostra intelligentia, eā reddat perspicacē,
 voluntatē obsequentē, det intelligere, velle, per-
 ficere: suum denique opus, i. bonū in nobis edat.
 Manent tamen in nobis carnis nostræ reliquæ:
 corrupta scaturigo est, vnde corrupti riuuli di-
 manant. Hactenus quoque in regeneratis, homi-
 nis opus, peccatum est. Clamat Paulus. *Velle qui-*
dem adest mihi, sed ut quod bonum est perficiam, non
assequor: Facio malum quod nolo: & non facio bonū
quod volo: ne infinitas Sanctorum hominum hac
 de re voces commemorem. Bene intelligere, be-
 ne velle, bene facere, est Dei in nobis opus: ma-
 le, nostrum est opus. Ita igitur Christus præstan-
 tissimis effectis ostendit se non frustra esse mor-
 tuum, quum ex corrupta humani generis massa
 Ecclesiam suam colligit, & sanctificat, facit here-
 dem remissionis peccatorum: hactenus quidem,
 ut agnoscamus nullum gloriandi locum nobis esse re-
 lictum, recordantibus (ut inquit noster Hilarius)
 omnia bona esse ex Deo, sicuti omnia mala ex nobis,
 & in maximè quidem prouecta regeneratorum
 sanctitate, in qua nullum potest dari momentum
 fidelibus, quo ipsis non sit opus hac precatōne,
Remitte nobis debita nostra, quum Spiritus sancti
 bona malo suo inficiant. Itaque iustitia nostra,

1. Cor. 3. 6

1. Cor. 12. 6

Opus re-

generatio-

nis, totū

est à Deo

in Chri-

sto, ut ex-

tra nos in

illo om-

nem iusti-

riam no-

strā qua-

ramus.

Phili 2. 13

Rom. 7. 21

In Psa. 123

Concil.

Mileuitā.

Cap 7

190 I. QVÆST. SECVNDA PARS,

extra nos querēda est. *Atqui*, inquit Hayus, nō video quā modo peccata nostra deleantur: si oīs nostra iustitia extra nos est. Nō video Hay quomodo delerētur peccata nostra, nisi iustitiā extra nos quereremus. Si. n. sumus peccatores ac proinde remedio indigen⁹, nō video remediū extra nos querendū esse: ecquis .n. ægrotus remediū in se querat? sunt hæc planē *absurda*. Nisi essemus peccatores frustra Christus esset mortuus, nec esset redēptor, nisi esset redi-
 mēdi. Si Christus est factus nobis à Deo sapiētia, iustitia, sanctificatio & redēptio, cur nō vides oēm nostrā iustitiā quæ in Christo est, extra nos esse. Hæc præter institutū ab Hayo suere opposita, & à nobis explicata q̄ factū est, vt agcōscāt pij quales sūt Redēptionis nostræ patroni, Iesuitæ, quāquā noui quid mōstri hīc videtur Hay⁹ alere q̄ è Pelagianorū, Coelestinorū, Donatistarū, Libertinorū, Anabaptistarū cæterorūmq; phanaticorū assumētis cō-
 fircinauerit homo *non dignos*. At, qui in se iustitiā querit, verā Christi iustitiā amittit. Nostra itaq; iustitiā spoliati aliena, id est Christi iustitiā patiamur nos seruari.

1. Tim. 1.

35.

1. Cor. 1. 30

Iesuitæ
 hostes eru-
 cis Chri-
 sti.

H A Y V S.

Tu videris quomō pacto hæc Eccles perpetuitas cū Caluini doctrina cōsistat, & c. p. 48. 49. 50. locis & cōiunctis sunt referre.

S E R R A N V S.

At tibi erat providendū vt rē seriā seriō tractares, nec ambagib⁹ veritatē inuolueres. Te tamē ego proteū quātūuis versatīle ordinis tibi incogniti (cuius terrē vltim ignoras) vinculis constringam, vt saltem nouerit Le. & c. quid dicas, & quid respondeam. Hoc igitur argumentū è verborum tuorum inuolucris ita conformetur.

Sycophā-
 tica Hayi
 loquaci-
 tas

PRIMUM HAYI ARGVMENTVM quo instituit probare, verbum Dei non esse primariam Ecclesie notam.

Si Verbum Dei primaria est Ecclesie nota illo sublato, hæc interire necesse est.

Atqui sublato Dei Verbo non interit Ecclesia, cuius etiam minister perpetuitatem fateris.

Ergo verbum Dei non est Ecclesie nota.

Maiores probas, Iesuita, è re inter nos controuersa (quæ tamen vt ratā sic te ponere memineris vt te ipse sentias & iudic-

& iudicent lectores quā sis differendi peritus) nimirū ex
 necessaria cognitione quæ inter Verbū & Ecclesiā in-
 tercedit. Esto. Nō potest perire Verbū Dei quin percat
 Ecclesiā. est. n. Ecclesiæ fundamentū. Minorē inuolutiūs
 probare instituis, nouo machinæ modo vt me cū Calui-
 no contendās, & è nostra lite tuam cōponas. *Calvinus, in-*
quis, agnoscat puritatē doctrinæ diuini conseruatam & Romæ
& alibi, donec sensim collapsa prorsus euauerit, Gregorij magni
tempore, quē idcirco vltimū Romæ Episcopū appellat. Ais ag-
 noscere me Ecclesiæ perpetuitatē. Quū aut Ecclesiā sine
 vt fatear nō consistat, duobus me absurdis vis implicari, vel
 vel si corruptū fuisse Verbū Dei post Gregorium,
 Ecclesiæ, eū illā Eccles. affirmē inter mundi intemperies
 conseruatā. Resp. Esse fallaciā accidētis. Perinde .n. est ac
 si diceret, Sol noctu nō videtur, neq; in nube. Ergo inte-
 ruit. Verū quidem aliquādo silere Verbū Dei in Ecclesia,
 propter hominū ingritudinē veritate abusi: at falsum,
 Verbū Dei interire, est. n. perpetuū *ἀξιομα, Verbū D. manet*
in æternū. Hoc aut verbū est quod euāgelizati est nobis. i. quod
 Apostoli voce & scriptis docuerūt. Variæ fuerūt Eccle-
 siæ grates, variis quoq; vicissitudinibus cōmutata ipsius
 facies, sed nō substantia: cōmutatū externū Verbi ministe-
 riū, defecerūt Prophetæ, Pastorū ora obticuerūt: eādē ta-
 men māsit Ecclesiā, eadem Veritas quæ nō minūs verè in
 tenebris illuxit ac lumen solet, q̄ propter tenebras non
 obscuratur, sed eas illustrat. Calvinus aureā Eccles. etatē
 à ferrea siue chalybea rectè distinxit, Gregoriū Mag. e-
 rudite appellauit vltimū Episcopū Ecclesiæ Rom. licet va-
 rius neq; è sæculi sui insania cōtractis Gregorius labora-
 ret. insolentē tamē Vniuersalis Episcopi primatū multis
 & acerbis verbis detestatus est (sicut ostēdimus) siue quo
 primatu Antichristus sedē in Ecclesia nō potuit occupa-
 re. Post Gregoriū doctrinæ puritas sic euauit vt infinito
 eorū effuso diluuiō, Antichristi tyrānis quam appropin-
 quare dixerat Gregorius, impotentissimè fuerit debac-
 chata: donec Dom. Verbi sui lucem errorū tenebris ob-
 fuscatā. & Ecclesiā latitantem extremis his temporibus
 reuocauit. Rectè igitur & Calvinus & ego, Babylonici-
 cę meretricis & ipsius adulteria detestamur: & rectè
 credimus neq; defuisse, neque defore vnquam vel Verbū

Explica-
 tur argu-
 mentum
 Hayi.

Respōde-
 rūt illius
 argumen-
 to.

Licet va-
 riè inci-
 dāt in Ec-
 clesiā mu-
 tationes,
 non tamē
 vel Verbū
 vel Eccle-
 siā perit.
 i. Pet. i. 25

Gregorij
 Magni ad-
 uersus vni-
 uersalis
 Episcopi
 principa-
 tū diras,
 vide lu-
 pra.

Retorque
tur argu-
mentū in
Hayum.

vel Ecclesiam, quæ in illo Verbo sempiterna per-
manfit & permanebit. Itaque ex: mutua illa &
necessaria vtriusque communitate: quam coëgit
te Veritas agnoscere, sic tuum argu-mentum ad-
uersus te retorqueo.

*Si tanta est Verbi cum Ecclesia, & Ecclesia
cum Verbo necessitudo atque communitas, ut al-
tero sublato alterum interire necessè sit: certè uno
posito & conseruato alterum quoque poni & con-
seruari necessè est.*

*Atqui testatur Petrus, Verbum Dei, & illud
quidem quod nobis est euangelizatum, manere in
eternum.*

*Itaque manet in eternum Ecclesia: & ex vi con-
sequentis quum in Verbo Dei Ecclesia conserue-
tur, efficitur, Verbum Dei esse primariam illius
notam: vt in homine, animam qua homo defini-
tur: quippe cuius præsentia sit hominis vita, ab-
sentia verò mors. Atque hæc quidem de re.*

De iocis verò tuis, Iesuita, nihilne dicam? A-
postasia tua, tuoque Iesuitismo apprimè dignum
est vt in irrisorum Cathedra sedes: at vt tuis
Vertumnis minimè mutabitur Veritas, ita neque
tuis iocis eludes iustitiam Dei: in cuius archi-
uis (vt tuo verbo vtar) insculpta est blasphemita-
rum tuarum memoria: è quibus Hippolitea
distinctio non te vindicabit quin Filius Dei què
non modò negas, sed furiosè etiam persequeris,
te neget coram Patre suo, & te detrudat in eum
locum in quo non iocus est, sed stridor dentium.
Ais te planè ignorare quidnam sit illa Veritas, &
eadem illa Veritas. Scito eandem illam esse de
qua aiebat Pilatus, Quid est Veritas? At vide etiã
atque etiam ne tuo tandem dâno intelligas quid
quã tamè sit oblectari cognitæ Veritati, ne Deum in minis-
suis

Hayimira
subtilitas
qui ex
nescioquo
Hippoly-
to asâr-
mat voca-
bulū ap-
poum esse
vnam ex
Antichri-
sti notis,
quãa no-
bis vsurpa-
ri dicit
veluti il-
lius
de
quã tamè

suis veracem tandem aliquando experiare. Quòd dicat Chri-
 sius nega-
 turū se co-
 ram Deo
 si propter mendum typographicum inscitie cri-
 men mihi impingis, saltem patere legem quam
 tu ipse tulisti. & in eodem penè versu quo me re-
 prehendis, & pag. 33. & 56. eundem planè typo-
 graphicæ operæ lapsus recognosce. At quidnam
 est nugari, rerumque inopiam prodere, si hoc
 non est? bus.

TESTIMONIORVM TVM

è Scriptura tum ex orthodoxis Ecclesię
 Patribus desumptorum, quibus priori li-
 bello meo probabam, *Verbum Dei esse Ec-*
clesia notā, HAYI OPPVGNATIO & MEA

DEFENSIO.

Testimoniorum autem illorum hæc est

œconomia & series.

Primus locus è Veteri Testamento desumptus
 docet, & fœdus quod cum Ecclesia sua pepigit
 Deus, ipsius Verbo inniti: & illud Verbun in Ec-
 clesia sonare, illiusque ministerium & effectum
 semper fidelibus constaturum, vt à profanis cœ-
 tibus distinguatur.

Secundus locus è Nouo Testamento petitus, i-
 dem illustrius docet ex ipsius Christi ore Eccle-
 siam suam suo Verbo colligentis, illiusque vim
 obfirmantis in cordibus suorum fidelium. Tum
 ostendit fugendas esse omnes peregrinas doctri-
 nas: quæ *avtoz* An erat hic necessaria.

Quatuor Augustini loci accedunt veluti com-
 mentarij huius veritatis: quemadmodum ex ipsa
 lectione perspicuum erit.

N. J.

194 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
De loco Isaia cap. 59. 21. Hoc fœdus meum
cùm eis dixit Dominus, Spiritus meus qui in me
est & verba mea qua posui in ore tuo &c.

H A Y V S.

Nihil hinc habes de scripto Verbo. Evolve & investiga diligenti-
ter singula & si scripti Verbi aliqua hinc fiat mentio, nos causa et
cidisse ingenue fatebimur. &c. pag. 50. & 51.

S E R R A N V S.

Accipio cōditionē. Te igitur & testē & iudicē appello.
Lector erudite, ut si de Verbo scripto hic mentionē fieri
ostēdero, ē pacti cōvēti formula pronūties Hay & causa ce-
cidisse: quāquā nōdū erat necesse me de scripto Verbo a-
gere: cū ex lege ^{habitu} generalius primo loco erat demō-
strandū. nimirū Verbū Dei esse Ecclesiæ notā: antequā il-
lud Verbū esse Scripturā, i. Verbū scriptū ostēderē. Idcirco
duplex Axioma de industria distinxerā. Hoc tamē Hayo
largior: quum etiam non sit verū Dei Verbū, nisi Scriptū.
Cedo igitur, mi Hay, ad rē ipsam accedamus. Cœlestis
Mosis libros fuisse scriptos ante tempus, necne id ut au-
tem nō negabis. Hoc verō fœd⁹ de quo loquitur Pro-
pheta, etne extra Christū, an in Christo? Certe oēs pro-
missiones Dei sunt in Christo Ewā & Amē. Fœdus cū A-
brahāmo sancitū, nōne ad Christū refertur? Quānino fœ-
dus illud cū Abrahamo iniitū, Ero Deus & seminis tui, nullū
aliū habet autōrē quā Christū. Sic Apostolus, cōmodū
Gal. 3. 16. tantū mysterij interpret, SEMEN illud de Christo inter-
pretatur. Quū vnus sit Deus, vnus Christus, vnū Dei
in Christo fœdus, vna veritas, vnāque ad eō Ecclesiā: per-
spiciū est fœdus cū Abrahamo olim iniitū, illud ipsū esse
fœdus q̄ Deus cū Christiana Ecclesiā his extremis tēpo-
ribus sancit. His positis, nostra cōtrouersia, Hay, sic diri-
matur. Loquitur Isaia de vnico illo sēpiter nōq; Dei fœ-
dere cū Abrahamo in Christo & per Christū iniitō. Atquā
hoc fœdus erat scriptū Isaia tēpore. Ergo de Verbo scri-
pto loquitur Propheta. Luculēta est probatio ex ipsi⁹ ver-
bis. ait. n. Verba mea qua posui in ore tuo. Loquitur haud dubiē
de eo verbo quod iam extabat & erat Ecclesiæ cognitū.
Equis igitur nō videt Prophetā reuocare fideles ad le-
gē

QVID SIT ECCLESIA. 195

gē & Prophetas, sicuti ipse loquitur alibi: Certē princeps primariusq; finis Legis est, Christus. Motus literæ ad Christū reuocat. Prophetarum cōciones totæ sunt in illo vno subiecto: hūc habet finē propositū ad quē totę collimant. Iā & illa verba Prophetæ sunt expēdenda, *Nō recedēt ab ore tuo, nec ab ore seminis tui*: quib⁹ significat vnicā veritatē vnicę Ecclesiæ semper cōstaturā: at quū perspicuū sit illū de iis verbis egisse quę suo tēpore scripta extabāt, ecquis quoq; nō videat eū his vltimis verbis designare Euāgeliū Apostolorū literis cōmendandū, & nūc in vltima hac Ecclesię gr̄ate luculēter ab illis perscriptū: ac proinde Prophetā hac quoq; ratione hīc agere de Verbo scripto: E- uici igitur, Lector, Hayus labat.

Sed quū mihi sit res cū aduersario neq; ex quo neq; pudē ti, iuuat illū suis quoq; verbis cōuincere, vt se causa penitē- tē cecidisse fateatur. *Fateris, Hay, describi hoc loco fact⁹ quod cō- christiano populo Dominus facturus erat eiusmodi futurū, vt nō in tabulis lapideis incidereur, sed in hominū animis exararetur: & Spiritū Christi Dom. Ecclesiæ datū eā nunquā deserturū, esse- Et nūq; vt in perpetuū Christianorū hominū aures diuini laudē b⁹ personēt. Agnosceis tua verba. Quęro à te. Illud fœdus qđ Deus cū Christiano populo facturus erat olim quū Pro- pheta loquebatur, nūc post aduētū Christi, solēni Euāge- lij prædicatione, factūne est necne? Nō negabis, opinor, fœdus illud à Prophetis prædictū, à Christo perfectū, & Apostolorū literis fuisse perscriptū: vt Euāgeliū Prophe- tarū quoq; testimonio cōprobetur. Licet autē fœd⁹ illud in animis fidelīū inculpari per Spiritū s. nō desinit tamē idē esse in ore fidelīū, sicuti disertē ait Prophetā. Imo pri- mū aurib⁹ insonat in ore est, vt in corde sit. Illud autē esse Apostolorū doctrinā, perspicuē testatur Paulus, *Prope te verbum est in ore tuo & in corde tuo. Hoc est verbum illud fieri quod predicam⁹*. Nūquid hoc illud ipsū est de quo Prophe- ta loquitur? Illud ipsum qđ Paulus & ceteri Apostoli scri- pserūt, vt posteris seculis ab Ecclesia cognosceretur? Si Verbo tuo nō scripto, Ic sūta, Illustrissimū in Ecclesiā lo- cum delegisti: aliquem saltem angulum Prophetarum & Apostolorum scriptis in Ecclesiā nō relinques? Te igitur tuo ore cōuinci nō vides, bone serue? De scripto Ver- bo Prophetam agere ex omnibus circumstantiis cuius- co. Loquitur enim perspicuē de eo fœdere quod iā ex-*

Rom. 10. 8

196 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
tabat literis perscriptum. Sic præteritum tempus
significatur. De eodē illo fœdere quod ipse suis
hominibus & voce & scripto annuntiabat. Ita
præsentis temporis articulus notatur. De illo de-
nique quod Ecclesiæ semper erat constaturum,
quod solenni nimirum Euangelij voce per Apo-
stolos prædicatum, eorundem literis perscriptis
ad nos peruenit. Ita futurum tempus designatur,
ac proinde ex omnibus temporis momentis per-
spicuum est Prophetam hîc loqui de Verbo scri-
pto, qui de Christo tam luculenter concionatus
est vt Euangelistæ nomen apud orthodoxos Ec-
clesiæ Patres inuenerit. Itaque peto à te, erudi-
te Lector, vt de mei Hayi & conscientia & scien-
tia iudices, eumque è pacti cõuenti formula pro-
nunties causa cecidisse. Æquum postulo. Hoc pri-
mum cõtrouersiæ caput mihi iure adiudicari de-
bet, dum quod restat, persequor.

Ex hoc
quoque
Prophetæ
testimo-
nio proba-
tur, Verbum
Dei esse ve-
râ Ecclesiæ
notam.

Excipit enim Hayus, *quamuis mihi dederit Isaiâ
eo loco nominasse scriptum Verbum, non tamen recte
me conclusurum eum sensisse scriptum Verbum esse
Ecclesiæ notam.* Ego verò affirmo id necessariò
consequi, & ex ipsis Prophetæ verbis & ex vni-
uersa loci sententiâ. Hanc enim præsentis suæ Ec-
clesiam suâ semper comitaturâ notam Deus per
Prophetam pollicetur, quòd Verbum suum Spiri-
tus sui virtute efficax nunquam sit ipsi defutura-
rum. Certè verba illa, *Non recedent ab ore tuo et
in ore seminis tui,* significant in vasta Ecclesiæ ca-
lamitate hanc notam fidelibus relictâ iri, vt Ver-
bi illius ductu & auspicio directi certò sibi in a-
nimû inducerent, se esse Ecclesiam Dei: ac proin-
de & se curæ esse Deo, & se à profanis cœciis
distingui, quibus tamen miserâ seruitutem serue-
bant. Ecqua enim alia nota censes, Hay, Iudæos ex-
ules à victoribus Babylonis distinctos fuisse? Tã-
ne

ne autem arbitrare miseris illas Iudæorū reli-
 quias non fuisse Ecclesiam Dei? Hoc certè Pro-
 phetæ consiliū esse nemo sanus dubitabit expen-
 sa loci sententia, vt desolatam nimirum Ecclesiā
 hoc Verbo consolaretur, in quo salutis suæ spem
 ipsa inueniret. id est disceret à Verbo Dei fœdus
 sempiternum cum se initū fuisse à Deo, & ea qui-
 dem lege vt se quidē sit propter peccata sua cas-
 tigatorum, sed non derelicturum, ex formula fœ-
 deris: *Si dereliquerint filij eius legem meam, visitabo* Psal. 89. 32
quidem virgis defectionem eorum: sed benignitatem
meam non irritam faciam ab eo, neque mentiar con-
tra fidem meam: non profanabo fœdus meum & pro-
nuntiatum labiorum meorum non mutabo. Ecqua
 igitur illustrior Ecclesiæ nota constabit quàm in
 Verbo Dei? vbi enim hoc discet Ecclesia nisi in
 Verbo Dei? Veram igitur germanamque Prophe-
 tæ sententiā Lector animaduertit, etiamsi Hayus
 conuictus obloquatur.

Itaque *τοιαυτὰ πόδας*, & ex manifestis cū ego agā.
 Cedo igitur, Hay, quænam Ecclesiæ nota visibilis, i.
 insigne quo Iudæi à cæteris nationibus distingue-
 bantur: nōne Circuncisio? Hoc te negaturū, Hay,
 nō arbitror. Circuncisionis verò ecquod fuit fun-
 damentum: nōne fœdus cum Abrahamo initū,
 de quo loquutum fuisse Prophetam demonstrau-
 mus? Certè, inane fuisset Circuncisionis signum
 sine legitimo vsu: nullus autem fuisset illius vsus,
 sine Verbo. Hoc perspicuè docet Apostolus, quū
 Circuncisionem *σφραγίς διακρίσεως* signaculum Rom. 4. 11
 iustitiæ vocat, qua nimirum iustitiā fidei, quæ est
 peccatorum remissio & iustitiæ Christi imputa-
 tio, ob signabatur, & *σημείον*, signum: quo videlicet
 vt externa & visibili tessera Iudæus à Gentili dis-
 criminabatur. Ecquis igitur non videt Verbum
 illud Dei externo Circuncisionis symbolo obfi-
 N. iij.

198 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
gnatum, veram illustrémque fuisse Ecclesiæ notã:
& in hunc finem fœderis illius testimonia à Pro-
pheta fuisse Iudæis commemorata, vt quum se cir-
cuncisos viderent, animos suos ad fœderis cum
patribus initi spem reuocarent, illiúsque fœde-
ris veram intelligentiam discerent à verbis illis
quæ in ipsorū ore Deus posuerat, & quæ Mosis &
Prophetarum scriptis commédata ipsorum ocu-
lis obuersabantur: vt sancti illius fœderis monu-
mentis commonefacti, animos suos instauratio-
nis spe sustentarent? Veram igitur Ecclesiæ notã
in Verbo Dei constare, ex hoc Isaïæ testimonio
perspicuum est: atque ex vi consequētis, & rectè
à me fuisse laudatum, & perperam ab Hayo re-
prehensum.

Cæteras nugatoris quisquillas sciens volēs ne-
gligo, quum neque de re sint, neque ad rē faciant,
nisi vt Iesuiticam dementiam prodāt: & hæc *μωρ-
ολογητῆα* in scoriis iā euerrerim: Quòd nota arith-
metica 4. pro 2. posita, me Isaïam non legisse pro-
dat, sed ne apud me quidē fortasse autographum
esse: Quòd locū à Caluino fuerim mutuatus, neq;
tamen intellexerim, vt sint mihi Calviniano Cal-
uinianæ doctrinæ elementa discenda. Quid non
denique *ἀδυσκόμος* Iesuita vt loquatur: & loquē-
do vicisse videatur? Te tamen causa penitus ce-
cidisse, lege etiam à te lata, Hay, memineris.

De loco Ioannis 10. v. 4. *Oves mee audiunt vo-
cem meam & sequuntur me, alienum autem
nequaquam sequuntur & c.*

H A Y V S.

*Inepriarum tuarum presidium omne in hoc
font.*

Joannis testimonio videris collocasse, quum non tantum caput, sed & versum (licet mendosè) citaveris. non enim versu 4. sed 2. verba quæ citasti scribuntur &c. pag. 51.

SERRANVS.

Non ineptio, Monache, quum veritatis eius quam aduersus te defendo, præsidium in veritate collocarim, & diserta Christi verba attulerim: sed tu blasphemias in oppugnanda veritate, & in me reprehendendo ridiculè ineptis. Ais enim me mendosè versiculum citasse, quasi hæc verba non scribantur versu quarto sed secundo. At egregiè falleris. nam quarto versiculo hæc ipsa verba scribuntur non secundo, vt perspicuum est. Erroris tui variæ referebantur causæ. Quidam fallerni Turnonij (quo tu impensius vteris, propter stomachi fortasse tui à te sæpius indicatam firmitatem) nimis ceruicosum robur: quidam *οὐλοῦντα* quò tibi vernaculi vertiginem dicebāt esse causam. Ego verò & male sanū veritatis odium quod animus tuus percellitur, & futilem reprehendēdi libidinem, dementiæ illius tuæ veram causam esse arbitrabar. quò fit vt in tricis leuiculis dū rerum penuria laboras, passim immoreris, ne nihil dixisse videaris. Explenda erat libri tui moles firmis argumentis, non harum nugarum fimis: quarum me sanè pudet, quia te tui non pudet. Atque hæc quidem in testimonium Ioannis à me citatū Hayus opposuit: quæ quāti sint quis non videt? Vera igitur est mea demonstratio quæ hoc Christi oraculo maximè innitebatur, sicuti in ipso disputationis primordio, nondum contestata lite demonstrabam.

Virulenta
Hayi scur
rilitas de
rebus ni
hili triū
phum ca
ptans.

290 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
De loco Augustini contra Petil. epist. cap.
10. *Habeo manifestissimam vocem pastoris mei
& ceteris locis.*

H A Y V S.

*Voluisti deinde grauissima D. Augustini inter-
pretatione iugulum nostrum petere. Catholici non
dissent ab Augustino, ut te existimare conici-
mus qui eius nuda verba profers. Tuum erat the-
ses nostras argumētatione aliqua improbare. Cō-
cedimus quidem tibi in Scripturis haberi vocem
Domini commendantis Ecclesiam. At inde non
efficies, Verbum scriptum esse Ecclesie notam,
quasi illi vera essent Ecclesia, quæ Scriptum verbū
proferunt. Hoc Lutherani, Trinitarij, Anabapti-
sta faciunt: fecit & Diabolus. pag. 51. 52. 53.*

S E R R A N V S.

Augustini
autoritas
apud nos
magna.

Sibi repu-
gnat Hay-
d ex Au-
gustino
concedēs
quod ex
se negat.

Augusta profectò nobis est Augustini autori-
tas quem ex omni Antiquitate ut maximū Theo-
logum reueremur. Ad mendacium refellendum
ut illustriorem ita nec validiorem autorem habe-
bamus quem tibi opponeremus. Cum illo enim
Catholico nobis Catholicis præclarè conuenit.
Christi autem & Ecclesiæ autoritas, nobis est fir-
missima argumentatio. Tu verò id cōcedis quod
continuò negas. Si enim in Scripturis commen-
datur Ecclesia, & sine vllis ambagibus exprimi-
tur ubinā sit ut eam inueniamus, & in ea constan-
ter perduremus: qui non efficiatur, Verbum scri-
ptum esse veram illius notam: quum illius ductu
atque

atque auspicio Ecclesiam esse inuestigandam ex Augustino disertè fatearis? Certè docet ille eos esse Veram Ecclesiã qui Verbum Dei amplectantur & illo vno acquiescant. Hanc enim verã germanãque Augustini sententiam esse, ex ipsius verbis perspicuum est: sicuti & tu vi veritatis cogis confiteri. *Si quoq; ea beneficia quibus Deus ornat Ecclesiam, (sacrarum literarum monumentis produntur: si quum de fidei rebus orta controversia ex Scripturis commodè sedari potest, insanus esset qui neglecta Scripturarum auctoritate in vltimo hominis sententia acquiescendum esse existimaret: sicuti tu totidem verbis ais) tunc satis sanus es, mi Hay, qui neges in cõclusionè quod ponis in propositione. id est qui neges id consequi quod affirmaueras? Ne tamen ad *επινοια* redactus esse videaris, ad vernaculas illas tuas & motatorias (vt Augustini vocabulo vtar) tergiuersationes confugis, verba & voces offundis quæ te in luto hæere produnt: Augustini sententiã quæ ad rem minimè pertinent, describis: vt imperitis rerum estimatoribus loquutus saltem fuisse videaris. De Augustino autem mox viderimus, & quã turpiter illo abutamini ad *Αδελφόν μου* vestræ Ecclesiæ tyrannidem stabiliendam: & contrã quàm rectè nos illo vtamur ad verè Catholicę naturam designandam: at ordo postulat vt tuum argumentum quod obiter ingeris è tuis labyrinthis euolutum, & à nobis sic conformatum & expédamus & refutemus.*

SECUNDVM HAYI ARGVMENTVM.

Si Verbum Dei est Ecclesiæ nota, soli Ecclesiæ proprium esse debet.

*Atqui non est proprium Ecclesie . quum i illud
heretici & Sathan proferant : Ergo non est Ec-
clesie nota.*

Abusus
ab vſu di-
ſtinguen-
dus.

In tertio
Antife-
ſuita.

Rom.3.

Hæretici
Verbo a-
butes
per idem
Verbū re-
ſutantur.

Reſpondeo, craſſiſſimum, & vt doctiſſimi viri
verbo vtar, *Μελαφρον* eſſe dolum accidentis: per-
inde ac ſi quis diceret, Vino cōplures inebriatur.
Vinū ergo planè noxiū eſt, ac proinde è ſocietate
generis humani reiiciendum. Rerum omniū quā-
tumlibet bonarum abuſum à vero legitimoque
vſu diſtinguendum eſſe quis neſcit? Certè nō eſt
rei proprium vel *κοινόν* vel *ἐπιουσιόν*, ſui abuſus.
Itaque vt rem vno verbo complectar, (quum hac
de re & aliās egi liberius, & infra cogar agere) a-
butes Verbo Dei hæretici, Iudæi, Sathan, Ie-
ſuitæ & omnes phanatici: non tamen efficiunt vt
ſempiternæ illius veritatis quæ in Verbo (quan-
tumlibet ipſi inſaniant) dominatur, viſ & natu-
ra vllō modo comutetur. Num impius illorum
furor fidem Dei inanem reddit? Abſit: imo eſto
Deus verax, perſtet Veritatis in verbo ſuo autori-
tas: omnis autē homo mēdax, & inter omnes ho-
mines ij qui patrem mendacij patronum adopta-
runt vt bellum veritati indicerent, Ieſuitæ nimi-
rum tenebrarum filij, lucis iurati hoſtes. Aduer-
ſus illorum omniū latratus ſeiſam tuebitur Ve-
ritas. Nam profanis hominibus Verbo Dei abu-
tentibus Verbū Dei opponendum eſt, Chriſti ex-
emplo, qui Sathanā Verbo Dei abutentē eodem
Verbo reſutauit. Hoc *ἀλεξ. φάρμακον* & præſentiſſi-
mum amuletum ſibi relictum eſſe nouit Eccleſia
in Verbo illo in quo ſeiſam nouit. Valeat igitur
accidentarium Hayi argumētum: cuius quum iu-
gulum petat Auguſtinus (ſicuti Hayus ipſe loqui-
tur, vulnus quidem perſentiſcens, illud tamen
thraſonicè eludens) operæ prætium eſt & ad
de-

QVID SIT ECCLESIA: 203

destruendum mendacium, & ad austruendam
veritatem, vt huius de Ecclesia controuersie
cognitor accedat Augustinus, nostro quidem
iudicio tantæ causæ idoneus arbiter: eo autem
nomine à nobis optandus, quòd illius vt vniuer-
sæ Antiquitatis autoritate passim gloriètur Iesui-
tæ, eamque nobis aduersari calumnientur. hæc e-
nim iactabundus Hayus.

H A Y V S.

*Tenuis est sanè Patrum qui pro te faciunt, co-
pia. imo, vt verum dicam, ne vnus quidem Do-
ctoris Ecclesie testimonio τὸ σου ἀποπύ confirmare
poteris. &c. pag. 53.*

S E R R A N V S.

Agè igitur, Hay, experiamur num verum dicas.
Ille vnus Doctor iudex sedeat nostræ controuer-
sæ, ex vno illo, è quo tria testimonia desumpsi
de vnitæ Ecclesie libro, hæc controuersia diu-
dicetur. Sic omnia in Vnum redibunt. Vnus Do-
ctor, vnus liber, vna Ecclesia, vna veritas, vnus
Deus. At tu non eris vnus dū à veritate coactus,
cogeris sententiam commutare. Et multiplex sa-
nè est mendacium. Nostræne sit Antiquitas nec-
ne, primus Augustinus doceto: cæteri Patres mox
adiungent sua suffragia. Eadem omnino con-
trouersia inter Catholicos & Donatistas olim a-
gitabatur, quæ inter nos verè Catholicos & vos
falsò Catholicos & verè Pontificios hodie agita-
tur. Donatistæ penes se solos Ecclesiam esse glo-
riabantur: penes Catholicos eā esse pernegabāt.
Idē Pseudocatholici, id est Catholici Romani pla-
nè faciunt. Sibi id arrogant quod nobis derogāt

Catholi-
corū & Do-
natistarū
cōtrouer-
sia cū no-
stra aduer-
sus Pōtifi-
cios insti-
tuta com-
munis.

ILLUSTRES AVGVSTINI
loci, in quibus tota hæc de Ecclesia qua-
stio inter nos & Põtificios hodie contro-
uersa luculenter tractatur & definitur. Ex
LIB. DE VNITATE ECCLESIAE.

CAP. II. Eodẽ pla-
nẽ ordine
Augusti-
nũ uti in
hac de Ec-
clesia qua-
stione tra-
ctanda
quo nos
vtimur,
Lector a-
nimaduer-
tat.

QVÆSTIO inter nos versatur (inquit Augusti-
nus) *ubi sit Ecclesia, vtrum apud nos an apud illos.*
Sed antequàm de notis Ecclesiæ agat, docet bre-
uiter quid sit Ecclesia. *Qua utique vna est, in-
quit, quam maiores nostri Catholicam nominarunt,
ut ex ipso nomine ostenderent quia per totum est.*
*Secundum rotũ enim $\alpha\delta\theta$ $\delta\alpha\alpha\theta$ grace dicitur. Hæc
autem Ecclesia, corpus Christi est. &c. Totum igitur
quod annuntiat de Christo, caput & corpus
est: Caput est unigenitus Iesus Christus Filius Dei
vini, ipse saluator corporis sui &c. Corpus eius Ec-
clesia. &c.* Vnde perspicuum est Augustino inco-
gnitam fuisse Iesuiticam doctrinam quæ vni Ec-
clesiæ duo capita affingit, vt sit biceps Ecclesia: &
Catholicam Ecclesiam Romæ includit, vt sit par-
ticularis vniuersa: sicuti à nobis est suo loco ex-
plicatum.

QVÆ
SIT EC-
CLESIA.

QVÆ
SINT il-
lius NO-
TÆ, vt
earũ com-
mõstratio
ne ipsam
vbina est
invenia-
mus.
Verbum
Dei esse

Inter nos autẽ, inquit, *questio est ubi sit Ecclesia.*
*Quid ergo facturi sumus in verbis nostris eam
quesituri, an in verbis capitis sui Domini nostri
Iesu Christi? Puto quòd in illius potius verbis eam
querere debemus, qui Veritas est & optime no-
uit corpus suum. nouit enim Dominus qui sunt
eius.*

Porro diuisionis illius *De hominum verbis, &
de Dei*

de Dei Verbo, membra singulatim edisserit: in illis negat quærendam esse Ecclesiam, hoc autem vno eam affirmat inueniri, hanc esse veram certamque illius notam quæ caput ostendat & corpus. De Verbis autem hominum (explicatis singulatim Donatistarum exceptionibus, prout disputatio ferebat) hæc vniuersè Augustinus.

verâ Ecclesie nō t. Huic autē Verbo opponit verba hominū.

Sed ut dicere cœperam, non audiamus, Hæc dico, hæc dicis: sed audiamus, Hæc dicit Dominus. &c.

CAP. III.

illum enim locum iam notavi. & Nolo humanis documentis sed diuinis oraculis sanctam Ecclesiam demonstrari. & Accipiamus per os Isaiæ sancti di-

CAP. VII.

uina sponsa & eius ora tanquam diuina oracula fuscitemur. Sileant humanarum contentionum

animosa & perniciofa certamina: inclinemus aurē

CAP. IX.

Verbo Dei. & Has Ecclesias non ex Conciliis cō-

Quænam sint illa hominum

tendentium Episcoporum, non ex disputationibus

VERBA, in quibus nec quæri debet nec

sed ex iuris sacris canonicis. Antiochena Eccle-

inuenitur Ecclesia. Concilia

sia, ubi primum appellati sunt populi Christiani

siue siue Nouicij di-

&c. Apostolicarum & verè Catholicarum Eccle-

spūtatōnes.

suarum longum catalogum contexit: de primaria

sue principe Roma, merum silentium. Nouicias

CAP. XVI.

disputationes vocat, quæcunque post Apostolorū

tempus, & sine illorum doctrina fuerunt agitata.

Concilia vestra disertè carpit: Constantini, (sic-

uti putidè affirmatis) siue potius Phocæ donatio-

nes lacerat, quæ certè vt nondum ipsius tempore

contigerant, ex eiusdem tamen veræ doctrinæ vi

haud dubiè notantur, & Remotis ergo, inquit, om-

nibus talibus, Ecclesiam suam demonstrant. si pos-

sunt, non in sermonibus & rumoribus Afrorum, nō

in Conciliis Episcoporum suorū, nō in literis quo-

rumlibet disputatorum, non in signis & prodigiis

Sermones
& rumō-
res.

Disputata
Scholasti-
corum.

Miracula
falsa.

2. The. 2. 8

*fallacibus: quia etiam contra ista Verbo Dei præparati & cauti redditi sumus &c. Sermones & rumōres hominum, vocat commenta sine Verbo Dei: ut Petrum fuisse Romæ: quæ quidem communis fuit & peruulgata hominum sententia, nullo tamen Verbi Dei testimonio innituntur. Concilia quoque vestra *Ad idcirco* notat, quæ cōtra antiquorū Conciliorum autoritatem primatū Romanæ Ecclesiæ tribuerunt. *Disputatorum* quoque appellatione, Scholastici vestri notantur, ut Antichristi mancipia, ita Antichristianæ tyrānidis fulcra. *Signa denique & prodigia* indicans, miracula illa vestra digito commonstrat sine quibus Antichristi præsentiam non affuturam prædixerat Scriptura. De quibus miraculis idem Augustinus sic disertè eodē loco, *Remoueantur, ista vel signēta mendacium hominum, vel portenta fallacia: in spirituum, aut enim non sunt vera que dicuntur, aut si hereticorum aliqua mira facta sunt, magis cauere debemus.**

VER-
BVM
DEI, verā
esse certā-
que notā
Ecclesiæ,
Augusti-
nū censisse,
ex his
luculentis
testimoniis
lector
perspi-
ciat.

De Verbo autem Dei, certa ad inueniendam Ecclesiam nota, tam luculenter concionatur, tam planis, perspicuis, repetitis verbis illam vnam veræ Ecclesiæ notam statuit, ut mihi mirum videretur, Hay (nisi esses Iesuita) te tam aperte veritatis ausum fuisse respondere: nisi ut mendacii reus ex te ipso peractus, id sis præstiturus de quo tamen minimè omnium cogitabas, ut nimirum eorum complures quos vestrorum rumorū sermonūque fascinis adhuc detinetis, dum hæc legent, & cum Augustino conferent, è vestris laqueis sine se extricaturi. Atq; locos à me iam citatos ne repetam, hi sunt loci in eodē libro illustrissimi, qui doceant Verbum Dei esse certam veramque notam Ecclesiæ.

Si aliud declamas (inquit Augustinus) vel recitas, nos post vocem Pastoris nostri, per ora Prophetarum, per os proprium, per ora Evangelistarum a-pertissime declarata[m] voces vestras no[n] admittimus, non credimus, non accipimus. Quæ sunt oves mex, inquit Pastor coelestis, vocem meam audiunt & sequuntur me. Vox eius de Ecclesia non est obscura. Quisquis ab eius grege errare non vult hunc audiat, hunc sequatur. Et alibi iubet quærendam esse Ecclesiã in præscripto Legis, in Prophetarum prædicationibus, in Psalmorum cantibus, in ipsius Pastoris vocibus, in Evangelistarum prædicationibus & laboribus, hoc est in omnibus Canonicis sanctorum librorum autoritatibus. Quænam autem sit illa Verbi Dei autoritas sic luculenter exponit: Ipsum caput de quo consentimus, ostendat nobis corpus suum de quo dissentimus, ut per eius verba iam dissentire desinamus. Ille est autem unigenitus Filius, & Verbum Dei, & ideo nec Propheta sancti vera loqui potuissent, nisi ab ipsa veritate, quod est Verbum Dei, manifestaretur eis quod dicerent, & iuberetur ut dicerent. Proinde prioribus temporibus per Prophetas sonuit Verbum Dei. Deinde, per seipsum, quum Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Deinde, per Apostolos quos misit ad se prædicandum, ut esset salus usque ad finem terre. In his igitur omnibus quærenda est Ecclesia. Quid his vocibus veracius, quid diuinius, quid manifestius? Me quidem piget tot tantaque testimonia proferre, ut Ecclesiã illius verbis commendem: non tamen Hayum pudet eam illius verbis oppugnare. De tota igitur hac controuersia, iudicet Augustinus inter nos & Iesuitas, & apertè exemplum aliud quodpiam Dei Verbum præter id quod superioribus verbis definiit, agnouerit,

CAP. XI.

CA. XVI.

CA. IIII. & XVI.

Vnicum Dei Verbum Scriptura.

CAP. IX.

Nullum
aliud esse
Dei Ver-
bum quā
Scripturā

Sic nimirum ille. *Fidelissimus dispensator eius do-
ctor gentium in fide & veritate, quia ipse in eo loque-
batur, hæc dicit, Miror quòd si tam subito transfe-
rimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi
in aliud Euangelium. quod non est aliud, nisi ali-
qui sunt conturbantes vos, & volentes euertere
Euāgelium Christi. Sed licet nos aut Angelus de
cælo vobis euangelizauerit, præterquam quòd
euāgelizauimus nobis, anathema esto. Vnde col-
ligit Augustinus de Donatistis, si ab illo Verbo de-
sciverint, ut sint anathema: si in Scripturis Ecclesiā
legant, ne sint anathema. Ita quoque ego de Iesur-
tis planè statuo. Quòd si dicant se quoque afferre
Verbum Dei, & coguntur fateri in Scripturis cõ-
mendari Ecclesiam, cur negant Verbum Dei esse
Ecclesiæ notam, quum illius vnus ope Ecclesia
inueniatur, & in illa existat maximè? Deinde, qua
fronte restringit Hayus autoritatem Scripturæ?
*Quum de fidei rebus orta controuersia, inquit, ex
Scripturis commodè sedari potest, insanus esset,
qui neglecta Scripturarum autoritate in hominū
vllius sententia acquiescendum esse existimaret.
quod certè significauerat Augustinus, ut supra
dixi. Idem igitur iudicet de terminis moris & fi-
nibus regūdis. Quæ (ad Ecclesiam pertinent) si in
Scripturis sanctis inuenirentur, nullo modo esset vnde aperirentur
clausa, & illi stragantur obscura. & Memori-
torque retur. & ad fratres suos alionem ex mor-
tuis mitti veller. Habent illis, inquit, Moysem &
Prophetas: Et quum ille diceret, non eos crediturus
nisi ad eos isser aliquis mortuorum: Si Moysem, in-
quit, & Prophetas non audiunt, neque si quis ex
mortuis resurrexerit, credet. Equæ est ergo, Hay**

cōtrouersia, quæ ex Scripturis sedari cōmodè nō
 possit: aut si quid inuolutissimum, atque iudicatu
 difficillimum inciderit, quod non nisi maxima au-
 toritate componi possit: quæ nā maior dari potest
 auctoritas Scripturæ sanctæ auctoritate? Insanus er-
 go es, ex tua quidem cōfessione: & vt ne ab eius-
 dem Augustini verbis desciscam, *Quid ad hæc dicunt qui Christianos se esse superbissime dicunt, & Christo apertissime contradicunt? Nos hanc Ecclesiam tenemus, contra has diuinas voces nullas humanas criminationes admittimus. Monet enim nos plurimum quod Dominus noster ait, cui non credere sacrilegum & impium est, nouissimis verbis suis quæ habuit in terra, hæc primitiua Ecclesia documenta salubria & nouissima dereliquit. his. n. dictis mox ascendit in cælum: præmunire uoluit aures nostras aduersus eos quos procedentibus temporibus exsurrecturos esse prædixerat, & dicturos esse hæc Christus, ecce illic. Quibus ne crederemus admonuit. Nec ulla nobis excusatio est si crediderimus contra vocem Pastoris nostri tā claram, tā apertam, tam manifestam, ut nemo vel obtusus & tardus corde possit dicere, Non intellexi.*

CAP. X.

Denique, vt idem Augustinus hunc sermonē
 suis verbis claudat, *Hæc sunt causæ nostræ documēta, hæc fundamenta, hæc firmamenta. Legimus in Actibus Apostolorum dictum de quibusdam credentibus, quod quotidie scrutarentur Scripturas, an hæc ita se haberent. Quas itaque Scripturas, nisi canonicas Legis & Prophetarum? Huc accesserunt Euangelia, Apostolica Epistola, Actus Apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Scrutamini hæc omnia, & eruite aliquid manifestum quo demon-*

CAP. XVI

CAP. V.

stretis Ecclesiam. Nec verò in huiusmodi testimonijs quaramus Ecclesiam quæ obsecrè sunt posita, & figurarum velaminibus involuta, & interpretè quarunt. Aperta veritas clamet & luceat, in obturatas aures irrumpat, dissimulantium oculos feriatur. Nemo in eis latebris quarat falsæ sententiæ locum, omnem conatum contradicendi confundat, omnem frontem impudentis elidat. &c.

Hæc verò Augustinum aduersus te tuosque dicere non sentis & quidem tam perspicuè ad hæc controuersiam quæ inter nos agitur componendam, vt contra has voces (sicuti ille de Donatistis dicebat) nisi heretici animosa peruersitate, cæcòque furore latrare non possint: quippe qui victi animositate, nolint vinci veritate.

Egône igitur D. Augustini orationem astutè interruperim ex superiori demonstratione luculentis illius verbis conformata, Lector eruditus in manifestæ calumniæ probatione non desinentem perstreperè.

Generalis
doctrinæ
hactenus
explicatæ
peculiaris
applicatio
in quæstio
nis institu
tæ propria
circûstan
tia.

Itaque, vt quæ vniuersè sunt à nobis allata instituto nostro accommodemus, Quæris, Hay, vbi nam gentium sit Christi Ecclesia, si verum est quod affirmamus, nostras Ecclesias illius Catholicæ esse membra? Respondeo ex Augustino, vel potius è Christo cuius vocem Augustinus interpretatur, Non in angulo quodam Orbis terrarum, id est Romæ, vbi sit Pontifex e mentito Christi nomine Antichristus, sed ubicunque prædicabitur Verbum Dei, ibi Ecclesiam esse: & in ea quicumque vocem Christi audierint, Oues, id est ad veram Ecclesiam pertinere credam: siue pauci sint, siue multi, in Asia, Europa, Africa, America. i. in omnibus vniuersæ terrarum Orbis regionibus, vt sit verè Catholica Ecclesia.

QVID SIT ECCLESIA. 211

Ecclesia, Filiorum Dei nimirum per uniuersum terrarum Orbem dispersorum collectio & communitas. Catholicæ autem Ecclesiæ multa sunt membra quæ Catholicæ Ecclesiæ appellantur, illa uerbi nota illustres. Quum igitur in Ecclesiis nostris uerum Dei Verbum sonet, & à credentibus recitatur: omnino efficitur eas ad Catholicam pertinere, ac proinde Catholicas esse Ecclesias. Ex eodem autem principio argumentum in Iesuitarum capita sic retorquetur: Quum nulla sit extra ueritatem Ecclesia, nullaque illius communio: Iesuitæ autem sint acerrimi hostes ueritatis, æquis non uidet necessariò effici illos ad Catholicam Ecclesiam minimè pertinere, sed *ψευδώνυμον* Ecclesiæ larua ueræ Ecclesiæ illudere? Atque hæc quidem ad testimoniorum ex Augustino à me citatorum defensionem breuiter dicta sunt. Quid enim ego plura ex infinita Antiquitatis copia commemorem?

Retorquetur argumentum Iesuitarum in Iesuitas.

H A Y V S.

Hoc est logicè argumentari, silentio inuoluere quantum errorem probare poterant. pag. 54.

S E R R A N V S.

Est nimirum logicè argumentari, ueras solidasque rationes è Verbo Dei & Ecclesiæ cõsensu petitas ita depromere ut non quàm fulè, sed quàm bene dicatur & ad ipsam quidem rem accommodatè, prouideatur. Nostræ enim Logicæ decretum est, NON QUAM MULTUM, SED QUAM BENE. At Iesuitica Logica; id est loquacitas & *ἀλογος* & *ἀπὸ ἄνευ λόγου*, & sine ratione & sine fine loquès,

Iesuiticæ logica rationis & ordinis planè expers.

vt veritatem rerum ita veritatis explicandæ modum ignorat, omnia quòuis loco dicit, concludit in propositione, proponit in conclusione, hæcenus se rectè loquutâ ratâ, modò ne tacuerit, præfricta fronte ad omnem impudentiam peruicax. Hic enim est illius princeps primariûsque finis, vt loquendo vicisse videatur.

Demōstra
tionis vni
uersæ œco
nomia. &
series ex
bene de
mōstrâti
legibus cō
formata.

Iam verò ordinis mei rationē atque adeò sermonis seriem sic, Lector, paucis accipito. Acturo de Ecclesiæ autoritate, Ecclesia quidnam ipsa sit erat mihi explicadum, ac proinde primaria illius nota demonstrada qua ipsius natura desiniretur. Hanc dixi esse Verbum Dei quo Deus Ecclesiam colligit, sanctificat, seruat. Ad hanc igitur Ecclesiæ definitionem rectè constituendam, tria Axiomata à me erant docenda, & ex lege quidem *ἁπλοῦς* generalius probandum erat primo loco, *Verbum Dei esse primariam notam Ecclesiæ*: secundo secundum, *Verbum illud Dei nihil aliud esse quàm Scripturam*: (erat enim necesse intelligi quòd nō fit illud Verbum Dei, quum eo nomine complures abutantur.) tertio tertium, *Omnia ad salutem necessaria in Scriptura siue in scripto Dei Verbo contineri*. Ita autem erat progrediendum vt ex lege *καθ' αὐτὸ* propriæ & certæ probationes adhiberentur. quod me præstitisse ostendunt testimonia ex Verbo Dei & eruditæ Ecclesiæ monumentis deprompta, & ad ipsam rem probandam propriè adhibita. Denique, ex lege *ἡ πρώτη* probationum *ἐπιβεβαιωμένη* & constantiam à me fuisse constitutam, coherens certòque tenore cōformata vniuersi sermonis series sobrio & moderato Lectori, opinor, ostēder: quantum quidem pro meo modulo id præstare potui. Hunc tamen ordinem à me obseruatum fuisse eruditis iudiciis me probasse confido. Primo igitur Axiomate sic

QVID SIT ECCLESIA. 213
sic à me probato proximū est vt ad secundi Axiomatis *Quæritur* accedam.



SECUNDVM AXIOMA,

Verbum Dei nullum aliud est quàm Prophetarum & Apostolorum doctrina scripta ab eis commendata, quæ Scriptura proprio vocabulo appellatur.

OSTENDERAM nexum huius Axiomatis cum primo axiomate à nobis iam explicato: videlicet, Secūdi Axiomatis cū priore nexus.
Deum voluisse Verbum suum sanctis hominibus olim reuelatum literis commendari, ne humanæ opinionis adulterio corrumperetur. Idem ergo planè esse Verbum olim Patribus sine scripto reuelatum, & nūc à Prophetis & Apostolis scriptū. Fidem autem publicam solennemque Notariorum intercessisse vt de Dei voluntate certò & sine vllò dubio constaret, & perspicuū esset quidnam habendum sit pro Verbo Dei. Ratum igitur Verbum Dei, quod Dei mandato Prophetæ & Apostoli perscripserunt: quæ sacra indubitata veritatis monumenta vocantur BIBLIA siue SCRIPTURA. Id ergo nunc agitur vt probemus, Nullū aliud esse Verbum Dei quàm scriptum. Hoc nos affirmamus, negat Hayus. Ipsius itaque *systematis* expendamus.

HAYUS.

Si Verbum Dei scriptum est primaria Eccle-

O. iij.

214 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
sic nota, ante Verbum scriptum cognosci non po-
tuit. pag. 54.

SERRANVS.

Antequàm tibi, Hay, respondeam, ἀγμάντων
illud tuum & prorsus informe argumentum à me
conformandum est: eoque potissimum nomine
quòd in eo proram & puppim colloces. Hoc ni-
mirum ostendis, quum illud decies variis in locis
tanquam ratiocinationis tuæ palmarium incul-
cet. Sit ergo argumentum huiusmodi,

TERTIVM HAYI

ARGVMENTVM.

*Si Verbum Dei primaria esset Ecclesia nota
Ecclesia semper fuisse proprium necesse est.*

Palmarium
Hayanum,
decies in-
culcatum
Fuisse tempus
quum non-
dum esset
scriptum
Dei Verbum.

*Atqui non semper fuit Ecclesia proprium, quia
tempus fuit quum non extaret scriptum Dei Ver-
bum, & tunc tamen extabat Ecclesia.
Ergo Verbum Dei scriptum non potest esse pri-
maria Ecclesia nota.*

Hac de re equidem egi supra in ipso disputa-
tionis primordio, quum controuersia nostræ vo-
cabula distinguerem: hic tamen sæpius inculcatum
argumentum à nobis quoque rursus nouis ma-
chinis proculcandum est, vt constet sobrio Lectori
hanc cramben sine vlla ratione Hayano palato
tantopere arrisisse.

Illud ar-
gumentum
refelli-
tur: quum
varie pec-
cet: nimi-
rum

RESPONDEO Hay, te tribus quidem strophis
illudere Veritati, non ita tamen vt vllum de Veri-
tate trophæum apud eruditos reportes, quibus
omnis conatus tuus est ridiculus iustus. Stropha
verò tuæ hæc sunt, *Diuisio, Homonymia, Verisum*
con-

consequens. DIVISIONIS enim fallaciâ peccas, quum ea diuidis atque discerpis quæ nullo modo seiungi aut possunt aut debent, Verbum Dei videlicet & Ecclesiam Dei. Perinde enim facis ac si animal sine anima definire velles, vel ipsum hominem sine anima rationis particeps. Quî autem ECCLESIA esset, nisi è vocis etymo *ἐκκλησιονομῆς*, id est vocata: & *ἐκκλητὸς*, voce illa segregata è colliue generis humani? Quænam verò vox illa est, nisi Verbum Dei? Vocis notatio rei naturam designat. Ecclesiam enim *ἡ ἐκκλησία* dictam, quasi Euocatam dixeris, quis nescit? Æternū qui nato est Dei de Ecclesia sua decretum: sed destinato à se tempore ita hominem creauit vt lapsus culpa in homine hæreret tota: instaurationis & redemptionis gloria ipsius gratiæ & misericordiz tota agnosceretur. E corrupta igitur humani generis massa vt eos seligeret quos ab æterno elegerat, *θεοληθεῖς*, ait Iacobus *ἀπέκυσεν ἡμῶς λόγῳ ἀληθείας*, id est quia voluit, progenuit nos sermone veritatis. Hæc sunt Ecclesiæ incunabula. Vocauit ad se Deus filios suos in Filio vnigenito suo, idque voce Euangelij sui. Ille ipse Filius, *ὁμοούσιος* Patri *λόγος*, Verbum æternum & Patri consubstantialiale, Christus per quem creauit Deus hoc vniuersum, ita ex vniuerso terrarū Orbe colligit Ecclesiam suam. Loquutus est ergo Deus, dixit & facta sunt: æterni illius sui Verbi vim omnipotentē loquendo exercuit in Mundi creatione: hæc fuerunt Mundi incunabula. Sic Ecclesiam suam progenuit sermone veritatis, qui sermo Æterni illius Verbi quod pro nobis caro factum est & Ecclesiæ caput est, vis est & efficacia salutaris. Hæc itaque promissio de Christo generis humani Redēptore & vero homine, fuit Ecclesiæ felix *μαρτία*, obstetricatio, *ἀποκόμις*, natalia, incunabula: SEMEN MV-

Diuisio-
nis falli-
cia.

216 I. QVÆST. SECUNDA PARS,

LIERIS CONTERET CAPVT SERPENTIS. Natæ in Adami familia Ecclesiæ accessit commoda nutritio, & pro variis quidē illius ætatibus apta: adiuncta Verbo Sacramenta, promissio clariùs expressa, *ERO DEVS TVVS ET SEMINIS TVI*, Mosis & Prophetarum ministerio luculentius significata: donec Christus ipsæ Ecclesiæ suæ caput sponsam suam propria voce, solenni Euangelij præconio ad se vocaret. Ecquis denique Ecclesiam potest animo concipere & verbo definire, sine Verbo Dei? Non magis certè ac hominè sine anima, & huiusmodi quidem anima quæ sit *ἀνθρωπος*. Idcirco, magnifice Hay, quoniam didiceram è Philosophis Animã esse corporis *ἐστὶν ἀψυχὸν τὸ σῶμα* voce vsus sum vt arctissimam & planè indiuisibilem Verbi & Ecclesiæ coniunctionem repræsentarem, illudque etiam fundamentum quo Ecclesia vnico innititur: non incòmodo, nisi planè fallor, genere dicèdi: sicuti & Basilus verè Magnus, Pietatem veræ solidæque eruditionis *ἐστὶν ἀψυχὸν τὸ σῶμα* appellauerat. Atque hæc quidem de prima tua fallacia.

Excipies fortasse te minimè negare hanc Verbi cum Ecclesia coniunctionem: sed non hîc agi de Verbo Dei vniuersè, sed propriè de Verbo scripto. Respondeo hunc quoque secundum esse tuæ fallaciæ nodum, *HOΜΟΝΥΜΙΑΜ* nimirũ cū superiori illo Diuisionis dolo connexũ. Ita enim agis quasi Verbum antequàm scriberetur & postquam scriptum est, duo essent Dei Verba, quum vnum sit vnus Dei Verbum: vnus idèque *ὁ λόγος*, vnus *τὸ πρῶτον* eiusdem Verbi subiectum, Christus: vnus iter, vna veritas, vna via. Perinde enim facis ac si diceres puerum non esse hominem antequàm adoleuerit, neque hominis definitione posse intelligi, quum tamen per-

Homonymiæ tropha.

spicuum sit vna hominis definitione illius naturam explicari. Atqui vehementer erras. non enim Verbum à Prophetis & Apostolis scriptum, fuit aut Prophetarum aut Apostolorum Verbum, sed Verbum Dei per Prophetas & Apostolos hominibus declaratum. Eò enim spectant Prophetarum & Apostolorum præfationes, *Verbum Iehouæ in manu Isaie: Sic dicit Dominus: Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem. &c.* Est igitur hic crassissimus dolus Homonymiæ. quum enim scriptum Dei Verbum amplectimur, non eò facimus quasi non esset Verbum Dei antequam non esset scriptum, sed quoniam Deus ita suæ Veritati prouidit vt eam scripto voluerit commendari, in eum nimirum finem vt à commentitiis hominum doctrinis distingueretur: Verbumque illud suum literis cõmendatum, esset perpetua & constans regula suæ veritatis. Sicut contrà, quum vestrum illud *ἀγγελιον* siue non scriptum Verbū detestamur, non idcirco faciamus quasi non scriptū sit (quot enim sunt scriptorum vestrorum Non-scripti illius Verbi quod vocatis, plaustra:) sed quòd Scripto Dei Verbo repugnet.

Denique fallitur & fallit Hayus vitioso con- Vitioso consequenti. sequenti, quū ait Ecclesiam non potuisse cognosci ante Verbum scriptum. Eodem planè modo ac si quis diceret, Nullam esse hominum fidem in cõmerciis antequam intercesserit Notarij scriptū: quū tamen consensus & fides, non tabulæ efficiāt contractum: licet vtilissimè accedat Notarij manus, vt fides publica fidem priuatam confirmet atque corroboret. Ecquis igitur bonæ fidei homo non videat insulsam Iesuitæ logices consequutionem, Non scriptum erat Dei Verbum Adami, Noah, Abrahami temporibus: Ergo nullum extabat Dei Verbum: vel, A Mose & Prophetis scriptū

Retorque
tur argu-
mentum.

est Dei Verbum: Ergo aliud quodpiam fuit Dei Verbum quàm quod illis Patribus innotuit? Nûnquid te pudet, Hay, blasphemę tuę impudentię, siue dementię? Imo in te retorquetur argumentũ. Non potuit scribi à Prophetis & Apostolis nisi antea extitisset. alioqui fuisset falsarij: peregrinũ notarius qui id in acta referret quod nusquã extaret, quum id quod inter partes conuenerit, scripto commendent. Est igitur necessaria confessio, Prophetę & Apostoli verbum Dei, idque Dei mandato, literis commendarunt. Ergo extabat antequàm scriberetur: & quũ sint testes omni exceptione maiores, ministri non autores veritatis, illud ipsum Dei Verbum quod extabat sanctis olim Patribus & sibi reuelatum: atque ex vi consequentis, Vnum idẽmque Dei Verbum est & antequam scriberetur, & postquam scriptum est. Effet hęc mihi agendum de gradibus doctrinę illius à Deo reuelatę quam Scripturam *θεοπνευματικὴν* vocat Apostolus, sed quoniã Hayus variis in locis hac de re agit, cogor expectare opportunitatem locorum ad vitãdam *βαττολογίαν*. Atque hęc quidem breuiter in illius argumentum.

H A Y V S.

Si tibi Turca aliquid de seclã vestra litem moueret, in quo Verbo scripto istam tuam primariã notam inuenires? pag. 54.

S E R R A N V S.

AA. 24. 5 Si Sectę nomine, sicuti Tertullus Pauli accusator, Christianam religionem intelligis, Iesuita, cũ Turca sic agerem quemadmodum Paulus egit cũ Athe-

QVID SIT ECCLESIA. 279

Atheniensibus & cū omnibus Gentibus. E muni-
 di creatione & gubernatione probarem Deum
 esse, eūque vt Spiritum & Veritatem in Spiritu
 & veritate colendum. Omnes verò homines im-
 pietatis & iniquitatis reos peragerē, quippe qui
 Deum quem nouerunt, non vt Deum glorifica-
 uerunt, sed veris illis religionis principiis in va-
 rias corruptelas transformatis, sese quoque infi-
 nitis sceleribus contaminarint: vt necesse sit eos
 vel perire, vel ab homine seruari, qui infinite Dei
 iustitiæ possit satisfacere. Illum verò hominem
 demonstrarem esse Iesum Christum, vnicum re-
 demptorem & seruatorem generis humani. Huic
 deinceps fundamento sic collocatò cætera adiū-
 gerem quæ euincerent, Christianam Religionem
 veram esse: ex perpetua & consentanea conclu-
 sionum cum principiis ἀλληλουχία & serie. Illa au-
 tem omnia depromerem ē Prophetis & Aposto-
 lis, id est ē Verbo scripto. Licet enim Naturæ co-
 gnitio in animis nostris naturaliter impressa est
 atque ingenita, per fidē tamen intelligimus con-
 struetum fuisse mundum à Deo. Fides autem non
 potest esse sine Verbo Dei, & valdè distat à noti-
 tiis omnibus naturalibus, quæ in tenebris huma-
 næ cæcitatatis elucent. Quod argumentum Philip-
 pus Plessiæus, nostrarū Ecclesiarū non Iesuitarum
 alumnus, verè aureus scriptor luculentissima dis-
 putatione pertractauit, & Religionem nostram,
 id est verè Christianam, à Turcarum, Iesuitarum,
 Atheorum, Epicureorum (estis enim omnes per-
 æquè in eadem Categoria, veræ religionis hostes,
 licet variis nominibus mendaciūque inuolucris
 illudatis veritati) furoribus potenter vindicauit.
 Hoc ego Turcæ respōderem ex illa doctrina quæ
 in Verbo scripto plenius vberiusq; tractatur. Hoc
 addo, Naturale etiam notitiam de Deo & de fe-

Naturalis
 cognitio
 de Deo in
 scripto
 Dei Ver-
 bo luculē-
 tius quā
 in cōmu-
 nibus no-
 titiis ex-
 plicatur--

Philippi
 Plessiæive
 re aurei
 scriptoris
 luculentis-
 simū scri-
 ptū de Ve-
 ritate
 Christia-
 na.

220 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
licitate esse Legem scriptam, in animis primùm
Rom.2. nostris (iccirco γερ πτω νόμον vocat Apostolus)
deinde, Mosis ministerio fuisse instauratam Lege
scripta.

H A Y V S.

*Scriptum Dei Verbum (non enim τὸ ἀγγελῶν
agnoscis) tuo iudicio est quasi ἐντελέχεια Ecclesia.
fuit ergo (Christi Ecclesia imperfecta ante noui Te-
stamenti ἐντελέχειαν scriptam. & c. pag. 54.*

S E R R A N V S.

Eadē veri-
tas in scri-
pturis Ve-
teris Testa-
mēti quæ
in Scriptu-
ris Noui.

Quasi verò antequàm noui Testamenti codex
scriberetur, non extarent Legis, Psalmorum &
Prophetarum libri, in quibus caput & corpus Ec-
clesiæ haud dubiè inueniuntur: ac proinde non
perfecta fuerit Ecclesia, eapite & corpore suo ab-
soluta, id est Patres ante Legē & sub Lege Chri-
stum Seruatorem non agnouerint: aut aliud do-
cuerint Prophetæ, aliud Apostoli: siue voce siue
scripto! Hòccine est negare Verbum scriptum ex-
titisse, ante solennem Euangelij prædicationem
Apostolorum literis scripto commendatam? Imo
quidnam est insanire, si hoc non est? Non fuit er-
go imperfecta Ecclesia Patrum sub Lege, quippe
quæ eiusdem Verbi scripti efficacitate, in Christo
collecta fuit & conseruata.

H A Y V S.

*Si Logicogrammaticus tuam infantiam exa-
gita-*

QVID SIT ECCLESIA. 221

gitaret, nescio an tua oratio cohereret. Cogita tibi cum huiusmodi homine negotium esse (nam meum hac de re iudicium non interponam) ne illi repugnare videar qui scripsit, Res contenta doceri. Vis ea qua sine Verbo scripto in arte aliqua traduntur, disciplinam ab aliquo accipere posse, hoc enim non obscure significat, tua ex intima Philosophia petita oratio, quæcunque sine hoc Verbo docentur. Suscipe quaeso hanc curam ut res inanimas tandem ratiocinantes ad notam tuam non Logica habeamus. Haftenus Logicogrammaticus. pag 54.

SERRANVS.

Quid nescias, tu ipse videris. Equidem scio & omnes eruditi animaduertunt, te in hac tui Logicogrammatici *εισαλοποιια* non modò esse infirmam & *ψωτοποιον* nugatorem, quippe qui in re leria ioceris: sed lymphaticum, qui nescias quæ velis. tanta est verborum tuorum obscuritas: quæ idcirco exscribenda curavi ut re ipsa ex tuis ipsis verbis iudicare Lector possit. Quicquid tamen velis, plana hæc est & perspicua verborum meorum sententia: Quæcunque tandem homines de religione constituant sine Verbo Dei, esse peregrina & adulterina commenta: quæ fideles totis animis debeant execrari. Hoc vocat Paulus *επεεγ-ιδασκαλειν* Christus *αλλοτειν φωνην*, id est alieni sue peregrini vocem, & iubet fideles fugere illas *ερεσωνων*. Omnes autem sanæ doctrinæ corruptelas Scriptura ideò vocat *alienam* siue *diuersam doctrinam*, & *vocem peregrinam*, quòd vna simplèxque Veritas sit, & vna sanorum sermonum forma: ut

Insulsi Sy
cophantis
ioci.

Hominum
commeta
vocantur
*επεεγιδου-
σκαλειν* &
Voces pere-
grini.
1. Tim. 1.
& 10. 10.

222 I. QVÆST. SECVND A PARS,

qui ab illo Verbo abscedat, is mendacium inducat, quascunque tandem veri species & personas induat. De fidei siue religionis rebus hic sermo est institutus. Cur ergo tuus ille Logico-grammaticus, vel tu potius λογικογραμματικω-λωτοποις nugator (Sic .n. Dityrambico te Sophista bene cōgruo vocabulo affabor) hoc mihi ob- iicis de quo neque vnquam cogitari neque ex meis verbis elici vllō modo potest. Est enim magna Ignoratio Elenchi, quo genera rerum per- miscentur, & λογιστικὰ διανοίαν inducuntur. quod Sophistarum commentum λόγον παράφρασμα & scelus, vocarunt Academia & Peripatus. Id nolo quod per dilucidam calumniam mihi imponis, eā qua sine Verbo scripto in arte aliqua traduntur, discipulis nam ab aliquo accipere posse (non enim hic de arti- bus siue disciplinis humanis loquimur) sed hoc

Cur ita vo-
centur.

volo, Nefas esse sine Dei Verbo scripto (hoc enim est Verbum Dei, fidei nostræ vna & constantissi- ma regula) quicquam à quōquam constitui quod ad Dei cultum pertineat: & omnia sine illo Ver- bo & extra hoc verbum commenta, pro hominū volūtate & arbitrato constituta & decreta (id est licet λόγον habeant σοφίας, id est rationem siue speciem sapientiæ, vt inquit Apostolus) esse vo- ces Peregrini, quas Ecclesia de Christi instituto debeat execrari.

Coloss. 2.

ἐδεδωκεν σοφίας, ἐντάλματα καὶ διδασκαλίας ἡμῶν, ἃς οὐκ ἔστι λόγος, ἃς οὐκ ἔστι σοφία, ἃς οὐκ ἔστι ἰσχυρὰ ἐν ἰσχυρίᾳ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ, ἃς οὐκ ἔστι ἰσχυρὰ ἐν ἰσχυρίᾳ τοῦ Θεοῦ.

Artium &
sciētiarū
humana-
rū propria
sunt & di-
stineta
principia.
August.
de Ord. li.

Artes autem & Disciplinæ habent sua princi-
pia, suum propriūque sciendi & demonstran-
di modum. Sua illis principia, suas demonstra-
tiones relinquit Verbum Dei: neque sunt ἐπιεικῆ
σχολία, quū sint οἰκείοι & ἑωαληθεῖς διδασκαλίας &
μαθήσεις omnium artium & scientiarum. Quam
Logica Ecclesiæ sit scientia veritatis, disciplina dif-
cipulorum.

QVID SIT ECCLESIA. 223

*diplinarum qua docet docere & discere, scit scire & alios scientes facere: eademque suos doceat, Sophi-
statum calumnias enecare primùm hoc pronun-
tiat, Μα μεταβαίνει εις άλλο ἄλλοσ, ac proinde scelus
esse & furorem inuadere in artium & scientiarū
fines. Amentem igitur esse & verè auium Hayum
qui velit hac importuna strophæ illudere Verbo
Dei, quasi sit Lullij & Cabalistarum farrago. Res
certè inanimes, amens Sophista, aduersus te ra-
tiocinantur, quæ in sinu sapientis Naturæ Opificē
suum agnoscant, dum tu miser Apostata inulfos
iocos comminisceris aduersus veritatem, neque
verò te tam inscitæ dicacitatis pudet. Illæ igitur
te increpent, vt olim Afina Balaamum.*

HAYVS.

*Ad tuam libidinem vis Ecclesia Christi Ma-
iestatem minuere, quum ipsius de fidei rebus iudi-
cium, hominum esse existimas. pag. 54.*

SERRANVS.

*Est merè Iesuitica περτεπεια. Hoc enim mihi af-
fingit Hayus quod disertè negaueram. Dixeram Hayi im-
enim ipsissimis verbis, Res tantas tamque augu-
stas quæ ad salutem nostram pertinent, hominū prudentia
arbitrio non fuisse homines relinquendas. Homi-
nis ergo fidem Lector consideret. Certè vt Eccle-
sia verè sit columna & firmamentum veritatis, quod di-
veritatem suam Deus fidorum notariorū monu-
mentis voluit consignari, illorūque sacrosanctā sertè ne-
autoritatem esse voluit, & ex communi hominū gaueram.
namero illos eximere. Hoccine est impiè sentire
de Ecclesia Dei, Credere ex Apostoli luculento Ephes. 2. 20*

224 I. QVÆST. SECVNDA PARS,
testimonio, eam superstructam esse super funda-
mentum Apostolorum & Prophetarum, cuius i-
totum ædificium congruenter coagmentatum
crescit vt sit templum sanctum Domino: Ita Ver-
bo illo Prophetarum & Apostolorum literis Ec-
clesiæ consecrato, & fundata est & quotidie vel
exædificatur vel instauratur Ecclesia. Est verò im-
piè sentire de Ecclesia eiusque Maiestatem non
modò minuere, sed, quantum humana audacia
potest, planè violare atque pessundare, id moliri
in quo omnis Iesuitarum labor maximè versatur
vt pro hominum sententiis & decretis variè exq̄
αὐθάσκατοι (vt inquit Christus) leges conscientis
imponantur: ac proinde fluctuent & circūferan-
tur quouis vento doctrinæ, quemadmodum ait
Apostolus Domini sui commodissimus interpret:
In his scilicet Pontificum & Conciliorum Pon-
tificiorum constitutionibus præclare constat Ec-
clesiæ autoritas. Quæ igitur Verbo Dei scripto per
calumniam affingis, ecquis non videt Verbo non
scripto vestro propriè conuenire?
Quod adiungis, de Verbi antequàm scribere-
tur, vsu, est *βαττολογία*. Huic decipulæ bis iam re-
spondi, ne hîc actum agam.

H A Y V S.

*De Ecclesia in rebus suæ fidei creditis, confian-
tia tuo iudicio Deus videtur dubitasse, qui men-
branis commendauit, quod castissima sponsa com-
mittere noluit. pag. 55.*

S E R

SERRANVS.

Est noua *βαπτολογία*. Prophetarum & Apostolorum scripta, *Membranas* vocat Iesuita, inuidioso quidem vocabulo, Antichristi tamen mancipio apprimè digno. Quasi verò non idem ipsum sit Verbum quod Patribus priscae Ecclesiae constitit antequàm scriberetur: sit que obscurum Christianis, Deum multifariam multisque modis loquutum fuisse, & ad Christum æternum suum Verbum fideles suos reuocasse externi illius Verbi sui auspiciis, quod literarum monumentis commendari voluit, ne hominum libidini exponeretur? Nò sunt, Iesuita, *membrane*, aut *humanum iudicium* Prophetarum & Apostolorum scripta. Sed hoc primum nos vult nosse Petrus (cuius nomen impicie præcegit Pontifex Romanus, non scripti Verbi faber.) vult hoc esse *αεθρον, αμεσον, αμεταπρωτον, αυτιπρωτον, αεθρον, αυπρωτον αξιωμα*, id est immediatum, infallibile, sempiternum, per se ratum, primigenium, minimè positum, sed ex se constans principium, aut si quod aliud est vocabulum quo primorum principiorum certitudo & assensus explicari possit: *Omniem prophetiam Scripturae non esse ιδίας επιλωσεως*. id est *proprie explanationis*. Nimirum ab humano iudicio arbitrioque eam minimè pendere, non esse humanum inuentum, sed Deum illius esse autorem. Quod Prophetæ, Dei mandato, præsentem Ecclesiam docuerant, eiusdem quoque iussu scripto mandasse vt eadem veritas ad posteros transmitteretur. Hoc perspicue significat Petrus, ac proinde hanc controuersiam disertis verbis dirimit, quum & loquutos fuisse Prophetas dicat, & Scripturae voce vtatur, vt significet de Prophetis quod de seipso testatus erat

Impius
 Ηαυι & τῷ
 σμός, id
 est Athei-
 σmus. Προ-
 φηταῖ ἢ ὁ
 Αποστ. ἑρῶ
 scripta, esse
 membranas
 quas
 Prophetarū & Apo-
 stolorū do-
 ctrina sit
 humanū
 cōmentū.

2. Pet. 1. 20

226 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
idem esse Dei Verbum & antequàm scriberetur & postquam scriptum fuit. Tu igitur vel phar-
maco vel supplicio non egēs, qui tam luculentæ
veritati apertè reluctēris?

Irenæi &
Augusti-
ni testimo-
nia expli-
cantur.

1. Tim. 1.9

Quomo-
do sit in-
telligēdū
perē Chri-
stianos sine
sacris codi-
cibus vine-
re.

IRENÆI dictum quod mihi obiicis, non tollit
Verbum scriptum, sed verum solidūque illius
vsum ostendit, in veræ religionis & studio & fru-
ctu: qui maximus est in mendacio detestando. Il-
lum quoque vsum luculenter describit Augusti-
nus. Hic vsum in seria Dei cognitione, morum in-
tegritate & efficaci charitate maximè elucet. Di-
cendi autem genus est figuratum, sicuti illud A-
postoli, *Legem iusto non esse positam*. quod vniuer-
sè & simpliciter dictum, κατὰ τὴν est intelligendū,
& ad id de quo propriè agitur accommodandū:
vt voluntarium fidelium obsequium significetur
qui vltro Deo obtemperant, & inanis loquacio-
rum professio damnetur qui legis cognitionem
solo nomine metiebantur. Sic igitur Augu-
stinus ait eum qui magnos fecerit progressus in
Christianæ religionis præcipuis virtutibus, fide,
spe & charitate, *sine sacris codicibus vivere*: quum
id vita exprimat quod Verbū Dei scripto iubet.
At *ἐπιτομὴς* hæc dici optimus quisque experi-
tur qui sentit se his adiumentis maximopere in-
digere. Idcirco igitur Verbi autoritas eludetur,
neque opus fuerit Scriptura? Certè, vt cibo
corporis quotidiano, ita & animus Verbo indiget
Hæreditatis iura scriptis probantur. De hærede
tamè dicetur, illum scripto non indigere vt pro-
bet se hæredem esse. Quis tamen dicat inuiles
esse hæreditatis tabulas hæredi? Hæreditatis no-
stræ ius obsignat Dominus in animis nostris per
Spiritum sanctum. Ecquis verò præter Iesuitas &
Anabaptistas vel huiusmodi phanaticos, dixerit
de Ecclesiæ iure aliquid decedere, quum ius suum
è Præ-

QVID SIT ECCLESIA. 227

Prophetarum & Apostolorum scriptis probabit Ecclesia aduersus invidacium spirituum commenta?

HAYUS.

Quorsum spectat hæc tam altè reperita comparatio Christi Dominus (ut scribit Apostolus) dilexi Ecclesiam, &c. pag. 55. 56.

SERRANVS.

Eò nimirum vt ostendam perpetuam esse in Verbo Dei principiorum cum suis conclusionibus seriem & constantiam, *συμμετρίαν* & *ἀλλήλοσχημα* vera Logica appellat. Est autem illa in hoc argumento huiusmodi, Deus Ecclesiam suã progenit sermone veritatis. Illam eodem Verbo sanctificat. Illud Verbum est doctrina Prophetarum & Apostolorum ac proinde Verbum illud scriptum, est vera Ecclesiæ nota. Sic primo secundum respondet Axiomati Axioma. Respexeram quidem ad locum Apostoli, sed *ἀναγωγικῶς* tantum non enim patiebatur ordo legitimæ demonstrationis vt de Sacramentis hic agerem: quæ Verbo *ἐκείνου* & eiusdem planè essentia, atque adeò Ecclesiæ esse notas, dicemus suo loco. At Iesuitarum Logica omnia perturbat atque effundit. Hic de Baptismo agit Hayus, & suo loco mihi Thrasionice indignabitur, quum de eo agam opportunè. Multiplicium autem commetorum Chaos hic animaduertat Lector, & lymphatici erroris vertiginem in luxatæ orationis vndiquaque dissectis atque dissipatis partibus tanquam phrenerici de-

Quorsum de Verbo Dei in hac demōstratione fiat mentio.

Iesuiticæ vanitatis in vanissimis reprehensionibus monumentum.

liria recognoscet. Ita hîc nihil cohæret, & rerum cæca ignoratio vagatur, vt mihi quidem non sit non fastidiosum hæc insomnia explicare. Singula tamen expendam veritatis causâ.

Si nomine Verbi, inquit Hayus, *Bibliorum volumen intelligi dixeris, planè insanies.* Ego vero id nec dixi nec dicam. non sum enim Iesuita, id est præstigiator. Vestrum quippe est amuletis & facinosis sacrum Dei Verbum obstringere, & dum veritatem in sacris Bibliis comprehensam detestamini, vel codicem ipsum vel defectas illius particulas obtrudere imperitis deosculandas. Infamant igitur, Hayo autore, Iesuitæ qui Bibliorum nomen in laruas transformât. Quid autem VERBUM DEI appellemus, dixi suo loco: Scripta videlicet Prophetarum & Apostolorum, siue doctrinam in ipsorum scriptis comprehensam.

Quid sit Verbum Dei.

Verus Baptismi usus ex ipsius institutione Verbo Dei comprehensa pendet.

At Verbi appellatione Hayus Baptismo restringit, quasi nullum sit Dei Verbum aliud præter formulam Baptismi, aut quasi formula Baptismi in Verbo scripto minimè contineatur, aut quasi Apostolus Baptismi usum exorcismis alligauerit. Sacrosancta est & verè augusta Baptismi formula, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: at illa intelligenda est ex Verbo Dei. Ideò ait disertè Paulus, IN VERBO, vt Baptismi usum ostèderet qui sine Verbo nullus est. Verbum autem appellat promissionem gratuite in Christo iustificationis & sanctificationis: at videndum est ne nudam verborum pronuntiationem existimemus satis esse ad salutem. Explicanda est Dei promissio & fide percipièda: ne super uti ab exorcistis Antichristi factitari videmus, inter quos Iesuitæ dominantur.

Verum, ait Hayus, fefellit te fortassis analogia & si

Et similitudo verborum quibus Apostolus ad Timotheum utitur, Sanctificatur enim per Verbum Dei & orationem. At hoc loco de sanctificatione cibi agit, ut ex integra Apostoli oratione perspicuum est. Ecquis hæc deliria intelligat, vel ecqua specie eliciat ex meis verbis, vel cum ipsa oratione cō-

Precatio innititur certa Dei promissione in ipsi^o Verbo cōprehensa.

pingat? Existimásne, Hay, mihi aliquid venisse in mentem de vestrarum precationum susurris, ut vestra illa verba dicerem esse Verbum Dei quo Ecclesia sanctificaretur, sicuti vel missifici panes vel aqua lustralis siue benedicta dicuntur sanctificari vel benedici. Nobis quidem Christianis solenne est cibum sumere antegressa precatione, cāmque adhibere clausulam cibo, ut precatione agnoscamus autorem cibi. Precatio, est certissimum fidei effectum. At fides non potest esse sine Verbo Dei. Quis igitur precatio sine Verbo Dei rectè possit institui? non enim temerè precandum est, sicut nec temerè credendum. Quòdnam verò

est & fidei & precationis nostræ firmamentum, nisi in Verbo Dei? Scriptum est enim, *Inuoca me*

in die tribulationis tuæ, & eruam te. Petite & dabitur vobis &c. Quod de Athanasio profers, nihil ad rem facit. Vult sanctus vir cibum precatione consecrandum esse, Crucis signum adhiberi: & pro sui quidem temporis ritu, accommodatè. Crucis enim signum Ecclesiæ primitiæ pia erat Christi-
 2. Reg. 18.
 4.

anorum tessera, non veneficorum fascinus: sicut hodie à Iesuitis vsurpatur. Ut autem propter superstitionem æneum serpentem rectè sustulit Ezechias, sic & Crucis signum in Ecclesia rectè sublatum est propter abusum superstitionis.

Sequitur grauissima Hayi accusatio, Scio equidem, inquit, Calvinianum vestrum dogma de sanctificatione que fit per vestras conciones eòdem planè modo quo per sacramenta. Sic enim vester ille

Coryphaeus: Fixum maneat, non esse alias Sacramentorum quàm Verbum Dei partes: quæ sunt offerre nobis ac proponere Christum, & in eo celestis gratiæ thesaurus. Optimus verò est Hayus Caluini interpres, Quasi ipsa concionum audicione & ipsa nuda & simplici Sacramentorum perceptione Christiani sanctificentur! Malus es Calvinianus, mi Hay. Hoc nūquā docuit Calvinus. Necessarium quidem docuit esse prædicationē Verbi in Ecclesia: quum fides sit ex auditu, & auditus ex Verbo Dei, vt qui prædicationem tollat, fidem fideique omnia effecta planè tollat. Verum non ipso (vt vestri loquuntur) opere operato necessariam esse concionem docuit Calvinus, non ipsam Sacramentorum perceptionem: sed ipsum Verbum creditum, & Sacramenta fide percepta sanctificare credentes. Fide enim corda nostra sanctificantur.

Quatenus
sunt neces-
sarie Chri-
stianis sa-
cræ concio-
nes.

Terrificam verò Hayus impingit Caluino dicam & accusationem, Quòd arbitretur idem esse & Verbi & Sacramentorum officium. Cur ita mi Hay?

Huius dogmatis absurditatem conuincunt quæ in Apostolorum actis scripta sunt: si enim Apostolorum concionibus fuissent primi illi qui Christi nomen dederunt, sanctimoniam ac peccatorum remissionem adopti, cur eis D. Petrus suasset corripere compunctis vt pœnitentiam agerent, & baptizaretur vnusquisque eorum in remissionem peccatorum. Cur Philippus Eunuchum non tantum erudire in fidei rebus, sed & Baptismo initiari voluit, si omnem innocentiam soli verbo deberi existimauit? Tui igitur argumenti hæc summa est: Apostoli ad suas conciones adiunxerunt Baptismum: quod frustra fecissent si idem vnūque ef-

set Concionum & Sacramentorum officium. Accipimus conditionem. Eandem Apostolicarum & nostrarum concionum doctrinam esse fatemur, eadem quoque Sacramentorum Concionum quoque & Sacramentorum formam & finem fatemur nobis esse cum Apostolis communem: sed negamus consequi diuersam esse Concionum siue Verbi prædicati & Sacramentorum officium. Quid enim suis concionibus Apostoli aliud annuntiarent nisi poenitentiam & remissionum peccatorum, quam Baptismo iusserunt obsignari? Imo argumentum planè retorquetur aduersus te. Quomodo enim obsignaretur, si esset diuersum quiddam? Perinde enim est ac si quis diceret nouum contractum adhibito sigillo confirmari. Quid autem obsignaret sigillum, nisi aliquid obsignandum prius existeret? Sacramentorum certè illud esse officium & diximus supra & dicemus infra suo loco, quum de Sacramentorum usu agemus. Nonne igitur vides te importunè *ἀδολογῆν*, magne Theologe? Argumentum saltem instituere debebas quod ad primarium tuum institutum pertineret, Verbum Dei nimirum non esse Ecclesie notam, sicuti ego affirmo. Hoc quidem perspicuum est te velle, sed *ἄπειρος*. Alas igitur adiungam tibi frustra per te nitenti. Itaque hoc tuum sit

Concionum sacramentorum idè subiectum & usus.

Iritus & ridiculus Haii conatus in rebus etiã suis.

QUARTVM ARGVMENTVM.

Si Verbum Dei esset primaria Ecclesie nota, soli ipsi id conueniret: Atqui Sacramentorum idem quoque officium est, Ergo non solum Verbum est primaria Ecclesie nota.

Dixerat supra, Verbum Dei non esse proprium

Fatetur
Hayus nō
modò
Verbum
Dei esse
Ecclesiam
notā, sed
ipsa quo-
que Sacra-
mēta esse
Ecclesiam
notam.

Scopæ dif-
soluta.

soli Ecclesiam, quum sit illud commune hæreticis:
nunc soli Verbo competere negas. Ergo fateris
competere etiam Verbo. Perspicua est hæc tua
confessio. Totum ergo argumentum amplector
& amplifico ex tuis verbis: ut cōstet maximè pro-
prium esse Verbi Dei, quòd sit nota Ecclesiam. Ha-
ctenus docui id semper ei convenire: nunc verò
non modò soli, sed toti: & idcirco quidem soli,
quia toti: sicuti ex Apostolorum verbis probatum
est, quum enim eandem veritatem & ipsorū con-
cionibus annuntiari & Sacramētis obsignari de-
monstraverimus, quis non videt toti Verbo pro-
prium esse, ut sit nota Ecclesiam? Totum autē Ver-
bum est quod & auditu & visu percipitur: sicuti
suo loco ostendam. Tuæ autem huius confes-
sionis memineris, ut temeritatem tuam postmo-
dum agnoscas: quum hoc ipsum quomòdò ut
perspicuum vides, tanquam prorsus importunum
detestaberis. Itaque *Verbo Dei proprium esse ut
sit Ecclesiam nota, SOLI, SEMPER, TOTI & quidē
ἐπιστολῆς.* Porro quòd ais, Nos infantibus minime
communicare Baptismum, licet conciones minime
percipiant nihilò plus ad rem tuam facit: confir-
mat tamen quod modò dicebam. Certè fidelium
infantes sunt promissionis hæredes, & in fœdere
comprehenduntur. Idcirco ipsis communicatur
Baptismus, rei ipsius (id est fœderis, hereditatis,
promissionis) tessera & signaculum. Mirificè verò
ad rem faciunt quod excipis de Evangelij vi &
efficacitate: & erat maximè operæpretium ut Au-
selmi fidem auxiliūque implorares. Ita hic om-
nia cohærent ut phrenetici siue somniantis ἀλλο-
τρίου σαλλὰ πᾶσι. Denique, palabundus Hayus ad
propugnaculum reditūum. Occinit enim nobis
iterum illud *παράδοξον*, ter iam excantatum. Si Ec-
clesia sanctificatur per Verbum (id est ut ait me
inter-

interpretari) per scripta Prophetarum & Apostolorum, non semper fuisse Christi Ecclesiam sanctam, quum non semper habuerit Apostolorum & Prophetarum scripta. Atqui habuit semper idem (vt iam dixi) Verbum Ecclesia; & literis mandata est fundamentis promissio, *Semen mulieris conteret caput serpentis: & Ero Deus tuus & seminis tui*. Ita autem argumentatur Hayus, quasi esset Verbum Prophetarum & Apostolorum, non Verbum Dei per Prophetas & Apostolos & voce & scriptis Ecclesiae denuntiatum. Est igitur crassa Diuisionis stropha: quum non magis possint esse duo Dei Verba quam duo Dij. Sicut autem Deus quum sine scripto per reuelationes Patribus sese patefaciebat, Verbum suum à seminis hominum distinguebat: ita notatiorum suorum scriptis cōmēta hominum de religione omnia à Verbo suo voluit distinguere. Legem & rerū Origines primœuamque historiam Ecclesiae per Mosē scribi voluit: Verbi illius scripti interpretes accesserunt Prophetæ. Per Filium suum his vltimis temporibus loquutus, Apostolorum scriptis veritatē suam voluit consignari: vt in eo Ecclesia fundamentū suum agnoscat & ab eo incrementum firmitatēque suam mutuetur. Denique, vt Verbum Dei manet in æternum, ita in Verbo semper fuit, est, & erit Ecclesia: ac proinde sempiterna in sempiterni Dei sempiterno Verbo.

Atque hæc quidem de Hayi insomniis (si ipsa quidem spectentur) satis superque: si lectoris utilitas, necessariò dicta sunt. Huius autē à me propositæ veritatis testimonia à Iesuitæ calumniis sunt porrò vindicanda.

Hayanum
de Verbo
nondum
scripto.

234 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
TESTIMONIORVM
TVM E SCRIPTVRA, TVM EX
Orthodoxis Ecclesiæ Patribus de-
sumptorum, quibus priori libello
meo demonstraui, *Verbum Dei*
esse Scripturam sanctam, id est Prophe-
tarum & Apostolorum doctrinam,
HAYI OPPVGNATIO & MEA
DEFENSIO.

HAYVS.

*Ad disertias tuas testificationes venio, in quibus
quum cause tue presidium omne colloces, marum
est quàm Logices ac ceterarum bonarum artium
inopiam prodant. pag. 56. 57.*

SERRANVS.

Scriptura
testimo-
nia Iesui-
tis viden-
tur infir-
ma.

ἀπὸ τῆς ὑπὸ
ἀρχῆς τῆς ἀ-
ληθείας λό-
γος.

Infirmas probationes è Scriptura petitas le-
fuita arbitratur, bonus scilicet Theologicè disse-
rendi artifex. Vnde igitur, Monache, firmiores quàm
ex ipsa ratione rationes afferri posse censeres? an ex
Aristotele vel Thoma, Scholarum vestrarum ora-
culis? Quòd si nudam vel solam (vt ais) Scripturæ
recitationem damnas, ipsam nudam simplicemque
Veritatem negato esse Veritatem, eò quidem
neruosiorè & validiorem (vt inquit Cyprianus)
quò simpliciorem. Larvas quidem & cothurnos
Sophisticas vobis Sophisticis iure relinquimus.
Quidnam ex his luculentis testimoniis efficia-
tur, perspicuum est. Egone veræ Logices præce-
pta

pta adhibuerim necne in his commemorandis, Lector eruditus iudicabit. Institutum mihi erat secundum Axioma illustrare Scripturæ & Ecclesiæ testimoniis. Illorum autem testimoniorum hæc est Oeconomia & series.

E S C R I P T V R A.

Primus locus, loquebatur de Scripturis vniuersæ, ex ipsius Christi ore. Ioan. 5.

Secundus locus, de Prophetarum & Apostolorum doctrina distinctè, licet vnà: è Pauli verbis. Ephe. 11.

Tertius locus, de Prophetarum doctrina propriè & peculiariter, è Petri verbis. 2. Pet. 1.

Quartus & quintus locus, de Apostolorum doctrina, propriè. Ex Pauli verbis 1. Corint. 3. & Galat. 1.

Inde conficiebatur è totius & partium enumeratione, quod erat demonstrandum, Verbum Dei esse Scripturam, id est Prophetarum & Apostolorum doctrinam.

Hos locos quomodo oppugnet Hayus, videamus: vt oppugnata Veritas, vincat illustrius.

H A Y V S.

De loco primo, *Scrutamini Scripturas.*

&c. Ioan. 5.

De Scripturis Veteris Testamenti tantum hic locus intelligi potest. Si quid ergo pro te facit, concludere solas Veteris Testamenti Scripturas esse Ecclesiæ *ἡ ἀρχαία* & notam primariam. Insuper rationationem, vt tibi certi aliquid respondeamus pag. 57.

SERRANVS.

Perfacilis est ratiocinatio. Scripturæ quidem appellatione, Christus notabat Vetus Testamentum, quod tantum erat eo tempore consignatum literis, ac proinde nulla tunc poterat esse alia Scriptura. Atqui Nouum Testamentum Apostolorum literis perscriptum, non potes negare esse Scripturam, eiusdem saltem autoritatis ac Vetus Testamentum. Ita igitur argumentor. Si Christus verè dixit, è Veteris Testamenti Scripturis quæ solæ ante ipsius aduentum erant in vfu, constare salutem Ecclesiæ: quidni potius cõstituamus, Noui Testamēti Scripturis quibus ipse Christus patrefecit omne consilium Dei (id est plenam perspicuamque veritatem quæ ad salutem satis esset) Ecclesiæ Dei constare certam solidamque rationem consequendæ salutis: atque adeò salutis doctrinæ clausulam esse notam primariam Ecclesiæ? Itaque si verum est quod confiteris, Hay, vos credere omnibus quæ scripta sunt, Nonumne Testamentum negabis esse scriptum, Nolumne Testamenti scripturis fidem non adhibebis? Eandē quidem doctrinam & in Veteri & in Nouo Testamento contineri certum est, at in Nouo vberius, dilucidius, augustius Dei voluntatem explicari, nemo sanus negauerit, & scriptum peræquè esse ac vetus vt Scripturæ nomen mereatur. Hoc-cine igitur non est ratiocinari?

HAYVS.

De loco secundo, Ephes. 2. 20. *Superstructi super fundamentum &c.* Quid

Quid opus fuit mutare sensum orationis Apostoli. Et quæ non interpretat one eam obscuram facere? &c. pag. 57.

SERRANVS.

Si tibi esset, Hay, mens integra, integrum esse verborum Apostoli quæ ego citavi, sensum iudicares. Verba autem illa, Οὐτως ἀκέρωτος αὐτὸς ἰησοῦ χριστοῦ, cur non rectè exponitur, Cuius angularis lapsus est Iesus Christus? Sic enim loquuntur Latini. Tuo verò, Attice, palato magis arridet Hel lenismus, Existente summo angulari ipso Iesu Christo: neque te pudet barbara balburie affectare famam eruditæ venustatis? Verùm de re ipsa.

Munditię Hayanæ.

Si fidem doctrinamque Prophetarum & Apostolorum intelligit Paulus, cur nõ literarum monumenta? Vbi enim vel Prophetarum vel Apostolorum doctrina, nisi in ipsorum scriptis? Vbi fides, nisi in doctrina? Prophetarum credo, omnia monumenta Pauli tempore scripta fuisse nõ negabis. Apostoli superstites & iam multa scripserant, & quod postea scripserunt, eiusdem fuit auctoritatis: neque aliud quodpiam fundamentum Ecclesiæ dederunt. Prophetæ, Christum futurum prædixerant: Apostoli, & illum venisse & omnia quæ à Prophetis prænuntiata fuerant, adimplevisse docuerunt. Ita Ecclesiæ salus patefacta est, comprobata consensu Prophetarum & Apostolorum, salutaris doctrinæ σωαλίδια, fuit fundamentum Ecclesiæ: vt omnes fideles Christo, vni vnius Ecclesiæ post natos homines capiti, inferatur. Hæc est plana & certa horum verborum sententia. Quæ affers etiam ascitis patronis, sunt verè Iesuitica, id est falsa & ridicula.

Hayi verba in Hayum retorquentur.

Prophetarum & Apostolorum consensus in eadem fide.

Rom. 3. 21

Turrianum & Stapletonum aduocat in auxilium Hayus.

H A Y V S.

De tertio loco, 1. Cor. 3. 11. *Fundamentum aliud nemo potest ponere. &c.*

Nihil de scripto Verbo hoc loco inuenis, nisi fortassis, ipsum Christum Dominum scriptum esse Verbum sentias, sicq; perinde tibi erit, dicere scriptum Verbum esse notam Ecclesie, & Christum esse notam Ecclesie. &c. pag. 58.

S E R R A N V S.

Verbi scripti, id veri Verbi Dei subiectum notauit, Iesum Christum, vt debui: vt enim Verbum Dei scriptum certam esse Ecclesie notam è verbi Dei testimonio debebat ostendere, sic Iesum Christum esse atque animam, debebam ex eodem illo Dei Verbo demonstrare. Demonstrationis igitur meæ ἀλλυλαχίαν & nexum quis non videt, nisi cæcus Iesuita?

Paulus in hoc loco disertè loquitur de Verbo scripto, cuius fundamentum statuit, Iesum Christum.

De Verbo autem Dei eoque scripto, id est vero, haud dubiè agit Apostolus, vt & ex initio & progressu disputationis maximè elucet. Disputat aduersus Pseudapostolos, qui phalerata eloquentia Euangelij simplicitatem decurpantes, Christi crucem (quantum in ipsis erat) eneruabant, & Apostolicæ doctrinæ detrahebāt. Illis autem se opponit, suæque prædicationis subiectum, modum & finem luculenter describit. id est quid, quomodo & cur doceat. *Aedificandi* autem vocabulo vititur vt doctrinæ rationem & efficaciam ostendat. *Aedificij* prior & potior pars, est fundamentum

QVID SIT ECCLESIA. I 239

rum, cui cætera omnia videlicet superstruuntur. *Fundamenti* igitur nomine Christum designat, ad quem videlicet omnium & Prophetarum & Apostolorum doctrina, veluti ad principem primariumque finem refertur. Illam autem doctrinam scripto definit. sunt enim diſerta hæc illius verba, *ut discamus* SUPRA ID QUOD SCRIPTUM EST, *non sapere.* Quis ergo non videt Christum in Evangelio suo ita proponi: id est perspicue doceri à Paulo, Iesum Christum sese in Verbo suo patefuisse Ecclesie suæ: quum non possit magis à verbo suo separari, quàm sine Verbo suo intelligi?

Inſipidi igitur sunt & planè ridiculi Monachales Iesuitæ ioci, insanæque illius conuitia. Quasi verò quum ex Apostoli verbis doceo, Iesum Christum esse subiectum verbi scripti, dicerem, Iesum Christum esse verbum scriptum! Peræquè enim est ac si diceret, Historiã de Abrahamo & Davide scriptam, esse Abramum vel Dauidem. Inſcinitis illis sophistis, quibus sermo de cruce vel inſcinitia erat vel scandalum, sicuti nobis à Iesuitis: quibus quum verus Christus in Verbo suo seſe patefaciens non sapiat, quomodo non illi desipiant cum vesana & Græcorum & Iudæorum ceterua: quorum illis Evangelium stultitia est, his scandalum: Iesuitis Antichristi mancipiis, vtrunque?

Ut autem Hayi in veritate oppugnanda ingenium perspiciatur, duplex hinc eius Sophisma *Leſtor* nolet *Homonymia* & *Blasphemia*. quibus figuris nihil est Iesuitis magis vernaculum & proprium. Est profectò blasphema & procax homonymia, Verbum æternum, æterni Patris æternū Filium, Patri & Spiritui sancto *αἰώνιον*, Patris splendorem & characterem, cum Verbo suo confun-

Blasphemii & scelerati Iesuitarum ioci.

Hayus eō fundit Iesum Christum æternū & Patris *αἰώνιον*, Verbum, cum Verbo externo.

240 I. QVÆST. SECUNDA PARS,

dere, quum λόγος ille sit ὑψιστὸς & hoc verò πρῶτα sit θεοφωκία ἢ ab æterno Filio emanans. Perinde enim est (vt exemplo humano hominis-Majestatem representem) ac si quis Regem cum suo edicto confunderet. Qui hęc necessariam distinctionem ignorat, Christianæ religionis impertitus est: qui tam augustum mysterium audacia sua inuoluit, aduersus præcipuū religionis Christianæ caput blasphematur. Vtrunque Verbum rectè distinguit Apostolus, *Deus vltimis diebus hæc loquutus est nobis per Filium, quem constituit heredem omnium: per quem etiam mundum condidit: qui quum sit splendor gl.riæ & character persona illius, sustinet aq̄ omnia verbo illa suo potenti, purgatione peccatorum nostrorū per seipsum facta, se dicit ad dexteram Maiestatis illius excellentissime.* Non te igitur pudet, Hay, in rebus seriis tam profanè iocari: neque animaduerrere, te, dā perspicuè veritati obstrepis, palam confiteri te nihil habere quod veritati opponas præter præfrictam frontem: eoque ipso te à veritate victum grauiores manere pœnas, quippe qui exploratæ veritati sciens volens reluctæris?

Heb. 1.

Christus Verbi & Ecclesiæ suę fundamentū & anima. SVMMA EST, Christus est Verbi scripti subiectum, Ecclesiæ caput & anima, spiritualis Dei domus fundamentum, sacri illius ædificij amulus & regula. Quum verò primariæ Ecclesiæ nota inuestigaretur, & in Verbo scripto inueniretur Verbi illius subiectum indicādum erat, Christus nimirum: quū & in suo Verbo agnoscat Ecclesiæ suæ caput, & in eodem Verbo vocem eius Ecclesiæ agnoscat, vt sit sempiterna illius vocis autoritas, OUES MEÆ AUDIUNT VOCEM MEAM.

Necessaria confes-

Quod verò Caluino Hayus opponit, vt placet Iesuiticum & inane, nulla indiget responsione. Si enim

QVID SIT ECCLESIA. 241

enim Christus Ecclesie fundamentum est, necessarium
 sequitur, *Petrum non esse* Ecclesie funda-
 mentum, quum unius Ecclesie plura esse fun-
 damenta non possunt. Opportunè igitur hunc
 locum à me citatū, incommodè & per calūniam
 ab Hayo refutatū esse, Lector eruditus animad-
 uertit.

quinto.
 Christus est
 Ecclesia fun-
 damentum.
 Ergo non
 Petrus.

HAYVS.

De loco Petri, *Nulla Prophetia Scripturæ,
 propria est explanationis.*

1. Pet. 1. 20.

*Ad disputationem de notis Ecclesie hic locus
 non pertinet. Vera quidem est D. Petri oratio, at
 ex ea non efficitur scriptum Verbum esse Ecclesie
 notam. pag. 58.*

SERRANVS.

Imo maximè. quid enim est ædificare Ecclesiã,
 nisi docere rationem, qua veram salutarè que
 Christi doctrinam fideles, Ecclesie membra, con-
 sequuntur? Hoc unice facit Petrus, & Prophetici
 sermonis cum Euangelio consensum docet. Idem
 igitur affirmat quod Paulus, *Ædificari Ecclesiam*
doctrina Apostolorum & Prophetarum. nam de se
 loquutus erat: tum de Prophetis agit. Itaque pri-
 mariam Ecclesie notam sic designat Petrus.

Porrò, propria est circumstantia de Verbo scri-
 pto. Testatur enim Petrus, se (quòd sciat brevi
 futurum vt deponat tabernaculum suum, id est
 vt de vita excedat,) daturum omnem operam vt

Vera sententia hu-
 ius loci,
 De Pro-
 pheticæ
 & Apo-
 stolicæ do-
 ctrinæ cõ-
 sensu.

Petrus di-
 fertè agit
 de Verbo
 scripto.

Q. j.

post exitum suum doctrinæ salutaris memoria sit Ecclesiæ perpetua. Horum enim illius Verborum hæc est sententia, *Ἐγὼ εἶμι μετὰ τοῦ ἑκκλησίου ἕξουσιον τῶν τέτων μηνῶν ποιῶντες*. Quomodo autem Petrus doctrinæ illius quam de Christo superstes prædicauerat, memoriam propagauit, & ad posteritatem transmisit, nisi scriptorum illorum monumentis quæ Ecclesiæ reliquit? De scripto igitur Verbo Petrum agere, planè perspicuum est.

Demōstrationis ne-
xus & se-
ries.

Demonstrationis autem meæ hæc est *ἀλλὰ λέ-
χια* siue *συναλήθεια*. Dixerā de Verbo Dei vniuerse, & de illius subiecto. Proximum erat vt de Veteris & Noui Testamēti doctrina agerē peculiariter. Primū igitur de Veteris instrumenti monumentis, quæ tanquam lucerna prælucebāt Ecclesiæ, antequàm Sol ille iustitiæ Christus oriretur. De Noui Testamēti, quod EVANGELII nomine propriè insignitur, doctrina mox ago.

De loco, *Non est aliud Euangelium &c.*
Galat. 1. 7.

HAYVS.

Vos Caluini inuertitis Euangelium Christi, dum commenta Caluini pro sacrosanctis religioni nostræ oraculis populo proponitis. Non nominat hoc loco Paulus scriptum Verbum. Implora Græcorum opem, & conuince Apostolorum nomine Euangelij, scriptum Verbum significasse. pag. 58.

SERRANVS.

Redit ad suas fugas Hayus & suo more præuaricatur.

ricatur. Verùm hæc *βαττολογία* indigna est respō-
sione. Hic vnus de Verbi Dei autoritate locus e-
uincet nos Euangelium Christi integrè ample-
cti: vos, euertere.

De Verbo autem scripto hîc Apostolum loqui,
sic demonstrō. Quòdnam Euangelium vult reti-
neri à Galatis Apostolus? Nōne illud quod ipsius
prædicatione acceperunt? Certè, ait enim, *περὶ τὸ
εὐαγγελίου ἡμῶν*. Illud autem quòdnam sit, tota epi-
stola ipsa docet: ac proinde Euangelium illud v-
num, ipsum illud est, quod Apostolus literis man-
dauit. Ita de Verbo scripto agit. Qui hoc negat,
negat Paulum scripsisse Epistolam ad Galatas, id
est penitus insanit. Nihil est igitur causæ cur Græ-
corum opem, *σκοτεινὸς* atticè, tuo hortatu implorē.
Res ipsa, epistola ipsa, Apostolus ipse in suis scri-
ptis superstes, clamât te esse stellionem & pro-
fligatæ quidem audaciæ: quippe qui ré omnibus
plenam & perspicuâ neges. Abi igitur cum ine-
pra tua crassâque impudentia, & iudicet Lector
quàm infeliciter nūgeris aduersus Veritatem.

Inanis
Hayi re-
petitio.

Loquitur
discretè A-
postolus
in hoc lo-
co de Eu-
angelio
quod Gal-
latis præ-
dicauerat
& literis
mandauit
dū ad
eos scribere
ret. id est
de Verbo
scripto.

TESTIMONIA PATRVM
ad idem Axioma probandum adhi-
bita, oppugnantur ab Hayo, à me
propugnantur.

HAYVS:

*Si fundamentum erroris tui non aliter in Ec-
clesiæ consensu posueris quàm in Scripturæ veri-
tate fecisti, omnis tua firmitas per se sine dubita-
tionē corruet. pag. 58.*

Q. ij.

SERRANVS.

Iesuiticę
ἀλαζονείας
bullę.

Sunt verba & voces, & Sophistarum loci communes. Rerum autem ipsarum quę & hactenus agitate & posthac agitabuntur inter nos, iudicium penes eruditum & Christianum Lectorem est. Vobis autem sanctam Antiquitatem aduersari, te verò, Hay, ridiculum esse & malignū obrectatorem, ex hac defensione mea peripicuum fore confido.

De loco Tertulliani in lib. de præscriptionibus hæreticorum *sive* aduersus hæreticos, *Nihil nobis licet ex nostro arbitrio inducere.* &c.

HAYVS.

Tertullianum si diligenter legisses, nunquam librum eius de præscriptionibus aduersus hæreticos, appellasses de præscript. hæreticorum. *Vidisti apud tuum Calvinum, Tertull. de præsc. hæret. & ne vox manca & imperfecta veniret, eam sic perficere tibi visum est. Adiciam quę antecedunt verba illa quę nobis obiicis, ut quid voluerit Tertullianus omnes planè intelligant.* &c. pag. 59.

SERRANVS.

Non te pudet, Hay, de re nihili triumphos captare, id est thraſonicè & sycophanticè nugarè quum

quum enim Tertulliani verba sint à me fideliter descripta, ècquod tantum esset scelus, si in tituli vel paginæ notatione lapsa esset memoria, vel ut sæpe fit, typographicè peccatum? Iccircòne minus verum fuerit Tertulliani testimonium, vel tua minus impudens tergiuersatio effugia rei captans, ne ad rem ipsam respondeas?

De re quidem ipsa mox viderimus: at in tituli illius quem rectè notavi, inepta & imperita vellicatione, videris quàm sis ridiculus! Reprehende quoque tuum Turrianum qui in præfatione eius libri quem scripsit aduersus Sadeélem nostrum, citans hunc librum Tertulliani, eo ipso titulo eù laudauit quo ego, multarum editionum & manuscriptorum codicis vetustissimi fidem autoritatè que sequutus, *De præscriptionibus hæreticorum*. Certè duplicem ei libro titulum vel à Tertulliano vel ab erudito quodam inditum è subiectè rei argumento fuisse constat, *De præscriptionibus hæreticorum, & aduersus hæreticos*. Duo enim præscriptionum genera ibi recenset Tertullianus: vnum, hæreticorum: alterum, Ecclesiæ. illud verò refutat primo loco, hoc confirmat secundo. Inde duplex libro titulus accommodatè tributus est. Ego verò priorem illum de præscriptionibus hæreticorum Titulum notavi, quòd locus à me citatus, in priore disputationis parte contineretur. Dum hoc ignorat meus Monachus, Antiquitatis cum primis peritus, Iesuiticè mihi insultat, quasi Tertullianum nunquam legerim nisi apud Caluinum. Atqui hæc quidem de titulo. Quum autè de re ipsa maximè agatur, mè que etiam eo nomine potissimum reprehendat quasi Tertulliani in eo libro consilium corruperim, vniuersæ disputationis summam & seriem iuuerit breuiter notare.

Pudenda Antiquitatis ignorantia in Hayo certis argumentis deprehensa.

Tertulliani liber de præscriptionibus hæreticorum, vel aduersus hæreticos.

Finis. sū-
ma & œ-
conomia
illius li-
bri.

INSTITVTVM est Tertulliano docere, hæ-
reticis nihil esse causæ cur ab Ecclesia Catholica
deficerent nulliûsque esse momēti ea omnia que
ad insaniam suam prætexerēt: ac proinde ad Ec-
clesiæ autoritatem esse reuocandos, quæ vt inter-
pres est & custos veritatis, sic in illius sinu fideles
veram salutarēque doctrinam debeant discere,
& ex illius doctrinæ auspicio omnium hæretica-
rum peregrinariūque doctrinam adulteria di-
gnoscerere atque detestari. Præfatus igitur Tertul-
lianus in ipso disputationis primordio, hæreses
esse veræ doctrinæ abortus, & fugam ab Ecclesia,
neque tamen vel de veritate dubitandum vel ab
Ecclesia resiliendum, sic ingreditur priorem par-
tem disputationis: in qua docet quidnam ab Hæ-
reticis proferreretur, cuius specie & obtentu Ec-
clesiæ præscriberent. id est Ecclesiæ autoritatem
eleuarent atque eluderent. Vtitur autem vir iuris
peritissimus vocabulo in iure ciuili vsitato. *Præ-*
scribere. n. est excipere: & *Præscriptio* est vsucapio.
quum enim (inquit doctissimus Iurecōsultus) vin-
dicanti rem suam Domino possessio longi tem-
poris obiicitur, præscribi ei dicitur: eaq; *præscri-*
ptio longi temporis, præcisa locutione, pro *præscri-*
ptio ex longi temporis possessione, appellatur. Sic
Præscriptionem hereticorum vocat Tertullianus,
illud omne quod iuris cuiusdam specie Hæretici
Ecclesiæ Catholicæ opponebant, quasi nimirum
exquisitam quandam veritatis cognitionem ha-
berent. Nam Traditiones quasdam non-scriptas,
ἰουστὰς τῶν ἁγίων atque sanctiores proferebant quæ in
Prophetarum Apostolorūve scriptis minime
continerentur. Neque verò omnes Scripturas re-
cipiebant: & quas receperant, aut interpolabant
aut si quas integras agnoscerent, pro arbitrio in-
terpretabantur. Duo autem exquisitoris illius
doctrinæ

doctrinæ genera (cuius obtentu præscriberent
 Ecclesiæ de veritate) afferebant. Primum genus
 erat, subtilis quædam rerum indagatio, è philoso-
 phorum institutis præceptis que conformata: quæ
 simplicitatem Evangelij (teretioribus videlicet
 auribus exquisitam illam docendi rationem quæ
 σοφίας λόγον appellat Apostolus, philosophici cha-
 racteris exemplar & foetum, impensè amantibus
 sordentem) magnifico quodam ampullatòq; di-
 cendi genere emendaret. Id autem & in re & in
 ipsa docendi ratione ab Hæreticis factitatum fuis-
 se Tertullianus docet. aiebat enim neque om-
 nia Apostolos scisse, neque ea quæ sciuerint, om-
 nia omnibus tradidisse: ac proinde plenior
 quandam veritatis cognitionem aliunde quàm
 è Scriptura hominibus posse cõtingere. Secun-
 dum autem doctrinæ illius exquisitioris genus,
 erat libera & curiosa quædam indagatio verita-
 tis, & sine Scriptura & cum Scriptura. quum e-
 nim incertam & obscuram esse Scripturam di-
 cerent, tum demum illius vberiore quandam
 cognitionem ei constaturam, qui ingenij sui aciẽ
 ad hanc disquisitionẽ vehementius efficaciusque
 intendisset. Inde per vulgatum apud illos di-
 ctum, **QVÆRITE ET INVENIETIS.** Ec-
 quis autem non videt idem hodie à Iesuitis dici
 & factitari? Est illis verbum non Scriptum, ma-
 gnorum mysteriorum matrix. Aristoteles sedet
 illis summus veritatis arbiter. Allegoriarum my-
 sterijs summum apud eos pretium: Evangelij sim-
 plicitas illis sordet: vt cæteras comparationis cir-
 cunstantias prætermittam. Horum igitur com-
 mentorum specie, Hæretici plausum quærebant,
 vt præscriberent ei doctrinæ quæ in Ecclesia Ca-
 tholica sonaret, tanquam & minus validæ & mi-
 nus illustri, & ad homines docendos permouen-

248 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
dòsque minus aptæ. Istam hæreticorù præscrip-
tionem Tertullianus copiosissimè & neruosis-
simè refutat luculentissimo Scripto.

Indicatis, vti dixi, Hæreticorum incunabilis,
id est eos à veritate & Ecclesia defecisse, vniuer-
sè disputationi primum & immediatum subter-
nit *ζῆλον*, Doctrinam salutis non ab hominis ar-
bitrio pendere, sed ab vno Deo salutis autore ac-
cipiendam esse: deinde, singulas hæreticorù præ-
scriptiones refutat: denique, Ecclesiæ præscrip-
tionem luculenter describit, reliqua disputationis
parte. Hic scopus est, hæc summa, hæc œconomia
illius libri, qui à gemino argumento geminum
nomen inuenit. Tituli igitur rationem, & Haya-
næ in me sine causa reprehendèdo suggillandoq;
procacitatis & virulentix demonstrationem Le-
ctor eruditus & sobrius animaduertit. Ita ad cæ-
tera quæ propriam loci à me citati circumstan-
tiam pertinent, iam respondeo.

Quidnam
& quorsù
è Tertul-
liano cita-
ueram ex
hoc loco.

Ineptam
Hayi re-
prehensio-
nè ex hoc
loco Le-
ctor ani-
maduer-
tat.

Illud ipsum quod disputationi suæ posuerat
Tertullianus, ego meæ probationi posueram pri-
mordium: Deum videlicet, non hominem quem-
quam, autorem esse Verbi sui: cuius non autores,
sed ministri, interpretes & custodes sunt, vel in-
ter homines illustrissimi atq; sanctissimi. Hæc est
perspicua germanaque Tertullianæ orationis
sententia.

Quid hinc meus Iesuita, exquisitissimus scilicet
Antiquitatis Mystes? Ne nihil dicat, infarcit quæ
nihil planè faciunt ad institutum, neque pro se
neque contra me nisi fortasse contra se voluit A-
postoli & maximi Doctoris sententiam proferre,
vt omnes norint ipsum esse *αυτορατάειον*, id est,
vt noster Tertullianus interpretatur, sibi damna-
tum: quòd miser apostata, ab Ecclesiæ profugus,
conscientiæ suæ testimonio conuincatur, se agni-
tæ

et veritati bellum indixisse & furiis apostasie inflammari. Quod excipit, eiusdem est ingenij & pudoris: Me idcirco falsum esse illis verbis, *Sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus assignarunt.* Mihi enim perinde esse, Assignare disciplinam & eam scribere.

Cedò igitur, mi homo, si vera est illorum verborum interpretatio quam affers, *Apostolos erudisse nationes in Christiana religionis mysteriis, nihilque ad earum salutem necessarium, ipsis occultis esse voluisse:* quomodo nationes erudierunt, nonne eo modo quem Tertullianus notat (ut è Tertulliano Tertullianum tueamur) *tam viua (quod aiunt) voce quam per epistolas postea?* Ergo *Assignare disciplinam,* quidnam aliud Tertulliano esse potest, quam vniuersos homines docere, & verbis & scriptis? Cur scripta sua Apostoli Ecclesie constare voluerunt, nisi in eum finem & usum quem Petrus designat, ut eadem illa doctrina quam superstites docuerant, mortuis viua superesset? *Nulla doctrina diuersa sibi que dissentiens potest esse testimonium veritatis,* inquit Tertullianus. Non aliud viua voce docuerunt Apostoli, aliud scriptis. Id & verbis & literis assignarunt quod Deus ipsis assignauerat, Deus salutis nostrae autor ipsis salutaris doctrinae ministris atque preconibus.

Ergo maiorem (inquis) *Apostolorum partem probabis susceptum à Christo Domino docendi munus non diligenter sustinuisse: quum paucorum tantum scripta habeamus.* Quasi verò omnium seruatorum suorum opera peræquè vratur Dominus in Ecclesie suae administratione: aut minus sint fideles serui, quid quod Dominus mandauerit, sint exequuti! Varia variis suis seruis pensa Deus distribuit, in omnibus efficax pro ea mensura quam

ipse distribuit omnibus Petrum, Paulum, Ioannem, Iacobum, Matthæum, Iudam voluit esse scribas atque notarios suæ veritatis: cæterorum Apostolorum ministerio si noluit vti ad eam scribendi operam, idcirco minus illud fuit efficax Ecclesiæ, & vbi, & quando, & quomodo & quibus voluit Domini sapientia: aut minus illi fuerunt fideles in ipsius domo? Eadem veritate concludere, Apostolos, quorum scripta ad nos minimè peruenerunt, aliud quoddam vel diuersum vel contrarium doctrinæ genus habuisse quam ipsorum collegæ habuerint, quorum scripta ad Ecclesiam suam transmitti voluit Deus.

Abi igitur, Hay, & negato Verbum scriptum non esse verum veri Dei Verbū, id est illud ipsum Dei Verbum quod omnes vno ore Apostoli prædicarunt. An aliud quodpiam sit Verbum, an verò in eo omnia ad salutem necessaria contineantur, quando ita vis aduersus te, nouiq; Verbi patrones & fabros, suo loco differemus. Hoc certè modo per te constat, Verbum Dei Prophetarum & Apostolorum literis perscriptum, esse verum & ἀναμνηστικόν Dei Verbū: illudq; ipsum quod voce prædicauerant, scripto fuisse commendatū. Illudne sit solum necne, an aliud quodpiam sit Verbum non-scriptum eiusdem cum scripto fidei & autoritatis, (sicuti Iesuitæ affirmant) suo quidè loco viderimus: certè, ex hoc Tertulliani libro perspicuum est, fidem nostram Scripturarum firmitate inniti: quemadmodum ex vniuersa disputatione Lectori constabit, maximam ex eo vtilitatem haud dubiè percepturū. Hæc verò ibi sunt illustria, *Nullam esse sine Scripturis fidem: & Aliunde scilicet loqui possunt de rebus fidei nisi è literis fidei: & Sed credant sine Scripturis, ut credant aduersus Scripturas: ne cætera ἀπομνηστικὰ* memo-

QVID SIT ECCLESIA. 251

memorem. SCRIPTI igitur VERBI autoritatem Tertulliano teste sic factam tectamque habemus, quicquid responderit Hayus. Cur autem necesse fuerit Verbum Dei scriptis mandari, iam exponet noster Tertullianus, quem quoque à Iesuitæ calumniis vindicabimus.

De loco Tertulliani in Apologetico,
Quò plenius & impressius &c.

H A Y V S.

Lubenter te ex hac Tertulliani oratione pro tua nota disputantem audirem, ut notare & obseruare possem argumenti tui vim. Nos tibi veram esse Tertulliani sententiam concedimus. At ille neque solis Scripturis ait contineri fidei nostræ dogmata, neque Scripturas esse Ecclesiæ Christianæ primariam notam assenerat. Quid respondebis Tertulliano in illo tuo &c. à pag. 59. vsque ad pag. 61.

S E R R A N V S.

Audi igitur postquam Tertullianus Ethnicæ superstitionis vanitatem refutauit, ad Christianæ religionis demonstrationem aggreditur. Docet primum Christianæ veritatis de vno Deo testimonium ex Naturæ luce constare. Ex illius quidē lege & instituto coli à Christianis vnum Deum, qui Vniuersum hoc condiderit: Deum inuisibilem, incomprehensibilem, inestimabilem, immensum: ex huius autem præconio eundem cognosci, par-

Vera & germana loci è Tertulliano à me citati sententia.

252 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
 tim ex operibus suis, partim ex testimonio con-
 scientiæ, bonum, magnum, iudicem: vt certum sit
 testimonium animę naturaliter Christianę. Verū
 vt vberior certiorque hæc esset cognitio de Deo,
 quam in hominum animis per Naturam insee-
 rat. id est vt & ipsum, & ipsius voluntatem intel-
 ligeremus: neque id hominum arbitrio relinque-
 retur, qui naturalem illam de Deo noticiam con-
 taminauerat, docet Tertullianus Deum excitasse
 idoneos Veritatis suę testes: qui non sermonibus
 tantum sed literarum monumentis veram sui cog-
 nitionem hominibus patefacerent, illudq; Na-
 turæ & conscientię testimonium pleniore & cer-
 tiore lumine confirmarent: atque adeo generi hu-
 mano certum ad felicitatis iter commonstrarent.
 Hęc est summa pulcherrimi sermonis quę apud
 Tertullianum orthodoxę antiquitatis studiosus
 cum maxima vtilitate recognoscet. Audiat ita-
 que meus Hayus argumenti mei ex his Tertul-
 lianeis collecti vim & finem.

Argumen-
 tū meum
 ex hoc
 Tertullia-
 ni testi-
 monio.

*Tertullianus docet Deum ad naturalem sui
 cognitionem adiecisse Verbum suum. & illud qui-
 dem literis mandari voluisse, vt per illud ab iis
 quos felicitati destinauit, agnosceretur & co-
 leretur.*

*Hoc ipsum quoque docemus, Verbum nimirum
 esse notam Ecclesię, illudque Verbum esse Scri-
 pturam, quę salutis æternę iter commonstrat.*

Itaque Veritatem hanc quam docemus, Ter-
 tulliani testimonium confirmat.

Maior ex ipsa Tertulliani lectione elucet: mi-
 nor, ex illius doctrinę cum nostra comparatione.
 Nos affirmamus collectam fuisse Ecclesiam Ver-
 bo Dei: Verbum Dei sanctis hominibus patefa-
 ctum fuisse vt non tantum Naturę luce sed pro-
 prio

prio Dei testimonio Deum cognoscèrent. Hoc autem Dei de se testimonium ne incertum esset & ambiguum, literis consignasse, Prophetarum & Apostolorum suorum ministerio. Ecquid aliud ait Tertullianus? sunt enim hæc ipsius verba:

Quò plenius & impressius tam ipsum quàm dispositiones eius & voluntates adiremus, instrumentum adiecit literature. Quomodò? Viros enim iure à primordio in seculum emisit spiritu inundatos, quo predicarent Deum unicum esse &c. Illos autè prædicatores ait Prophetas fuisse appellatos, quorù voces & virtutes ait in thesauris literarum manere, & illas quidem proprias & vernaculas literas esse Ecclesiæ: quarum Scripturarum maiestatem variis argumentis probat, illarum autorem Christum esse ait. In quem finem? Ut de Deo homo inquireret, inquisitum inveniret, inuento crederet, credito deseruet. & Ut vite æternæ & præmia & supplicia intelligeret.

Hoc cene non est luculenter describere Ecclesiam Dei, veritatis & felicitatis heredem? Atqui non possunt hæc nisi in Verbo Dei intelligi: neque ex hominibus quisquam hoc intelligit nisi per Verbum Dei: neque sacer ille cœtus veritatis & felicitatis heres, aliis auspiciis ad veritatem felicitatemque aspirat, non aliis eas consequitur quàm per Verbum Dei, non aliter à factorum hominum cœtibus discriminatur quàm illa Verbi Dei nota. Ecquis igitur non videt vim argumenti mei in Tertulliani testimonio, quod de scripto Dei Verbo & de Ecclesia sua illa notatione illustri luculenter concionatur, cuius defensionem vir pius & eruditus toto illo scripto instituit. Itaque de importuna Hayi reprehensione Lector ex his iudicato.

Verùm, quum ad rem nihil potuerit dicere,

Pag. 59.

Hayi $\delta\alpha\tau\omega$
 $\pi\lambda\acute{\alpha}\nu\sigma\tau\iota\varsigma$ si
 ne aberra
 tio nouū
 è Tertul
 liano locū
 mihi opo
 nentis.

Triplex
 Hayi ca
 lumnia in
 hac $\epsilon\gamma\gamma\epsilon$
 $\sigma\sigma\epsilon$.

Prima est
 in perso
 nis & re
 bus. At ne
 gat Ter
 tull. neq;
 cum qui
 buslibet
 personis
 neque de
 quibusli
 bet rebus
 disputatio
 nem esse
 instituē
 dam.

extra rem Hayus euagatur. Nouum mihi opponit
 locum è Tertulliano : quem veritati ab iplo tam
 luculenter explicatæ veluti aduersantem vult à
 me explicari. & *Quid respondebis*, inquit, Ter
 tulliano neganti hereticos admittendos ad dispu
 tationem de Scripturis, tum etiam quòd Catholi
 ci sint legitimi Scripturarum possessores, tum etiam
 quòd eiusmodi disputationes plus calamitatis quàm
 boni dare soleant.

Tria tibi, Hay, respondebo. Primum, te insigni
 ter calumniari. non enim simpliciter & absolute
 ita loquutus est Tertullianus, sed $\gamma\epsilon\gamma\alpha\tau\alpha\pi$. Erat ni
 mirum illi res cum præfactis hominibus qui ab
 Ecclesia transfugæ, illius autoritatem sic elude
 bant vt vel Scripturas aliquas non reciperent, vel
 quas recipere adiectionibus & detractionibus
 interpolarent, denique quas reciperent pro libi
 dine interpretarentur. Interea Scripturæ nomine
 fusè gloriabantur. Et personas & rem ita designat
 Tertullianus. *Quid ille?* Affirmat frustra de Scri
 pturis iniri disputationem, quum omnibus vtrin
 que commune sit nomen, nisi prius constet quæ
 nam sint Scripturæ quibus competat fides ipsa
 cuius sint Scripturæ, à quo, per quos & quando
 Christiana doctrina qua ædificatur Ecclesia, in
 notuerit. Itaque non esse ferendam audaciã pri
 uatum quendam hominem contempta Ecclesie
 autoritate Scripturas nullo iudicio prætexeres
 suumque iudicium publico Ecclesie iudicio ante
 ferre. Itaque non temerariis huiusmodi cõdo
 nandum vt de Scripturis instituat cum illis di
 sputatio : sed primùm explorandum esse an sint
 Ecclesie alumni velintne se illius iudicio sub
 mittere. Atqui ponit veram Ecclesiam Tertullia
 nus quam qui negat esse veritatis custodem &
 inter

interpretem, planè insanit. Abusum igitur non
vsum Scripturarum notari, ex his perspicuum est.

Secundò, constat esse principij petitionem, id
enim Hay, quod est in controuersia ponis tanquã
ratum. Atqui neque nos sumus hæretici, neque
vos estis Catholici. Catholici appellatio vo-
bis est *ἀσύνετος* & falsa: nobis, *σωτήριος* & vera,
quum penes nos sit pura simplèxque Veritas: vos
Médacium veritatis nomine & specie, amplecta-
mini & osculemini. Sacrorum codicum custos
esse non potest pseudocatholica illa Ecclesia ve-
stra, quum Antichristi Romani ductu & auspicio
audeat de Verbo Dei pro arbitrato statuere, & vo-
cem peregrini illi anteferre.

Tertiò, perspicuũ est te noua fallacia illudere.
Sicuti .n. neq; de quibuslibet hominibus neque
de quibuslibet rebus loqui Tertullianum osten-
dimus, ita neque quolibet modo disputationem
vult institui. Non omnes enim disputationes da-
minat quæ cum hæreticis habentur (cur enim ipse
aduersus hæreticos Scripturarum autoritati sub
ipsarum nomine detrahètes de Scripturis dispu-
tasset?) sed eas quæ præposterè & inconsideratè
sunt: cuiusmodi sunt Iesuiticæ & Thrasonicæ ri-
xæ, quales *λογωμαχίας* damnat Apostolus, & nos
detestamur, Christianas de Veritate *εὐζήνοισις* per-
reptantes, vt perutiles & necessarias ad illustran-
dam veritatem. Huiusmodi congressus si quando
quam nobis offers conditionem, vt videamus
quid ab Apostolis didicerit, & quid docuerit, &
quid nunc doceat Romana Ecclesia.

Tuam verò interea amentiam Lector mirabi-
tur, qui nos ad Concilij Tridentini decreta au-
toritatèque reuoces, vt te tua regula metiãre, &
meretricem proprio testimonio probes esse castã

Secunda,
quũ causa
indicta
nos vt hæ-
reticos da-
mnet.

Tertia,
quũ legit
ma dispu-
tationis
modũ cõ-
fundat.

Iesuitica
vecordia
nos aman-
dat ad tri-
bunal Tri-
denticõ
ciliabulũ.

236 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
matronam. Nunquid igitur te pudet in te seria
tam supinè nugari, id est eos Iudices nobis præ-
scribere quos partes eâsque hostili animo odio-
que infensissimas quotidie experimur? Concilium
Tridentinum tribus aut sex dentibus si maui-
s arripito: nos terdentatos illos iudices repudia-
mus, & te dentes ne quicquam intentantem vt
vecordem negligimus.

H A Y V S.

De loco Hilarij, lib. I. de Trinit. *Quoni-*
itaque de rebus Dei.

Hilarium planè non intelligis, qui cum errori-
tuo fauere existimas. &c. pag. 61.

S E R R A N V S.

Hilariani
testimo-
nij scopus
& senten-
tia
Deus Ver-
bi sui au-
tor.

Verbi illius quod primariam esse Ecclesiæ no-
tam affirmamus, demonstrâdus erat autor, Deus
vt cur Verbum Dei dicatur, intelligeremus. Illu-
stre est ad hanc veritatem ostendendam Hilarij
testimonium: cuius plana est perspicuâque sen-
tentia, Non hominum arbitrio nos stare aut ca-
dere, sed salutaris doctrinæ autoritatem totam
esse à Deo vt ipsum autorem, homines ministros
esse intelligamus, illiusque Verbo idcirco ac-
num Verbo. Meæ demonstrationi necessariam
fuisse illam circumstantiam, nemo non videret
eamque Hilarij testimonio commodè probari.
Itaque tuis, Iesuita, nugis quid nugacius, fa-
cculis

certis quid infacetiis infeliciusve excogitari potest?

HAYVS.

Nemo est nostrum qui neget Verbum Dei scriptis Apostolorum & Prophetarum contineri. Ceterum à te libenter discemus, quid sentias de scriptis Marci & Luca, quos Apostolos non fuisse constat. Quid item per Prophetarum scripta intelligas, difficile enim vobis erit probare omnia quae in Veteri Testamento leguntur à Prophetis esse conscripta. Vehementer etiam cupimus ut omnes Scriptores Veteris Testamenti nominatim esse numerandos, subtrahi aliqua ratiocinatione ex Dei Verbo comprobes. Certè Calvinus negat siue Paulum siue alium quemvis ex Apostolis scripsisse Epistolam ad Hebraeos, quamvis multis in locis secum pugnant, Apostolo eam tribuat.

SERRANVS.

Causa igitur profligata est, Lector. Id. n. cōcedit aduersarius in quo sita est nostra controuersia. Si ita est, Hay, cur nouis dubitationibus luculentā veritatem inuoluis? At ne infinita sit contentio, certis conditionibus litem definiamus. Haecenus frateris Verbum Dei scriptis Prophetarum & Apostolorum contineri, ac proinde nostris rationibus acquiescis. Nouum argumentum opponis, cui si satisfecerimus, nunquid euicerimus? Certè, si non te veritati cedente, erudito saltem Lectore

R. j.

Hayus tãdem fateatur esse verū quod a firmamus.

Nota tamen exceptione respondet.

258 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
iudice sic dirimatur controuersia. Sit ergo tuum
argumentum huiusmodi

QVINTVM HAYI
ARGVMENTVM.

Si Prophetarum & Apostolorum scriptis Verbum Dei scriptum continetur: omnino necesse est nullum cuiusquam scriptum quam illorum esse Verbum Dei.

Atqui scriptura omnes libri, neque sunt Prophetarum neque Apostolorum tantum.

Ergo Prophetarum & Apostolorum scriptis Verbum Dei scriptum minimè continetur.

Maior per se probata est. Minorem Hayus probat ex vtriusque Testamenti, Veteris nimirum & Noui, libris. neque enim omnia quæ in Veteri Testamento leguntur, à Prophetis fuisse conscripta, neque omnes Noui Testamenti libros ab Apostolis: quum perspicuum sit Marcum & Lucam, Euangelij tamen scriptores, in sanctorum Apostolorum numero minimè censerì.

Inepta
Hayi vel-
licatio,
Marcum &
Lucam non
esse Aposto-
los: ac pro-
inde Pro-
phetarum
& Apосто-
lorum scri-
ptis tantum
Verbum
scriptum
minimè
contineri.

Respondeo, esse crassam & planè ludicram Homonymiam. Quis enim nescit, Prophetarum appellatione, omnes Veteris Testamenti scriptores: Apostolorum autem nomine, omnes Noui Testamenti scribas censerì? Ita loquitur passim Scriptura: vt ex illis dicendi generibus constet, Sicut scriptum est in Prophetis: Ecclesiam superstruam fuisse super fundamentum Prophetarum & Apostolorum: Deum loquutum fuisse Patribus per Prophetas: &c. Mosem maximum Dei Prophetam fuisse non, opinor, negabis: Dauidem singulari Prophetix dono excelluisse. Conscriptas quoque fuisse historias à Propheta quodam qui negauerit, ex ipsa

ipsa historia conuincetur. De Apostolis quoque constituendum est, licet peculiari significatione Apostoli vocentur *ἄποστολοι* singularibus illis donis illustres quos Deus vocauit ad extraordinarium Euangelij sui præconium, tamen & Marcum & Lucam in illorum censu haberi: quorum vt notariorum opera & ministerio Deus vsus est ad historiam Euangelij conscribendam. Aperte igitur prophanas & verè Iesuiticas *λεπτομερειας*, quarum vanitas ab ipsis pueris deprehendi & cõuinci possit. Omnes sacri Codicis autores *ἱερογράφους* esse qui negabit, eo ipso se impium & blasphemum prodet. Et audebis adhuc, miser Apostata, mendacis Spiritus vertigine perculsus, iniicere dubitationem in hominum imperitorum animis an Marcus, Lucas, sint Apostoli, omnesque Veteris Testamēti scriptores, sint Prophetæ? Qui seruorum Dei tot authenticis testimoniis omnium exceptione maiorum personis detrahit, ipsorum profectò doctrinæ detrahit. De autore autem Epistolæ ad Hebræos quod ais, est planè tuum, id est vanum & importunum. Græcorum & Latinorum Theologorum vetus quæstio est, de autore illius Epistolæ: vt non cum vno Caluino, sed cum tota Antiquitate rem tibi esse perspicuū sit. Verū cur de notario siue scriba disceptatur, quum de ipso autore constet, nimirum Spiritu sancto? quæ admodum sæpe Caluinus inculcat. Atque hæc quidem aduersus tuum argumentum, vt te etiam *εὐτοκῶτα καὶ εἴτερον* teste, plena sit Veritatis victoria.

TERTIVM AXIOMA.

Omnia fidei nostra dogmata ad salutem nostram necessaria, in Scripto Dei Verbo planè & perfecte contineri.

HAYVS.

Ve malè posuisti initia disputationis tue. sic cætera que i. de sequi existimasti, pessimè à te sunt constituta. Ponis axioma demonstrationi. prorsus non assequor orationis tue veritatem. Magister tuus te hoc modo barbare effuisse quicquid in buccam venit, docuit. pag. 62.

SERRANVS.

Iesuite rerū ipsarū & Logice imperiti, id arroganter reprehendunt quod nesciunt.

Non mirum est te ordinis seriem non assequi, qui ordinis planè es imperitus. neque enim cæcus iudicare potest de coloribus: erroris tamen cæcitatem demens arrogantia comitari solet, & procax reprehendendi res incognitas libido, ver-naculum Iesuitarum insigne. At quò petulantius insultas, eò magis insanire te ex teipso iudicabit Lector: quum Veritatis odium sic tibi oculos ob-cæcarit, omnemque adeò sensum ademerit, & de rerum etiam earum quas profiteris quæque in communi vitæ vsu versantur, summam prodis imperitiam. Demonstrationem esse certissimam viam ad Definitionem illam quæ τεχμηρίως & τὴν δὲ ὅτι siue per causam definitio dicitur, (quale ego in Ecclesia definienda quæro) è Peripato per-spiciuum est: cuius extat Decretum passim promulgatum, πᾶσαι ὁρισμῶν δὲ ὁρισμῶν γίνονται, Omnes scientiæ per definitionem constituuntur: ac proinde nō rectè sciri Ecclesiam posse nisi rectè & è veris suis causis definitam, nemo non videt præter cæcos Iesuitas. Demonstrationis verò fulcra, esse Axiomata è Logica si nescit Hayus, ἄλλοτε ἰε eo ipso profiteretur, quòd logicæ orationis vim & ordi-

ordinem (est enim illa Logices vera & nativa venustas) se minimè assequi palàm profiteatur. Iam verò demonstrationis meæ qua iter sterno ad Ecclesiæ definitionem, seriem & contextum, id est (vt Logicis vocabulis à me sæpi⁹ inculcatis vtar) *ὡσαύτις τῆς αὐτῆς & ἀλλήλων* ostenderem, vt nō esset necesse me hic actum agere, nisi me aduersarij cogeret importunitas. Primum posui Axioma, *Verbum Dei esse primariam Ecclesiæ notam*: quum illo Deus vtatur instrumento ad suorum salutem quorum communio Ecclesia est, & illa sit interior nota electorum, & exterior nota qua sacer Deo coetus à profanis hominibus distinguatur. Sic veras causas notari, eruditus Lector animaduertit. Secundum Axioma erat, *Scripturam, id est Prophetarum & Apostolorum doctrinam, esse verum & indubitatum Dei Verbum*. quod necesse fuit perspicuè notari, quia *ὁμολογῶντες* nominibus Mendacium illudit Veritati. Proximum igitur est vt quænam sit illius Verbi scripti vis & efficacia, demonstretur: quum Ecclesia illius Verbi auspicio salutem suam quærat. Iccirco necesse est vt doceam, in illo Verbo scripto contineri ea omnia quæ ad Ecclesiæ salutem sunt necessaria. Hinc tertium ponitur Axioma, *Omnia ad veram solidamque salutis nostræ cognitionem necessaria in Prophetarum & Apostolorum scriptis contineri*. Hanc legitimam esse Demonstrationis meæ *ὡσαύτην* & ordinem, perspicuum est. Abi igitur, Hay, & agnosce summæ esse temeritatis & insolentiæ, id reprehendere quod nescias.

HAYVS.

In quo quæso Apostolorum aut Prophetarum o-

R. iij.

262 I. QVÆST. SECVNDÀ PARS,
*per scriptum inuenisti fundamentum illud Sectæ
 vestræ à Caluino præclare iactum, Fidem esse di-
 uinæ erga nos beneuolentiæ firmam certam-
 que cognitionem, quæ gratuita in Christo
 promissionis veritate fundata, per spiritum
 sanctum & reuelatur mentibus nostris &
 cordibus nostris ob signatur. pag. 61.*

SERRANVS.

Noua
 Hayi fu-
 ga siue ab-
 erratio à
 primario
 instituto.

Quorum hæc hæc ad rem ipsam minimè per-
 tinent, sed tu rei penuria, ad tuas *σπολαύσεις* siue
 fugas excurris. Non erat meum te vagantem per-
 sequi: satis erat me ostendisse te vagari. Si enim
 te *ἀδολεχίας* reum, demonstrassem à veritate con-
 uictum esse. Largiar tamen aliquid, ne ex meo si-
 lentio fidem facias apud minus rerum peritos lo-
 quacitati tuæ.

Faterur
 Hayus, fi-
 de esse fa-
 danerum
 nostræ re-
 ligionis.

Peropportunè verò, Hay, dum res alias agis,
 Fidem dixisti esse fundamentum religionis nostræ
 (quam tu videlicet variarum sectarum periclitata-
 tor, inoleto tibi nomine emanatori & perfugæ, Se-
 ctam falsò appellas) quum non alio quàm fidei
 fundamentò innitatur. Definitionè fidei vis à me
 probari disertis Scripturæ testimoniis. Rem alio-
 qui amplissimam paucis indicabo; singulas tamè
 definitionis partes perlustrabo. Genus est huius
 definitionis, **COGNITIO**. Christus Prophetarum
 & Apostolorum verus princeps salutarem hanc
 notitiam, vocat cognitionem. *Hæc est vita æterna*
 vt te solum cognoscant verum Deum & quem
 misisti Iesum Christum. Ioannis quoque pater
 Zacharias, cognitionem salutis appellat. &c. Illi
 autem non esse opinionem quandam aut histori-
 cam

Definitio
 fidei.

QVID SIT ECCLESIA. 263

cam notitiam Differentiæ generi adhibitæ ostendunt. Prima est, FIRMA & CERTA. Hanc iccirco Apostolus modò vocat *πληροφορίαν*, i. firmam & certam persuasionem, modò *πεποιθήσιν*, i. fiduciam, modò *ἐπαγγελίαν*, id est firmamentum. Diserti sunt loci. De Abrahamo fidelium patre, Aduersus promissionem Dei non disceptauit infidelitate: sed robustus factus est fide, tributa gloria Deo, *καὶ πληροφορίας* plenè persuasum habens. &c. Et, Accedamus cum vero corde & certa persuasione fidei, *ἐν πληροφορίᾳ πίστεως*. Et, In quo (.i. Christo) habemus libertatem *ἐν πεποιθήσει διὰ τῆς πίστεως αὐτοῦ*, cū fiducia per fidem ipsius. Ideo hæc firma & certa salutis nostræ cognitio, vocatur AGNITIO ab eodem Apostolo: Pater ille gloriæ det vobis Spiritum sapientiæ & reuelationis *ἐν ἐπιγνώσει αὐτοῦ*, in agnitione ipsius. &c. Secunda & tertia differentia est, DIVINÆ BENEVOLENTIÆ IN IESU CHRISTO. Hæccine verò tam rata axiomata vis me probare? Si das esse vera, superuacaneus esset in re per se confessa labor: si negas, eo ipso conuinceris. Itaque in probando hoc principio non immorandum mihi esse existimo: neque fortasse in illo, *Promissionum Dei obiectum esse Christum*, in quo nimirum illæ factæ sunt Etiam & Amen. At te Ecclesiæ emansorem qui de rebus fidei soles Academicè in vtranque partem disputare, cui præter illam dubitationem è Pontificiis eloacis haustam omnis religio est tantum verisimilis non vera: non est mirum dubitare de virtute Spiritus sancti in mentibus & cordibus fidelium, quam fortasse nunquam sentisti vel cuius sensum omnem, infelicissime Apostata, ex animo tuo euellere moliris vt callum conscientiæ tuæ obducas. Hanc Apostolus intimam Spiritus sancti virtutem senserat, & vult nos fideles sentire:

Quod sit firmus & certus assensus in promissionibus Dei.

264 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
Quotquot Spiritu Dei ducuntur, sunt Filij Dei,
non enim accepistis Spiritum seruitutis, rursus
ad metum, sed accepistis Spiritum adoptionis, per
quem clamamus Abba pater, Qui ipse Spiritus
testatur vnà cū Spiritu nostro nos esse filios Dei.
Fidelium autem & auribus & cordibus hæ vo-
ces circumsonant: In Christo sperastis & vos, au-
dito sermone veritatis, Euāgelio salutis vestræ: in
quo etiam posteaquā credidistis, obfigitati e-
stis Spiritu illo promissionis sancto, qui est artha-
bo hæreditatis nostræ. Apostoli verba non audis:
Apostoli igitur non Caluini verba, Mome, carpi-
to. Scientiam autem illam salutis cum con-
fatur, bonam conscientiam & fidem ^{deuotio} non-
simulatam, vt indiuiduas comites coniun-
gens, & fidelibus eas sollicitè commendans, pro-
posito etiam tristissimo exemplo vt cautiùs am-
bulemus: de quo, hominum miserrime, si quando
cogitares, naufragij saltem tui tessellas collige-
res, vt in Ecclesiæ sinum redux, agnita veritate,
nouum cor peteres à Deo misericordiarū patre.

H A Y V S.

*Vbi rursus in Prophetarum aut Apostolorum
scriptis legisti alterum illud doctrina vestra axi-
oma, fidei radicem nunquam è pio pectore e-
uelli, quin ima in parte defixa hæreat, vt cun-
que decussa huc aut illuc inclinare videatur?*
pag. 62.

S E R R A N V S.

Dauidem inter Prophetas, Petrum inter Apo-
stolos

stolos non agnosces? Dauid in magnā licet culpā Fidē ē cre-
 prolapsus esset, eamque grauissimas pœnas me- dentū a-
 teci sateretur, hoc tamen inconcussam fidei suæ nimis nū-
 firmitatem subternit, *Etiam si ambulauero per* quam di-
uallē vmbre mortis, non timebo malum, quia tu uelli.
mecum es. & Bonitas & misericordia prosequen- Psal. 23.
 tur me omnibus diebus vitæ meæ. Quamuis au-
 tem post perpetratum facinus acribus conscien-
 tiæ stimulis percelleretur, non dubitat tamē Deū
 adire hac fide fretus, & spe impetrandæ veniæ:
 quod nunquam fecisset, si fides prorsus ex ipsius
 animo excidisset, imo nisi fides aduersus omnes
 carnis insultus fortiter depugnans, non confer-
 uasset hoc Psal. 138.
ā Ioua, Iehoua perficiet pro me opus suū,
Iehoua misericordia tua in seculum: opus manuum
tuarum non dimittes. De Petro autem cuius quo-
 que lapsus grauissimus memoriæ proditus est, ex-
 tat dilectum Christi testimonium, *Ego rogaui pro* Luc 12 32
te ne deficiat fides tua, licet Satanæ cribro horri-
 biliter fuisset ventilata. Certē, inter omnes car-
 nis, mundi & Sathanæ impetus, fides certissima
 est victoria. Dauid igitur & Petrus post periculo-
 sissima certamina victores, non erunt idonei te-
 stes Christianæ firmitudinis vt fideles statuunt fi-
 dem ab se excidere non posse? De infidelibus au-
 tem qui dicuntur facere naufragium fidei, dixit 1. Ioan. 2.
 Ioannes: *E nobis egressi sunt, sed non erant ex nobis.* 19.
nam si fuissent ex nobis, permansissent vique nobis-
cum. Nunquā illis fuit vera fides sed persona tā-
 tum siue larua fidei, quæ si homines fallebat, non
 tamen Deum fallebat: qui nouit eos qui sui sunt,
 & qui fidelis est vt eos quos in communionem
 Filij sui vocauit, confirmet ad finem vsque per 1. Cor. 13.
 angustæ viæ salebras inculpatos, in diem Domi- 9.
 ni nostri Iesu Christi.

HAYVS.

Non negabis etiam numeri Sacramentorum cognitionem, Christiano homini esse imprimis necessariam. Profer ergo Scriptura locum in quo plane scriptum sit, duo tantum esse Sacramenta.
pag. 62.

SERRANVS.

Duo tantum esse
Ecclesiæ
Catholicæ
Sacramenta.

Quò te rapiunt, Hay, tua insomnia? quorsum enim hæc de Sacramentis? De numero Sacramentorum inter nos Catholicos & vos Pontificios peruulgata quæstio est. Nos è Scriptura duo tantum agnoscimus, Baptismum & Cœnam Domini: Vos è Verbi illius non-scripti mysteriis septem esse affirmatis. Nostrum est probare duo illa esse vera Sacramenta: de cæteris quinque vos cogitabitis quæ nos Sathanæ excrementa appellamus. De nostris duobus nulla est controuersia: quum è luculentis Scripturæ testimoniis constet, Baptismum & Cœnam à Domino fuisse instituta Ecclesiæ Sacramenta, de quibus ne vos quidem mouere potestis controuersiam. Cætera de quibus filet Scriptura, de mendacio præiudicanda quis non videt, quum Christum autorem non habeat? Ecquid igitur de numero controuertitis? Duo esse Ecclesiæ Sacramenta minimè dubium est. Nichil nobis probandum est. Vos vestrorum sacramentorum manet probatio: quæ eo ipso nulla esse potest, quum duo tantum Sacramenta à Christo Ecclesiæ suæ his vltimis temporibus fuisse instituta è cæterorum silentio perspicuum est. Atque hæc quidem breuiter huic Hayi insomnia: quum

quam hac de re vberius dixerim in tertio Anti-
Iesuita quem Scoticis illius quæstionibus nuper
opposui.

TESTIMONIORVM

TVM E SCRIPTVRA, TVM EX
Orthodoxis Ecclesiæ Patribus de-
sumptorum, quibus priori meo li-
bello astruebam hoc tertium Axio-
ma, *Omnia fidei dogmata ad salutem
necessaria in scripto Dei Verbo cōtineri,*

HAYI OPPVGNATIO & MEA
DEFENSIO.

*Illorum autem testimoniorum hæc est
œconomia & hic nexus.*

E SCRIPTVRA.

Duo priores loci, de Scripturæ vi & energia a-
gunt vniuersè.

Tertius, reuelatæ doctrinæ gradus ostendit.

Quartus, docet clausulam doctrinæ salutaris
tandem impositam fuisse per Euangelium Spiritus
sancti efficacitate obsignatum: vt constet ean-
dem veritatem Ecclesiæ semper constitisse.

Quintus, Sextus, Septimus idem accommodât
distinctè Legi & Euangelio.

Quidnam verò his à me in hunc finem citatis
Hayus opposuerit, videndum est. neque enim pla-
cet Thraſonicis illius ampullis quibus hîc ex-
stnat, respondere. De re ipla dicendum, ex qua iu-
dicium rerum fieri æquum & consentaneum est.

268 I. QVÆST. SECVND A PARS,
 De primo loco, 2. Timoth. 3. 13. *A pue-
 ro sacras literas nouisti,
 quate possunt &c.*

H A Y V S.

*Si qua proximè antecedunt orationem illam
 diligenter perpendisses, fortassis non tam audaciter
 locum hunc aduersus nos ausus fuisses adducere.
 Tu verò, inquit Paulus, permane in iis que didi-
 cisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris.
 Quero ex te num tuo iudicio, his verbis Apostoli
 fidei nostra mysteria sit complexus, ut & illis, For-
 mã habe sanorũ verborũ quæ à me audisti in
 fide & in dilectione in Christo Iesu. De scripto
 Verbo nihil audis. Si verò Apostolus omnia liti-
 ris commendata fuisse existimasset, superuacanea
 fuisset hæc ipsius oratio. pag. 63.*

S E R R A N V S.

*At tu si vel mentis vel conscientie scintillã ha-
 beres, non ita tuo te gladio iugulares. Quasi verò
 non possit aliquid disci & audiendo & legendo
 simul: & audiri etiã scripta non possint: aut quod
 viua voce explicatum sit, scripto nequeat com-
 mendari. Hic certè *ἰσπὴν ὑπομνημάτων* Scripturarum
 sacrarum diserta fit mētio: ac proinde duplici fal-
 lacia ludis: vna quidem quam *A non causa*: altera
 verò quã *ἡ δὲ δίαυτος* appellant. Accedit triplex
 error vitiosi consequentis. Vides enim quã bel-
 lè ista consequantur, Timotheus à Paulo aliquid
 didicit. Ergo Paulus reconditam habuit doctrinã
 quan-*

*Reuer-
 & absurda
 quibus se
 Hayus in-
 uoluit.*

*Variis mo-
 dis ali-
 quid po-
 test dici
 non sola
 voce.*

QVID SIT ECCLESIA. 269

quandam quæ non sit scripta. Vel, Timotheus à Paulo aliquid audiuit. Ergo Paulus idipsum non scripsit: ac proinde non omnia scripsit quæ viua voce docuit. Num potuit Timotheus discere aliquid nisi viua voce eruditus: aut audire nisi Pauli voce? Itaque inepti Sophismatis laqueis se irretiri sentiens Hayus se conatur extricare.

HAYVS.

*Sed quid, dices, respondendum est illis verbis? A puero sacras literas nosti? Nodum hunc (siquis est) facile tibi expediemus. Apostoli sententia est de Scriptis Veteris Testamenti intelligenda, quorum intelligentiam Timotheus à puero fuerat consequutus. Si argumentum quod in his verbis reside-
re existimas, pro tuo errore quicquam faceret, concluderes nihil in Marci & Luca scriptis ad salutem reperiri necessarium, quod in Prophetarum & Apostolorum libris perspicue non reperiat.*

SERRANVS.

Novis te absurditatum nodis implicari, Hay, non vides? Si enim, ut te Veritas cogit confiteri, de Scripto Verbo loquitur Apostolus, negare auctes SCRIPTURÆ appellatione vniuersam Scripturam cõprehendi, quæ non minus Euangelium quam Legem complectitur? Quasi Euangelium, sacræ doctrinæ clausula, augustum Scripturæ nomen peræque ac Lex, non mereatur! At Legis, inquis, intelligentiam Timotheus à puero fuerat consequutus. Sit ita sanè. Idcirco ne consequitur, Ti-

Loquitur
Apostolus
de tota
Scriptura,
id est de
Lege &
Euāgelio.

Retorque
tur argu-
mentum
aduersus
Hayum.

Hac de re
etiā egi-
mus supra
suo loco,

motheum ex ipsa etiam Lege Euangelium nō di-
dicisse? quum enim finis Legis sit Christus, vt de
seipso ait Christus, & Euangelij subiectū sit Chri-
stus, quis neget Patribus sub Lege sic Euangelium
illuxisse, vt ad salutem ipsis fuerit satis? Quū igitur
Paulus ait, Timotheum sacras literas à puero
didicisse, significat ei minimè proponi peregrinā
& nouam doctrinam, sed eam cuius elemēta puer
hauerat in Ecclesia Dei, in qua & natus & edu-
catus fuerat; vt maximum agnosceret adiuuētum
sibi à Deo tributum ad veram salutarēque do-
ctrinam feliciter docendam atque propagandam.
Certè SACRARVM LITERARVM appellatione,
Euangelium designari à Paulo, hæc verba discretè
ostendunt: *Per fidem quæ est in Iesu Christo.* Omne
autem salutarem doctrinam, quæ vel ad dogmata
cognoscenda siue explicanda, mēdaciūque re-
pellendum, vel ad mores rectè conformandos per-
tinet, scripto Dei verbo definiri, vt ex illo vno sa-
piat Ecclesiastes, luculēter idem docet his verbis,
*Quæ te possunt sapientem reddere in salute: &, vt
perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum perfectus
instructus.* Quidnam enim adiungi potest ad per-
fectionē? At argumētum aduersus te retorquetur,
etiam si verum sit quod ais, Sacrarum literarū
appellatione Verus Testamentū notari: Si enim i-
ta est vt dicis, tantam esse vim veteris instrumenti
vt satis possit ad salutem: quantò id magis de Eu-
angelio constituendum est: quod minimè nega-
bis Legis esse complementum? Audi ergo quam
bellè quadraret argumentū ex tua sententia con-
fectum: Paulus Scripturæ sacræ id tribuit vt ho-
minem perfecta doctrina perfectè instructū red-
dat: Atqui Loquitur de Veteris Testamenti scri-
ptis tantū. Ergo non cōpetit Euangelio vt per-
fectam doctrinam tradat, quum id sit propriū Le-
gi.

gi. Non vides consequutionis absurditatem? Cō-
 lentanea igitur & necessaria erit consequutio, Si
 ad Legi competit, multò magis Euangelio, Si Le-
 gi, & Euangelio. Ergo toti Scripturæ vel, Si toti
 Scripturæ, Ergo Legi & Euāgelio. Sunt enim hæc
 planè ἀνάσσειν & reciproca. Abi igitur Hay cum
 tuis ἀδύνατοι & absurdis, & disce nihil esse tam
 ἀπορρητόν & absurdum quàm Mendacium.

Porrò, terrificum argumentum mihi opponit
 Hayus : Si literarum Sacrarum appellatione om-
 nia Bibliorum volumina intelligantur, inde con-
 sequi, Nihil in Lucæ & Marci scriptis ad salutem
 reperi necessarium, quod in Prophetarum & A-
 postolorum libris perspicuè non reperiatur. Est
 ita, mi Hay. Hoc ipsum profectò consequitur. Hic
 nimirum est Veteris & Noui Testamenti consen-
 sus. Sic ait Christus, Sermones eos quos ipse dum
 in terris versaretur dixit, & quos Euangelistæ li-
 teris commendarunt, eò referri vt ostenderent,
 omnia quæ scripta sunt in lege Mosis, Prophetis
 & Psalmis de Christo, fuisse impleta. Et Aposto-
 lus docet, fidei doctrinam testimonio Legis ac
 Prophetarū comprobari. Hæc sunt ἀπόκρισις Chri-
 stianæ doctrinæ axiomata, Vnicum esse Deum, v-
 nicum Mediatorem Iesum Christum, vnicam ve-
 ritatē cuius efficacitate post natos homines col-
 lecta sit ex humani generis dissipatione Ecclesia.
 Quòd si Lucam & Marcum veluti leuis armaturæ
 milites posteriori loco constituendos arbitraris,
 vide quàm importunè duplici blasphemia veri-
 tati insultes: dum Prophetarum & Apostolorum
 consensus negas, & sacrosanctæ testium omni-
 exceptione maiorum auctoritati impudenter de-
 tractas.

Importu-
 na & Bla-
 sphemia
 Hayi ex-
 ceptio de
 Lucæ &
 Marci
 scriptis

Luc. 24. 27
 Rom. 3. 21

HAYVS.

Neque etiam negabis, vt suspicor, hanc sententiam de singulis Scriptura partibus optime posse intelligi, quamuis πᾶσα γὰρ tu male vereris, Tota Scriptura. pag. 63.

SERRANVS.

Bellè suspicaris. hoc ipsum est quod volo. Illudne igitur mecum fateris, Hay? Si ita est, memor esto postmodum confessionis tuæ. Interea, te malè bonam doctissimi interpretis (id est Theodori Beza) interpretationem reprehendere, res ipsa clamat. πᾶσα, inquit Apostolus, γὰρ φησὶ θεοπνευμάτως, Es r: vt ita supplendum est τὸ πνευματικὸν ῥηθὲν, Es r: vt ita vertatur, *Tota Scriptura est diuinitus inspirata*, si que hæc prima enuntiatio, Verbi scripti essentiam naturamque ostendens: quæ Petri verbis sic explicetur, *Hoc primum noueritis, nullam Prophetiam Scripturæ esse propriè explanationis non enim libidine aut arbitrio hominis allata est olim prophetia, sed à Spiritu sancto loquuti sunt sancti Dei homines.* Ecquam igitur Scripturam intelligit Apostolus? Eam certè de qua proximè loquebatur, nimirum de Sacris literis, quæ κατ' ἐξουσίαν SCRIPTURÆ appellatur. Non rectè igitur *Omnis, πᾶσα* vertitur: ne de qualibet Scriptura loqui Apostolum Ierosolymæ Scholasticorum omnem Scripturam, à Deo inspiratam esse, Apostoli autoritate contenderent. Sic Matth. 2. 3 πᾶσα Ἱεροσόλυμα apud Matth. tota Ierosolyma vel Ierosolymorum ciuitas. πᾶσα πόλις, tota ciuitas. nam de vna ciuitate, non verò de omni siue qualibet

Cōmoda
Theodori
Bezae in-
terpreta-
tio impe-
ritè ab
Hayo re-
prehensa
2. Petr. 1.

πᾶς pro
ἅλος.

libet ciuitate sermo est. πᾶσαι δ' αἰγυιαι το πύλαι, Sape a-
exponitur, ὅλαι : tota fores patuerunt: ne in re leui pud Hom.
cum meo leuiculo κωινοποιεῖσθι immoret. Verum,
quid inde colligis, magne Theologe?

H A Y V S.

Si in vnā Scripturæ partem conuenit optimè
Apostoli sententia, verbi gratia, in epistolā ad Phi-
lemone[m], ergo hoc Apostoli testimonium, breuissi-
mæ huic Epistolæ, omnium rerum ad salutem ne-
cessariarum cognitionem asserit. Cur ergo inanem
sumimus operam in cæteris sacra Scripturæ libris
euoluēdis: quam in huius vnus Epistolæ angustiis,
omnia ad salutem necessaria nobis abundè suppe-
tant? pag. 64.

S E R R A N V S.

Non est argumentari, sed ludificari. ecquis e-
nim non videt esse fallaciam *Diuisionis*, quā pars
à suo toto discerpatur? Atqui vt totum suis parti-
bus constat, ita partes in toto suo necessariò cō-
seruātur. Itcirco rectè Apostolus *Totam Scriptu-
ram* dixit, vt sacrae doctrinae ipsam ὁλοκρίτως re-
praesentaret: cuius omnes singulatim partes sint
sacra Scriptura, & ex fidei analogia id perfectè
tractent in quo versantur. Itaque nec debent di-
scerpi à suo toto, neque confundi cum suo toto,
tanquam vel angustiores vel latiores: quum vnā
συνασπασίως coniunctæ, totam illam Scripturam
conficiant cuius autor est Spiritus sanctus. Hanc
totius Scripturæ indiuisibilem inconfusamque

Nota
Hayi argu-
tiola: Si id
singulis
Scripturæ
partibus
conuenit,
consequitur
vnicui Scri-
pturæ li-
brum satis
esse, ac pro
inde ina-
nè operā
sumi in
cæteris
Scripturæ
libris e-
uoluēdis.

Respōlio. *συνάφεια* & necessitudinem qui vel detrahendo
ἔστι στροφὴ vel adiungendo tentat immutare, blasphemus est
διουσίως, atq; sacrilegus: ex regula, *Quicquid ego præcipio*
 quā pRES *id obseruabitis. ad hoc nihil addetis, ab hoc nihil de-*
 à toto (uo *trahetis*. Sicuti igitur aquæ gutta, gutta est, (vt ad
 discepta- *τὴν ἀποτομὴν* exceptionem *ἀποτομῶν* respon-

deam) sic Epistola ad Philemonem Scripturæ par-
 ticula, est Scriptura. Nemo tamen sanus dixerit,
 inutiles esse cæteras Scripturæ partes, quasi ad v-
 nicam illam partem referri debeant: quemadmo-
 dum neque dixerit quisquam vnicam aquæ guttā
 quam tamen constat aquam esse, vniuersam aquā
 complecti, vt vniuerso Mundo sit satis. Qui hoc
 negaret, veratro sanandus esset non argumentis.
 In illorum quoque hominum numero recensendus
 est Hayus, quorum *ὁ ἄλλοτερος ἵασις*: vel propter
 Apostasiam & impietatis virus, supplicium: quod
 audeat sacrosancta Verbi Dei autoritate negle-
 cta, impietatis suæ semina iniicere in animis im-
 peritorum. Hæc quidem nulla veritatis specie ab
 ipso opponi huic Pauli testimonio, nemo non vi-
 det: ne tamen his fumis obstruat lumina Veri-
 tatis apud simpliciores, qui leuiculis subtilitati-
 bus sæpenumero mouentur magis quā argumen-
 tis: rem per se alioqui non obscuram enucleatius
 explicabo: & ex Philosophiæ quidē cuius nomi-
 ne minatur mihi Hayus, legibus atque institutis.

Accura- **QVANDO QVĪDEM** id Totum est quod ex par-
 tior respō- tibus constat, & multiplex est partium vis atque
 tionis il- natura: ad hanc quæstionem enodandam, partium
 lius expli- natura: ad hanc quæstionem enodandam, partium
 catio, è To differentiæ cognoscendæ sunt, vt partium cū toto
 eius & Par necessitudo intelligatur. Duplex partium ratio
 tiū descri- constituitur. aliæ enim partes sunt *ἰσώδεις*, id est
 ptione. substantiales: aliæ *τεκμαιροῦναι*, id est integrales
 & definientes totum. *Integrales* vocant. Totum i-
 gitur est à quo nulla pars abest earum ex quibus
 totum

totum natura dicitur : & propriè partes ex quibus totum componitur. sunt enim verba Philosophi, *ὅλον λέγεται ἑμὴν ἐν ἀπείρῳ μέεσσι, ἕξ ὧν λέγεται τὸ ὅλον φύσει :* &, *Μόρια ἕξ ὧν σύγκαιται τὸ ὅλον.* Inde Axioma, *Totum maius sua parte.* Et sic idem ait, *Pars de toto nullo modo dicitur :* quum partes omnes Totum complectatur. Metaphy. 5.26. & 25. Topi. 4.5.

Ipsarum deinde Partium bimembris illa distributio expendenda est. *Substantiales* partes sunt, quæ rei substantiam constituunt : ac proinde sic natura comparata ut si qua partium desit, rem interire noménque suum amittere necesse sit : ut sunt materia & forma : quemadmodum corpus & anima partes hominis : arboris lignum & humidum radicale : argentei poculi, argentum & ipsa poculi forma. harum enim rerum huiusmodi cōditio est, ut si qua partium illarum absit, nō res esse, neque tueri suum nomen possit. *Integrales* vero partes, rem integram constituunt, atque componunt : sic appellatæ quòd vnà collectæ totum componunt, non enim vna singulatim pars Totum cōponit, sed simul compositæ partes, totius rei integritatem explent : sicuti in corpore, Caput, venter, pectus, manus, crura, & reliquæ corporis partes, quæ corpus quidem ipsum absoluunt, seorsim tamen ipsæ stare non possunt.

Iam *Integralium* illarum partium non vna est differentia. Nonnullæ enim sine rei interitu abesse possunt, quædam verò nullo modo possunt : ut in corpore, Capitis abscissio, corporis vniuersi interitus est : manus aut pedis, non item. Deinde, partium illarum alia quædam est differentia. nōnullæ enim generis sunt eiusdem, & *ὁμογενεῖς* siue *ὁμογενεῖς*, id est cognatæ & similibus partium, appellantur. *Similares* vocant scholæ, quæ eiusdem sunt rationis, & in similes planè diuiduntur : ut

276 I. QVÆST. SECVNDA PARS,
 caro, ossa, nerui, cutis. nā carnis partes omnes sunt
 caro, itēque cæterorum. Aliæ autem sunt *ἁρτίαι*
ἁρτίαι siue *ἀνομοιομερῆς*, quæ sunt diuersorum gene-
 rum partiumque dissimilium: de quibus singulis
 totum dici non potest. non enim cōsequitur, Ca-
 put est. homo ergo est. neque item carnes, nerui,
 ossa, quæque istis partes sunt similes, sunt homo.
 Illarum autem dissimilarium partium alię ita sunt
 comparatæ vt sine rei pernicio abesse nō possint.
 cuiusmodi sunt primaria illa siue vitalia corporis
 membra, quæ *κρείτα* vocantur, vt caput, cor, iecur,
 venter &c. Aliæ non item, vt sunt non-præcipue
 partes, sine quibus totum constare potest: veluti,
 manus, pedes, oculi, aures &c.

Inde nascuntur Axiomata, *A toto ad partes, &*
à partibus ad totum valet argumentum. Toto po-
sito, partes primaria ponuntur: Sublato toto, parti-
necessariò tolluntur. Sublatis quoque partibus pri-
maris, totum tollitur: & illis positis omnibus, po-
nitur. Secundariis partibus sublatis, non ideo tol-
litur totum.

Toti⁹ Scri-
 pturę cū
 partibus
 suis de-
 scriptio.

IAM VERO, hæc instituto nostro accommoda-
 da sunt. Tota Scriptura, est ipsa sacrorum librorū
 vniuersitas quam BIBLIA vernaculo proprioque
 nomine Ecclesia appellat. Illius autem vniuersi-
 tatis veluti corporis, varia sunt quidē membra, ita te-
 men vt ad certam quādam definitamque doctri-
 nę *ὁλομέρειαν* & summam referatur quem Aposto-
 lus analogiam fidei vocat. Hæc doctrinę vniuersi-
 tas per omnia quidē Biblia diffunditur, & in scri-
 pturis ferè libris conseruatur: in nonnullis tamen
 illustrius atque vberius: vt minimè dubium sit in
 illa sacrorum codicum amplitudine atque diuer-
 sitate, partium illas quas notauimus, differentias
 notari quoque commodè posse. Substantialis vi-
 delicet quidam sunt atque primarij libri, in qui-
 bus

bus salutaris doctrinæ fundamenta explicantur: cuiusmodi sunt illi in quibus Mundi & Hominis creatio, eiusdem hominis lapsus, & instauratio, Ecclesiæ incunabula, incrementa, ætates exponuntur: Substantiales quoque sunt illi in quibus sacræ doctrinæ gradus, series, efficacitas, propagatio edisseruntur: quomodò illa miserum hominẽ post lapsũ erexerit per fidẽ Mediatoris, quomodò in mediis peccati errorisque tenebris illuxerit, quomodò tandem quibúsque articulis plenã Evangelij lucem vniuerso mundo accenderit. Ad hanc classẽ reuocantur libri Mosis, & Prophetarum, quos illius fuisse interpretes verissimum est. Historiarum quoque monumẽta doctrinæ œconomiam Ecclesiæ quæ statum quum ostendant, in hoc sensu collocari debent. Euangelistarum quoque veluti solennium testium notæ, substantiales sunt maximè Bibliorum partes: quippe quæ exponant aduentum Filij Dei, & plenam patefactionem salutaris doctrinæ in ipso & per ipsum. Petri, Pauli, Iacobi, Ioannis, Iudæ scripta singulari Dei prouidentia conseruata sunt vt sacræ illius doctrinæ vniuersitatem explicarent. At quis sobrius negauerit in communi illo adæquatòque orthodoxæ doctrinæ subiecto aliis alias illustriorẽ ditiorẽque esse Epistolas, quæ tamen coniunctæ veræ doctrinæ *ὁλοκλήρου* corpúsque cõponant? Epistola ad Romanos exponit necessariã doctrinã de iustificatione fidei in Iesu Christo: ad Hebræos, eiusdem personam duabus naturis perfectè constantem, officium, beneficiũque docet: ne ceterarum argumenta persequar. His explicationibus carere non potest Ecclesia, quæ vt sunt commentarij doctrinæ de redemptione generis humani per Christum, sic aliis quibusdã argumentis meritò anteponuntur, quæ tamen ipsa

278 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
plurimum habet momenti ad illam sacræ doctrinæ
vniuersitatem constituendam. Hic igitur inte-
gralium partium discrimen obseruandū est. Quæ-
dam enim sunt huiusmodi vt sine veritatis igno-
ratione interciderere non possint: quales sunt sub-
stantiales illæ atque primariæ. Quædam verò bu-
iusmodi vt licet desiderarentur, intelligi tamen
ex aliis libris posset eæ doctrina quæ in illis cõti-
netur. Desideratur quippe Prophetarū libri cõpla-
res & didactici & historici, desideratur Solomo-
nis Ethici & Physici: desiderantur Pauli cetero-
rumque Apostolorum epistolæ quædã nullo tamẽ
veritatis incommodo, quũ in illis qui supersunt,
libris cumulatè intelligatur. Hic applicari potest
differentia partium Similarium & Dissimilariũ.
Similares enim sunt illi Bibliorum libri qui in eo-
dem argumento versantur: sicuti Epistola ad Ga-
latas eadem tractat doctrinam quam Epistola ad
Romanos, vario quidem modo explicatam, at
in Ep̃st̃ & ouis uesp̃n, de discrimine & usu Legis &
Euangelij, de fide eiusque effectis. Ita ad eiuſdem
doctrinæ fontes ambæ referuntur, &c. *Dissimila-
res* sunt libri qui in diuersis quasi generibus &
partibus versantur: cuiusmodi sunt ij qui notant
applicationem generalis doctrinæ aut refutatio-
nem quãdam, aut hortationem: sicuti complures
loci in Epistolis ad Corinthios, Philippenses, Co-
lossæos &c. Ad hanc maximè classẽ referri de-
bet Epistola ad Philemonem agit enim de re-
p̃trata, insigne tamen Christianæ charitatis exem-
plum proponens in persona Pauli seruum apud
dominum excusantis & commendantis. Non igitur
certus quidem definitusque doctrinæ locus
disax m̃ñs illic exponitur, sed applicatur genera-
lis doctrina rei familiari, vt norimus quomodo
in communi usu vitæ nos gerere debeamus. Hæc
pecu-

peculiaris facti circumstantia veluti λόγου ὁρδοτομία, ad primarium doctrinæ fontem reuocari debet.

Vt autem ex ipso partium discrimine communia illa axiomata accommodemus, omnino valet cōsequutio: *Tota Scriptura est diuinitus inspirata: & Epistola ad Philemonem est scriptura diuinitus inspirata.* Valet quoque consequutio, *Tota scriptura perfecte complectitur ea omnia quæ pertinent ad salutem, vitamque adeò bene beatæque institutionem:* non item, *Epistola ad Philemonem, Scripturae particula, omnia huiusmodi complectitur.* Ratio est: quia parti non id conuenit quod toti: siue prima sit pars siue integralis. Ecquis enim ita colligat, Caput est ergo totum corpus, ac proinde cetera corporis membra sunt inutilia, quum vnum caput homini sufficiat. Vel, Manus est, ergo totum corpus: ac proinde cæterorum membrorum inutilis est opera.

Eadem est Hayanz Logices cōsequutio, Si singulis Scripturæ partibus conuenit quòd sit diuinitus inspirata & utilis ad salutem consequendam vitamque rectè componendam: efficitur vnicum Scripturæ librum satis esse, ac proinde inanem sumi operam in cæteris sacrae Scripturæ libris euoluendis, quum in vnus Epistolæ angustiis omnia ad salutem necessaria nobis abundè superent. Ego verò respondeo id nullo modo consequi: & ratio manifesta est. Singuli quidem libri Scripturæ id perfecte docent in quo versantur: quum tamen sint partes Scripturæ non tota Scriptura minime consentaneum est eas singulas complecti sacrae doctrinæ vniuersitatem, quæ nimirum in tota Scriptura singulis suis partibus cōstare continetur. Alioqui non esset tota Scriptura, neque singuli libri essent totius Scripturæ partes: quum totum

Respon-
sionis huius
summa.

cum partibus partes cum toto confunderentur. Ut autem Totum à partibus suis distinguitur, sic in Toto ipso singulis partibus totum constituentibus sua constat natura, sua autoritas, sua utilitas; ac proinde singulæ partes sunt cognoscendæ, vt tota Scriptura intelligatur; & blasphemus est Hayus qui vel negat quod disertè docet Spiritus sanctus, *Totam videlicet Scripturam ad hominem Christianum perfectè informandum valere*; vel Scripturam, quantum in se est discerpit, veluti Christi vestimentum carnifices humanæque opinionis alex ludibriòque eam subiicit. Ολοσπερίσ est, perpetuèque suarum partium ἀλλολεχία & τερρίε secum consentiens Veritas, vt Iesuitarum furoribus scindi violariue nullo modo possit. Singulis igitur Scripturæ partibus sua constet perfectio atque autoritas, dummodò Totam scripturam, sicuti à Deo nobis est per fideles seruos exhibita, reuerenter & serid amplectamur. Atque de hac partium à toto dilaceratione hæc quidem Hayo fati. Verùm quidnam ille excipiat, audiamus.

HAYVS.

Quòd si errorem tuum consistere non posse dixeris, nisi Apostolum per omnem Scripturam, Bibliorum volumina omnia intellexisse obstinato animo tuearis: quid de his Scripturis que dū hæc ab Apostolo scriberentur, nondum extabant, senties: qualia sunt Joannis Euangelium & Apocalypsis?

SERRANVS.

Sentio esse eiusdem planè cum cæteris autoritatis,

tatis, quia eiusdem sunt veritatis, neque referre
 quicquam maturius seriùsve sit scriptũ, dummo-
 dũ sit scriptum, & in sacris Bibliorum monumẽ-
 tis contineatur. Quemadmodum non minorem
 auctoritatem noua quàm vetera scripta, quum ea-
 dem fidei publicæ auctoritate peræquẽ contineã-
 tur. Certè, & Euangelium & Apocalypsin licet
 extremo tempore conscripserit Ioannes, in sacris
 tamen Bibliis suum habent locum. Hęc sunt igitur
 pondera Logices Iesuitices: ad quæ adiungit
 risum Hayus, vt quum ratione non possit, vincat
^{ẽgredere quĩp.} At cachinni Hayani causam cognos-
 camus.

Vltima Bi-
 bliorũ scri-
 pta eiusdẽ
 sunt cũ eẽ
 teris auto-
 ritatis.

De loco Act. 20. 27. *Non subterfugi quo-
 minus annuntiarem vobis omne
 consilium Dei. &c.*

H A Y V S.

Non ait Paulus se scripsisse omne Dei consi-
 lium. Existimas fortasse Apostolum ex scripto
 ad populum semper declamasse. Age, Caluini Mi-
 nister, elice ex hac Apostoli sententia tuum axio-
 ma, quod demonstrationi tue, venustè sanè, posuisti.
 Hoc modo tibi erit necessario ratiocinandum. A-
 postolus nõ subterfugit quominus annuntiaret ma-
 ioribus natu Ecclesie Ephesina omne consilium
 Dei. Ergo Prophetarum & Apostolorum scriptis
 certam indubitatamque omnium rerum ad salutẽ
 necessariarum cognitionem asseruit. Quis oro non
 dicam Dialectica tua peritus, sed etiam rudis, ad
 tam ineptam & Caluini ministro dignam ratioci-

282 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
nationem, & sum tenere poterit? Tu aliter *ἐπιμα-*
μα tuum non formabis, si tibi cōstare volueris, quā
ego disunctas illius partes, verbis tuis paululum
immutatis, conglutinarem. pag. 64.

SERRANVS.

Hayus a-
bitur
vocabulo
Annuntia-
di quasi de
viva voce
tantū tri-
buatur,
quā scri-
pto etiam
cōueniat.

Gloriosi militis vocem, Lector, audis: at tu ipse
de ipsius triumphis mox iudicabis. Argumenta-
tionis igitur tuæ, Iesuita, sequar vestigia. *Non ait,*
inquis, *Paulus se scripsisse, sed se annuntiasse.* vtiur
enim voce *ἀναγγέλλειν*. Inde maximum absurdum
colligis quasi è meis verbis efficiatur, *Paulum de*
scripto ad populum semper declamasse. Cedò igitur,
mī Thralo. *Ἀναγγέλλειν* siue Annuntiare num di-
citur tantū de viva voce, & non de scriptis? Apo-
stolus Ecclesiæ quidem Ephesinæ verbum Dei an-
nuntiavit, quum præsens præsentem Ecclesiam
affatus est: at quum pulcherrimam illam Episto-
lam quæ Ephesinæ Ecclesiæ nomen circumfert,
nonne etiā hoc modo ei Verbū Dei annuntiavit?
Certè, annuntiandi Euangelij præconium voce
minimè tantū circumscribi, sed scripto quoque
constare ipse Paulus testabitur qui Euāgelij præ-
dicationem voce, auditione: scripto, lectione lu-
culenter describit his verbis, ipsam illam Eccle-
siam compellans: *Postquam audistis dispensationē*
gratiæ Dei quæ data est mihi apud vos, Deum vide-
licet per reuelationem notum mihi fecisse mysterium
illud, sicuti antè scripsi paucis: ex quo perlecto pote-
ritis intelligere quæ sūt mea intelligentia in mysterio
Christi. Eandem doctrinam se & docuisse & scri-
psisse, atque a deò illam ipsam esse doctrinam quæ
omnibus seculis Ecclesiæ innotuerit, Apostolum
his verbis testantem non sentis, Iesuita: & ita es
demens

demés vt existimes crassa vocabuli *ὁμωνυμία* quæ vel à pueris ipsis dignoscitur, viros à te circūueniri posse? At reliquam argutiolæ tuæ partem expendo.

Quum ait Paulus *se nihil ὑποκρίλασθαι*, id est *subterfugisse quominus annuntiaret omne consiliū Dei*, significat se vniuersam salutis doctrinam planè & perspicuè Ecclesiæ patefecisse, se nihil dissimulasse quasi palàm aliud docuerit, aut scripserit, aliudve quoddam exquisitum reconditumque doctrinæ genus penes se retinuerit quod non eliminaret: sicuti de summorum Philosophorū *ἀνεξετάματοις* illis quæ appellantur mysteriis perhibetur. Testatur Paulus se nihil huiusmodi in Evangelio docendo fecisse, sed omne Dei consilium annuntiasse. *Βαββ* siue *consilium Dei* vocat Evangelij doctrinam qua Dei consilium siue voluntas de salute generis humani reuelatur: Augusto quidem vocabulo vt Deus illius autor, homines tantum ministri & dispensatores agnoscantur. *Πίσσω* omne adiungit, vt totam perfectamque nō distratam atque diminutam doctrinam se exposuisse testaretur: ac proinde se immunem esse ab omniū sanguine, quum nullo modo detestauerit omnem salutis doctrinam illis patefacere. quibus verbis perspicuè significat summum esse scelus eorū qui veritatem se hominibus docere profitentur, si quid homines celauerint quod ad ipsorum salutem spectet.

Vera & perspicua horū verborū sententia.

Ex illis igitur Pauli verbis ita argumēt or. Si omne Dei consiliū (quod quidē ad nostrā salutem pertinet) Ephesinæ Ecclesiæ Paulus annuntiauit, hæc duo consequuntur: & illius doctrinam omnibus numeris esse perfectam atque absolutā vt nihil in ea desiderari possit, & illā doctrinā quā Ephesinæ Ecclesiæ annuntiauit, ex ipsius scriptis es-

Argumentū ex hoc Pauli testimonio propriè nascens.

se cognoscendam: quum non aliud docuerit quã scripserit, eãque doctrinam ad communẽ perpetuũque Ecclesiã vsum scripto commendarit. Verum est antecedens. Ergo & consequens. Iam verò hic syllogismus cum eo coniungendus est quem ex primo loco exponebam modo: vt duo prosyllogismi ad *κύριον* illud primariũque *ἀξίωμα* ad quod me Hayus reuocat, illustrandum referantur. Prior locus, etiam per te, Hay, proprie refertur ad Vetus Testamentum: hic verò de Euario angelio perspicuẽ loquitur, vtpote doctrinẽ salutaris vltima clausula. Sic igitur plena est ex duobus his locis argumentatio: Quum tota Scriptura, id est Vetus & Nouum Testamentum, perfectã doctrinam complectatur quã homini viam certissimam commonstret ad bene beateque viuendum: Scriptura autẽ sit Prophetarum & Apostolorum doctrina: omnino consequitur, certam indubitatãque omnium rerum ad salutem necessariarum cognitionem in illorum scriptis contineri.

Hocine argumentũ sobriis & eruditis ingeniis erit ridiculum: vel tu probabis exrare quodpiam exquisitiõis doctrinẽ genus quod Paulus homines celarit, vt eum scelerati & sacrilegi silentij reum peragas? Quin tu potius miser Apostata, cũ Ismaelítico profanõq; cachinno tuo abito. Quod si ridere sine causa signum est stultitiã: veritati illudere, blasphemix argumentum: ecquid de tepium & Christianum Lectorem iudicaturum arbitraris?

De tertio loco, ad Hebr. i. l. Multis vicibus multisque modis. &c.

HAYVS

Plena argumentatio his testimonij collecta.

H A Y V S.

Tibi videtur vox Multifariam barbara: cui in loco substituiſti, *Multis vicibus*. Discite quid sit græcum vocabulum πολυμερῶς, ac tunc primum libere corrige aliorum interpretum errores.

S E R R A N V S.

Mihi non videtur. laudatissimos enim autores illa voce uti scio. Et licet apud Ciceronem non inueniretur, non idcirco tamen vox barbara nobis videretur vlla quæ rem commodè repræsentaret, ut sunt termini artis. Theodorus Beza, doctissimus, quicquid obgannias, interpret (cuius ego interpretationem sum sequutus) magno iudicio sic vertit vocem πολυμερῶς, ut partium in hac Apostoli distributione ἀντιδιηρημένων vim sententiæ exprimeret. non enim idē est πολυμερῶς & ποικίλος Apostolo: at his duabus vocibus de industria vitur ut sacræ doctrinæ œconomiam, id est in illius revelatione gradus, seriem, mensurā, modum formamque significet. Neque verò Bezam aut me docebis, Ἐκοτείνε Attice, quid sit græcum vocabulum πολυμερῶς. Scimus enim significare *Multis partibus*, siue *particulatim*, vel *multis vicibus*, ut distincta voce ætatum articuli & momenta, quibus Deus Verbum suum Ecclesiæ suæ patefecit, notarentur: sicuti dicimus, *A plusieurs parties, à plusieurs fois, & non pas tout à coup*. Nō enim Deus eodem tempore plenam Euangelij sui cognitionem hominibus dedit, sed temporū successionibus atque interuallis edocuit Eccle-

Harū vocum πολυμερῶς & ποικίλος ve ra significatio a pud Apost.

fiam, in ipsis quidem incunabulis teneriorē, de-
 inde verò adolescentiorem, tandem ad virilis æ-
 tatis constantiam Dei beneficio prouectam. Sic
 igitur luculento dicendi genere Ecclesiæ ætates
 significauit Apostolus. Hæc quoque temporum
 ratio & dispensatio explicatur in epist. ad Galatas
 præclaro similis à variis hominis ætatibus sum-
 pto, & τῆς χαρῶν οἰκονομία τῆ πληρώματος alibi ap-
 pellatur. Vt autem ætatum in homine proprium
 est & suum decorum, ita mensuram siue modum
 in singulis Ecclesiæ suæ ætatibus, prout consenta-
 neum erat, gubernandæ adhibuit Dei sapientia:
 qui modus πολυτρόπος vocabulo expressè signifi-
 catur. Ita & temporum vicissitudines, & variam
 docendi formam duabus vocibus ostendit Apo-
 stolus. Quum autem *Multifariam* & *Multis mo-
 dis* idem planè sit, est βατπολογία in interprete cul-
 panda, qui autoris sui sententiam omni ambigui-
 tate semota, debet commodis verbis representa-
 re. Hoc quum doctissimus vir præstiterit, qualis
 scientiæ est commodam illius interpretationem
 in scitiæ accusare? Mihi quidem cum illo inuoluis
 perhonorificum est.

H A Y V S.

Quid vis ex hac sententia efficere? Axioma
 fortassis quod demonstrationi tuæ posuisti, ut sic ra-
 cum loquar: Mihi crede, ad normam Dialecti-
 cæ Aristotelis, nunquam institues ratioconatio-
 nem, vel probabilem quæ axioma tuum confir-
 met. pag. 64.

SERRANVS.

Ex his Apostoli verbis sic instituo ratiocinationem ad tertium *ἀξίωμα* illustrandum, Si Deus per Prophetas primum, deinde per Filium in carne his vltimis temporibus manifestatum, & per Apostolos Filij solennes ministros sic loquutus est vt omnia Ecclesie suae patefecerit quae ad ipsius salutem pertineret: omnino consequitur, in Prophetarum & Apostolorum scriptis & Verbū Dei contineri, & in his Ecclesie salutem esse querendam: At verum est antecedens. Ergo & consequens. Antecedens patet ex disertis Apostoli verbis. Hec nimirum probabiliter à me non tantum dici sed necessarium & verè *τεκμηριώδες* argumentū à me institui, vident eruditi: quod aeternis & incōcussis principiis innitatur: ac proinde consentaneum esse necessariam certamque conclusionem ex illis cōstare, nimirum, Verbum Dei ad Ecclesie salutem necessarium querendum esse tantum in scriptis Prophetis & Apostolicis: quo nimirū fundamento aedificetur Ecclesia, Quod erat à me demonstrandum. Demonstratio huius materiam è suis fontibus haustam intelligunt Christiani: at forsam ipsam ex veris demonstrationis legibus esse constitutam, Academia etiam & Peripatus iudicabunt. Tu verò, magne demonstrator quid operis huic tam luculentae veritati?

Argumentū ex hoc testimonio nascens.

HAYVS.

Deus multifariam multisque modis Patribus in Prophetis loquutus est. nemo nostrū hoc negat. Dicere eum esse loquutum per Prophetarum scripta.

Esto. Et per Prophetas eos qui nihil scripserunt ut per Helisæum. Loquutus est etiam Apostolus in Filio. At scripta Filij Dei, quæ rerum ad salutem necessariarum cognitionem continent, proferre non poteris. Parca scripsisse legitur Filium Dei in terra. Si autographum huius scripti apud te habes, magno nos beneficio afficies, si illud nobis legendum transmiseris. pag. 65.

SERRANVS.

Impura
Hayi ex-
ceptio.

Hæret primùm in salo Monachus, & se à Veritate teneri sentit: tum, erroris audaciæ quæ æstu è salebris auulsus, ad blasphemix scopulos iocans abripitur: sicuti profanus Esau offam absorbens, primogenituræ iacturam irridebat.

Argumenti
illius ex-
plicatio
ex ipsius
Testimoni-
nij difer-
tis verbis.

Sic nimirùm est, Hay, Deus per Prophetas loquutus est: ac proinde Verbù Dei illud est quod Dei mandato Prophetæ hominibus annùtiarunt, Verbi illius ministri non autores. Cedò verò, qui statuere possumus quidnam Prophetæ annùtiarint nisi ex ipsorum scriptis nobis constaret: quæ idcirco Deus extare voluit vt venturis seculis Ecclesia eodem Verbo, quod per os Prophetarum suorum superstitem hominum auribus insonuerat, edoceretur? quemadmodum de veteris iustitiamenti scriptis nominatim testatur apostolus.

Propheta
ru doctri-
na illud i-
psam est
quod scri-
pserunt.
Rom. 15.

Quæ antè scripta sunt, ad nostram doctrinam scripserunt, vt per patientiam & consolationem Scripturarum spem habereamus. Nūquid igitur vides te tuo ipsius ore conuinci? Si enim vera est Prophetarum doctrina quæ in ipsorum Scriptis continetur, cedò aliam quandam Prophetarum doctrinam quæ non sit scripta? At Elizæus, inquis, nihil scripsit. Quæ verò

verò aliud quidpiam docuit quàm cæteri Propheta: aut minus verum fuerit quod dixit, quia non extat id literis mandatum: aut aliud quoddam doctrinæ genus illa scripta complecteretur, quæ memorat sacra historia intercidisse. Est crassum sophisma, *A non causa ut causa*. non enim idcirco Verbum Dei est, quia scriptum (quis enim infanus dicat, omne scriptum esse Verbum Dei) sed quia est Verbum Dei, idcirco Dei mandato scriptum est, ne hominum audacia corrumperetur: sicuti veritas periclitari solet in mendacium linguæ. At omnis homo est mendax. Vobis autem peregrinæ doctrinæ architectis optimè quadrat Christi increpatio, *Si crederitis Moysi, crederitis mihi: de me enim ille scripsit. Quod si illius scriptis non creditis, quomodo verbis meis credetis?*

De Apostolorum scriptis idem planè constitutum est qui non autores fuerunt sed notarij tantum veritatis. Hac de causa rectè Apostolus ait, *Deum loquutum fuisse per Filium*, non ait *per Apostolos*, licet Filij sint ministri & testes omnium exceptione maiores, sed *per Filium*: tum quòd ipse Prophetarum princeps, Prophetis ministris olim ante suam *ἐναρξων* usus est, doctrinæ illius quam Prophetæ annuntiabant, autor & dominus: tum quòd statò tempore ipse ad suos venit ut proprio ore impleta fuisset à seipso Prophetarum suorum varicina concionaretur: tum quòd nihil aliud Apostoli aut viua voce aut scriptis annuntiarunt, quàm quod ipse illis mandauerit. Eadem de causa vocatur *Euangelium Iesu Christi secundum Mattheum, Marcum, Lucam, Ioaquem*: quòd scripsi autor Christus, interpretes atq; notarij fuerint illi: quemadmodum erit Regis Edictum quod secretarius scripserit, præco promulgauerit. Denique nemo pius dubitat Prophetarum & Apo-

Ioan. 5. 46

Apostolorum quoque doctrina illud est quod Apostoli scripserunt.

Prophetice & Apostolice doctrinæ autor est Christus: Prophetæ & Apostoli, interpretes & ministri.

Impia
& blasphem
a Hay
argutia de
Christi
scriptis.

stolorum scripta non esse hominum scripta, sed
ipfius Christi, Prophetarum & Apostolorū prin-
cipis, qui vt ipsa est veritas, ita illius Spiritu im-
pulsus & Prophetæ & Apostoli omnino & loquu-
ti sunt & scripserunt. Hæc sunt certa & rata om-
nibus piis axiomata. Te igitur nõ pudet, blasphem
me Iesuita, tuæ impudentiæ? *Scripta Filij Dei quæ
rerum omnium ad salutem necessariarum cognitio-
nem contineant, proferrî non posse audes & dicere
& scribere: meque laceffere vt autographum ad
vos legendum transmittam. Scripsit haud dubiè Fi-
lius Dei non modò in terra, vt tu iocabundus A-
postatarum virulentos iocos. Extant in autogra-
pho decreta: Eorum conuitia qui conuitiantur tibi
inciderunt in me: & Videbunt quem transfixerunt.*
Hunc si redemptorem aspernaris, senties ex Eu-
angelio suo iudicem & ultorem.

De loco Ioan. 16. 13. *Quum venerit Spi-
ritus ille veritatis, deducet vos
in omnem veritatem.*

H A Y V S.

*Non inde concludes quod in tuo axioma te po-
suisti, Omnia nimirum ad salutem necessaria Pro-
phetarum & Apostolorum scriptis contineri.
Gaudeo verò te à Magistri tui blasphemiam abhor-
rere, quum fatearis Spiritum sanctum Apostolorum
in omnem veritatem sine vlla restrictione deduxisse.
Calvinus autem partes suggerendi tantum, quæ
ante Christum docuerat, ei assignet. Quod nihil
aliud*

aliud est quam cum Eunomianis & Macedonianis Spiritum sanctum Patris & Filij ministrum facere. &c. pag. 65.

SERRANVS.

Imo id concludam firmissimo argumento. Si enim omnem veritatem quæ ad hominum salutem pertinet, Apostoli didicerunt à Spiritu sancto, postquam Christus in cælum ascendit, eamque illi veritatem & verbo annuntiarunt & scripto commendârunt: quum non possit secum Veritas dissentire, vbique semper, omnibus & hominibus & seculis vna & constans: ecquam aliam in Verbo quodam non-Scripto veritatem somniat Ecclesia Romana, Christi vocem aspernans, Antichristi fascino amplectens. Hoc est meum, Hay, argumentum.

Tu verò videris quoniam te reprehendendi abripiat libido, Calvinum reprehendis tanquã Eunomianum vel Macedonianum. Quid ais, *απειρό* *ἰωδὴ* Mome? Calvinus sancte Trinitatis Maiestatem aduersus hæreticorum latratus neruosissime defendit. Caluini igitur verba quæ notas, expendamus. Sic ille disertè loquitur, *Esto igitur hoc firmum axioma, Nō aliud esse Dei verbum, cui deus in Ecclesia locus, quam quod Lege primum & Prophetis, deinde scriptis Apostolicis continetur: nec alium esse ritē docendi in Ecclesia modum, nisi ex eius verbi prescripto & norma. Hinc etiam colligimus, non aliud permissum fuisse Apostolis quam quod olim habuerunt Prophete: nempe vt veterem Scripturam exponerent, ac ostenderent in Christo completa fuisse quæ illic traduntur: id ipsum*

Argumentū ex hoc Christi te simoniō nascens.

Calvinus aduersus virulentā Hayi calumniam vindicatur. Calvinus verba

292 I. QUÆST. SECUNDA PARS,

tamen non facerent nisi ex Domino, hoc est pra-
eunte & verba quodammodo dictante Christi spi-
ritu. Hac enim lege eorum legatione definitur Chri-
stus, quum iussit ut irent ac docerent, non quae te-
merè ipsi essent fabricati, sed quaecunque ipsis pra-
ceperat. Inde addit, *Et quia quae audierant ac di-
ciderant ex ore magistri, capere pro sua iudica-*

nocturni
vol 22
et illud
conuulsi
autem

te non poterant, Spiritus veritatis promittitur, a
quo dirigantur in veram omnium intelligentiam.
Illa enim restrictio attentè notanda, ubi partes Spi-
ritui sancto assignat, SUGGERERE quaecunque au-
te ore docuit. Quidnam ex his Caluini verbis col-
ligere potes, Iesuita, aut Eunomianum aut Mace-
donianum aduersus sacrosanctam Spiritus sancti
diuinitatem? Nunquid quòd ipsum vocat Domi-
num, id est verum Deum? An quòd eum agnoscit
autorem omnis veritatis & à Prophetis & ab Apo-
stolis reuelat? sunt enim ipsissima Caluini verba.

sententia
vultu
inter
Vera &
germana
horu Chri-
sti verbo-
rum senten-
tia.

Quidnā verò aliud Calvinus dixit nisi quod Chri-
stus dixerat priùs? hæc enim sunt ipsa Christi ver-
ba de Spiritus sancti erga suos fideles vi & effi-
cacia loquentis, *Ille docebit vos omnia, & ab Apo-
stolis reuelat.* Quidnam verba illa signi-
ficant? Vetus Interpres vertit, *Et suggeret vobis om-
nia quaecunque dixerero vobis.* Est ergo Eunomi-
nus siue Macedonianus vetus ille interpres cuius
verbis tantum vsus est Calvinus: qui Spiritus sancti
officium describens, cum *Suggerere* ait, quae
Christus ante ore docuit. Quasi verò quòd eandem
veritatem quam Christus ipse docuerat, Spiritus
sanctus reuocauerit in Apostolorum memoria.

Spiritus
sancti opus
hoc diui-
nitas ex
his verbis
elucet.

fit ideo minister & famul⁹ Patris & Filij! Quis
potius deitatem Spiritus sancti certo argumento
probari perspicuum est, quum videlicet salutaris
doctrina à Christo Apostolis exhibitæ, & ab illis
deinde

QVID SIT ECCLESIA. 253

deinde Ecclesie & voce & scriptis annuntiate
 vim autoritatemque in credentium animis obfi-
 gnet. vnius autem Dei opus est mentem illustra-
 re, cor efformare. Deinde, dulcissima est promif-
 sio Ecclesie facta, fore vt à Spiritu sancto illustre-
 tur in agnitionem veritatis: sicuti dictum est, *Spi-
 ritus meus qui in te est, & verba que posui in ore tuo,*
 &c. Quomodò autem commodius vertes vocem
ἐκφώνησόν μου, quàm in memoriam reuocare, siue *suggere-*
re? Saltem debebas tibi in memoriam reuocare
 illud Ciceronianum, *Si forte memoria defecerit, tuus*
est ut suggeras. Abi igitur, Iesuica, cum tuis deli-
 riis, & scito te non sine blasphemia blasphemie
 Caluinum accusare potuisse.

Quid sit
 Eccl. 1. 21.

De loco Psalm. xix. *Lex Iehoua*
perfecta, &c.

H A Y V S.

Ex hac Davidis sententia sic formabis ratioci-
 nationem, ni fallor. *Lex Iehoua est perfecta, & te-
 stimonium Iehoua fidele. Ergo Verbum Dei, Pro-
 phetarum & Apostolorum scriptis tantum defini-
 tur, &c.* pag. 65.

S E R R A N V S.

Scelus est nouo huic Rabino *ἀνεκφώνητος* I E H O - T r i c æ
 nomen, augusto D E I nomine enuntiare. Hayanæ.
 Quasi verò Iehoua nō sit Deus, possitve commo-
 dius vocabulum Dei essentia significandæ inue-
 nir! Contextum Hebræum describit, eundemque
 pnculcat characteribus Latinis, prouidus & æ-

quus aduersarius vt nobis videlicet consulat legendi imperitis. Non te pudet tot nugis libri tui molem exantlare?

Hayani
argumen-
ti addit
272a.

Verùm argumenti Hayani vim pondusque expendamus. *Aut imperfecta*, inquit Hayus, *Lex est aut perfecta*. Nos quidem negamus esse imperfectam. Quid tu? *Est perfecta*. Id vnice nos affirmamus. Quidnam inde colligis? *Ergo est perfecta*. Hęc enim tua est cõclusio subtiliter ex antegressis cõformata. Atqui non vides te *ἀδολογῆν* & nugari, idem inculcando?

Argumen-
tū meum
ex hoc
Davidis
testimo-
nio.

Verum, ais, *quomodo colliges, Verbum Dei Prophetarum & Apostolorum scriptis definitur?* Hoc nõ quæritur, sed an omnia ad salutem necessaria in Scriptura contineatur: cuius primarię partes sunt *Lex & Euangelium*. Duo loci quos hic citaueram, de Lege agunt disertè: tertius, de Euangelio quãquam & hic de Euangelio. nominatim enim sit mētio remissionis peccatorum quam Euangelium nobis offert in Iesu Christo. Meum igitur est, Hay, huiusmodi argumentum. Si Veteris Testamenti Scriptura fuit perfecta, quum ea cõplectatur quæ ad bene beatęque viuendum satisfatis, & ipsa plenam omnibusque numeros constantem doctrinam exhibeat, & erga pios sit exacta: postquam ad eam Scripturam Apostolorum Scriptura adiuncta est, veteris Scripturę testimoniis confirmata, & ostendit omnia fuisse à Christo impleta quæ olim in Lege prænuntiabantur omnino consequitur, totam Scripturam suis illis partibus compositam atque conformatam, perfectam esse atque absolutam: quippe quum nihil in ea desiderari possit quod ad Ecclesię salutē pertinere possit. Habes meum argumentum.

Legē scriptā. i. verū tantum intelligi.

Tu verò quid excipis? *Nomine*, inquis, *Legis tantum* Legē scriptam esse intelligendā. Puro. ec. quæ.

quænam enim alia Lex posset intelligi quæ vera sit Lex, quàm ea quæ scripta est à Mose & Prophetis? Cedo mihi aliã Legẽ. *At sine scripto, ais, olim con-*
sistit t. Βαπτολεμαϊς. Centies respondi, Illam ipsam legem olim Patribus sine scripto datã, nunc scri-
 pto commendatam fuisse, ne opinionum huma-
 narum adulteriis pollueretur. Est crassum Sophis-
 ma Diuisionis. cur enim vltima tempora à vete-
 ribus discerpis? Primis parentibus Lex sine scri-
 pto data, in ipsorum posterorũque animis in-
 sculpta erat. Efficacissima sunt Scriptura, *καὶ οὐκ ἔ-*
στιν ἔρανος quæ indelebilia atque sempiterna prin-
 cipiã continent, & præscribunt *καὶ ἐπιτελεῖται* rerum &
 actionum. Idcirco eas *Scriptam Legem* vocat A-
 postolus: quæ quum peccati labe & calligine fuisset
 obscurata & quasi obsoleta, fuit instaurata &
 illustrata scripto, quod consignatis ministerio
 Mosis tabulis extare Deus voluit, ad memoriam
 hominum integritatẽque rei sempiternam. Ita-
 que fuit, est & erit illa Lex scripta, vera Lex: ne-
 que est alia quæpiam Lex Dei quã hæc Lex scri-
 pta. Non te igitur pudet, Hay, vnum atque idem
 ad nauseam vsque passim obrudere?

Crambe
 Hayana
 de Verbo
 nondum
 scripto.

De loco Deuter. 12. &c. *Quicquid
 ego præcipio. &c.*

H A Y V S.

*In extremis verbis cap. 12. Deut. scriptum est,
 Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Do-
 mino, non addas quicquam nec minuas. Tu
 verò addis Scripturis & addendo violas præce-
 ptum Domini, quum in cap. illo 12. scriptum esse*
 T. iij.

vis, quod non fuit à Mose scriptum, fortasse in tuo autographo habentur & illa verba, non declinabitis ad dexteram, & alia multa quæ tu insinuas hac tua venusta clausula &c. pag. 66.

SERRANVS.

Ridicula
Sycophan
tæ scurri-
litas in eum
requisita de
prehensa.

Quum iocos tam sæpe aspergas, vis urbanus haberi, belle Iesuita: neque cogitas aliud esse appositè & opportunè iocari, aliud insulsè obganire, sicuti faciunt inepti scurræ, siue improbi Sycophantæ: quemadmodum tu facis qui non veris inspidos putridosque tuos sales in sacri Dei Verbum illidendo, Deo ipsi sceleratè illudere. Quis non videt me nihil de meo addidisse eitestimonio quod citavi? Hæc nimirum ipsissima verba in sacro Bibliorum autographo leguntur: capite nimirum quinto Deuteronomij versu 32. vs ego notaueram: *Custodite ergo ut faciatis quemadmodum præcepit Iehouah Deus vester vobis: ne declinetis ad dexteram vel ad sinistram. Per omnem viam quam præceperit Iehouah Deus vester vobis, ambuletis.* Habes clausulam explicatam. Abi igitur, nugator, & memineris tibi rem esse cum Deo qui non *uixit impius tuus*, id est qui tuas illas sannas, siue Apostasiæ tuæ viculentum sputum in os tibi ingeret, & maxillas confringet impuri oris tui.

Galat. 6. 7.

HAYVS.

Prohibet Dominus ne quicquam addatur libris Mosis, tanquam à Mose scriptum. Nam si fuisset Moses, ut tu videris significare, omnia ad lucem necessaria in Pentateucho contineri, Apo-
stolo.

colorum scripta essent reuicienda, pag. 66.

SERRANVS.

Illud ipsum est iterum ludificari veritatem, nō argumentari. Quæcunque in Scriptura continetur, Scripturæ partes esse affirmo, vt ex omnibus partibus Scriptura tota, quasi, vt supra dicebam, *omnispes* & vniuersitas quædam conformetur. Verum ad hoc vt maior sit minorve scripto autoritas, nihil interesse aio prius posteriùsve sit scriptum, dummodò scriptum esse constet: quum vna sit eiusdemque & autoritatis & potestatis *peura*, quemadmodum suo loco à me est explicatum: ne hîc eadem inculcans, tecum *κακωμια* & loquacitatis accuser. Quod in extremo capite Deuteronomij à Propheta quodam additū est, pars est Deuteronomij: ac proinde Scriptura, eiusdemque cum toto Deuteronomio autoritatis: sicuti & cætera omnia Scripturæ monumenta à Prophetis scripta post mortem Moſis. Itaque hoc argumento tuo quo maximopere triumphas, nihil potest esse nugacius. Quasi verò non eadem sit veritas, idē autor Deus Scripturæ & à Prophetis & ab Apostolis scriptæ! Num minor fuerit fides scriptis notarij adhibenda, quæ anno Milleſimo octuagesimo quinto scripta sint, quàm quæ quarto aut tertio? Dignum Hayo Iesuita argumentum, & toties inculcandum!

Bibliorū libri vltimo tēpore eiusdē sunt cum cæteris autoritatis, quia sunt eiusdem veritatis.

De loco ad Galat. 1. 8. *Etiamſi nos aut Angelus è cælo. &c. de quo & supra.*

HAYVS.

Apostolus his verbis non censet reiicienda omnia quæ ipse non docuerat, sed iis aliena & repugnantia. Neque scriptam doctrinam hoc loco nominat, non enim ait, Præterquàm quod scriptum aut, præterquàm quod in sacra Scriptura libris scriptum est: sed præterquàm quod accepistis. Imo potissimum doctrinam sine scripto traditam significat. pag. 66.

SERRANVS.

Ex ipsius Hayi verbis & torquetur argumentū aduersus Hayum.

Argumentum meū ex hoc Pauli testimonio.

Omnino ita est vt dicis, Hay, Apostolum non censere omnia quæ ipse non docuerat esse reiicienda, sed iis aliena & repugnantia. Hoc profectò vocat *Aliud Euangelium*: & hoc ipsum aduersus tuum de non-scripto Verbo commentum, disertè facit. Si enim ea quæ vel cæteri Apostoli in Ecclesiis viua voce siue scripto docuerant vel ad commodiorem ipsarum ordinem vsûmq; constituerant vel ipse quoque Paulus vel docuerat vel constituerat sine scripto, ALIVS EVANGELII nomine censerî nullo modo possunt: necessariò consequitur illa eadẽ fuisse cum scripto Verbo, ac proinde & ad illud reuocanda & ab illo diiudicanda veluti certa indubitataque veritatis amissi: & ex vi consequentis, hunc locum opportunè à me laudari vt probem, Omnia ad Ecclesiæ salutem necessaria in Scripto Dei Verbo contineri. Quidnam hac luce illustrius dici potest: nec te tuis verbis conuinci vides, Iesuita? At scriptam inquis, *doctrinam hoc loco minimè nominat.* Cedo igitur ecquã aliam? Potèstne probare Apostolus viua

viua voce aliud docuisse, aliud scripto? Tu quoque
 fatebaris modò doctrinā ei alienam & repugnan- Inanes
 tem quam ipse docuerat, ALIUS EVANGELII Hayi ex-
 nomine designari. Quidnā verò docuit Apосто- ceptio-
 lus nisi quod in Epistola sua cōtinetur, aut quid nes.
 aliud reprehendit ei contrarium? Scriptam igitur
 doctrinam, digito veluti monstrari non vides: &
 si non vides, non te tuæ cæcitatatis pudet? At (in-
 quis) non ait quod scripsi, sed quod accepistis. Imo
sine scripto traditam potissimum significat. ait enim
alibi, Accepi à Domino quod tradidi vobis, & testa-
tur se illud Euangelium Galatis notum facere quod
eis prædicauerat: quod & ipsi acceperant & in quo
stabant. Hoc idipsum est, Hay, quod volumus. Di-
 fertè enim significat se non scribere nouam do-
 ctrinam, sed illam ipsam quam viua voce Galatis
 prædicauerat, quam & ipsi erant amplexi. Tuum
 ergo argumentum in te retorquetur ex illis ipsis
 quæ citas Apostoli verbis. Quòd Tradendi, acci-
 piendi, prædicandi vrge vocabula, quasi de viua
 voce & verbo non-scripto tantum intelligeren-
 tur, prorsus est nullum. écquis enim vel medio-
 criter eruditus non perspiciat in cæco sophisma-
 te crassum Elenchum *ομωυυίας*? Quasi verò scri-
 pto non possit aliquid tradi, accipi, prædicari!
 Quidnam enim aliud tradidit Apostolus Eccle-
 siæ, quidnā aliud accepit Ecclesia, nisi quod scri-
 psit Apostolus, & quod literis commendatum ad
 posteritatem transmisit, posteris profuturum se-
 culis? Coenæ quoque institutio quam se à Domi-
 no accepisse, eadēque Corinthiis tradidisse te-
 statur, nonne scripto commendata extat? Se etiam
 affirmat prædicasse Christum crucifixum, à lega-
 libus ceremoniis euolutum. Hoc quoque literis
 commendatum extat. Certè, quod Apostoli præ-
 dicauerunt, quod Ecclesiæ tradiderunt, quod Ec-

300 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
 clesia prædicatum & traditum accepit, id ipsum
 ab Apostolis fideliter scriptum in sacris Bibliis
 extat. Hoc nimirum est Euangelium quod me iubes
 proferre. Profero igitur, Petri, Iacobi, Ioannis,
 Pauli, Iudæ epistolas. Nullum aliud sine scripto
 Euangelium per reuelationem Paulum habuisse
 aio: quod per reuelationem vidit, non est ALIUD
 EVANGELIUM aduersus quod tantis diris inro-
 nat sed illud ipsum est Verbum non-scriptum
 Scripto contrarium, quod vos Iesuitæ deliro mû-
 di senio nunc obtruditis. Abi igitur, Hay, cum
 tuis deliriis, atque disce & veriùs argumentari,
 & orthodoxorù Patrum testimonia solidiùs pro-
 ferre.

Iesuitæ
 impertifi-
 mi Anti-
 quitatis.

Augustini enim, Athanasij, Cyrilli sententias
 peræque ac lenticulam vnguento agglutinasti, vt
 sint verba tactum & voces, quibus duas penè pa-
 ginas peregrinorum testimoniorum assumentis
 nequicquam expleres. Neque te pudet tuæ demê-
 tiæ, etiam ἐπ' αὐτοφώρῃ ἐαλώς? Perspicua sunt Pa-
 trum testimonia quæ nos ad Euangelium, ad re-
 gulam fidei reuocent. Quòdnam est ergo verum
 Euangelium nisi scriptum: quænam fidei regula,
 nisi Verbum scriptum? Hæc sobriis lectoribus re-
 sponso abundè sufficiet.

Atque hæc quidem à me paucis dicta sunt: vt
 veram germanamque locorum è Scriptura à me
 citatorum sententiam à Iesuitarum calumniis
 vindicarem. Proximum est vt orthodoxorum Ec-
 clesie patrum testimonia excutiamus.

TESTI-

QVID SIT ECCLESIA. 301
TESTIMONIORVM
AD HOC IPSVM A-
xioma confirmandum ex orthodo-
xis Ecclesiæ patribus à me citato-
rum, HAYI OPPVGNATIO ET
MEA DEFENSIO.

De loco Irenej, *Scriptura quidē perfecta.*
&c. lib. 2. ca. 47. lib. aduersus hære-
ses Valentini & similium.

HAYVS.

*Voluisti nobis negotium facessere. Quorsum u-
bi nihil opus est & capita & versus numeras, ubi
verò res maxime postulat, ne librum quidem no-
minas? Adiciam integram sententiam Irenej quæ
habetur lib. 2. aduersus hereses cap. 47. Vnus &
idem Demiurgus &c. pag. 68.*

SERRANVS.

Ergo in tituli apiculis erit dimicandum, ante-
quam de re ipsa dicamus. Magnum scilicet faci-
nus est omissam fuisse libri notationem, quò lo-
cus fideliter sit descriptus. At tu nõ vides, Hay, te
in illa ipsa libri recitatione aliquid omisisse. tu e-
nim, *Aduersus hereses*: quum sit, *Aduersus hereses*
Valentini & similium. Hæc nimirum tibi vitilici-
gatori non est importuna *ad rationem*, licet & præ-
ter animum & præter morem meum. tua verò hic
trophæa. Maximum quoque tibi piaculum ea ex

Trice
Hayanz.

302 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
Irenæo excerptisse quæ ad meum institutum pro-
priè pertinent, nisi dimidiam paginam pro-
meo instituto planè alienis tecù infarciam. Quid-
nam est *κίριον επί τει* & in re seria nugari, si hoc
non est? De re itaque ipsa.

H A Y V S.

Quid inuenis in hac Irenæi sententia quod axioma tuum confirmet? Irenæus ait Scripturas esse perfectas. Ergo nefas esse sentit existimari quicquam ad salutem nostrâ pertinere, quod Prophetarum & Apostolorum scriptis non planè & perfectè contineatur? O pugionem plumbeum, quod hic nouus Caluini & Bâti nos iugulatû iri putat. Perpende causam huius perfectionis quam idem subiungit, & noli in posterum verbum unum ex Autoris scripto (quod forè nunquam vidisti) arripere, ne pro Theologo ridiculus Sophista apud omnes habearis. Sunt itaque autore Irenæo Scripturæ perfectæ, quippe à Verbo Dei & Spiritu eius ductæ. Perfectionem ergo Scripturarum in eo vult esse positam, quod nihil contineant quod non verissimum & certissimum, ab omni suspitione alienum sit: & quum rerum omnium esse auctorem & effectorem Scriptura doceant, impietas maxima est, inducere plures Deos, ut fecerunt Heretici quos Irenæus refutat. At tu qui ad eius patrocinium confugiendum duxisti, explicari potes, illa eiusdem Auctoris verba: Si autem omnium quæ in Scripturis requiruntur, absolutiones non possumus inuenire, alterum tamen Deum, præter eum qui est, non requiramus.

ra mus. *Apage igitur & disce quid sit argumen-
tari, qui nobis tela quibus te cofodiamus aruon,
dum errores tuos pro viribus eners, nobis copiose
suppeditas. pag. 68.*

S E R R A N V S.

Bona verba quaeso, magnifice Thraso. Neque
error est, sacrosanctum Dei Verbum aduersus Ie-
suitici mendacij praestigias tueri: neque victoria,
te Iesuitice gloriari. Me & germanam Irenæi sen-
tentiam ad hoc illustrandum axioma in quo a-
struendo nunc versor, recte attulisse: me quoque
non loci particulam auulsiisse, sed totam omnibûs-
que suis partibus conformatam sententiam expê-
disse: te contra perpetam Irençum Irenæo (præter
mentem & verba ipsius) opposuisse, Lector ex i-
psis rebus iudicabit. De loco igitur ipso primum
vniuersè videamus.

Irenæi te-
stimonium
à me rectè
citatum im-
peritia
thrasoni-
ca ab Hayo
perperam
reprehēditur.

Irenæi consilium est, docere, Eos prorsus in-
sanire qui vel sine Dei Verbo de Deo & supra
Deum aliquid inquirunt, vel in ipsius Verbo pro-
fana curiositate versantur: id est vana sciētia tur-
gidi ea curiosè inuestigant quæ humani ingenij
captum superant, quum ea sint meditanda & dis-
cenda quæ nostræ potestati & cognitioni subiecit
Deus. Illa autem in Scripturis sic exposita fuisse à
Deo testatur Irenæus, vt non aliam veritatis re-
gulam quàm vniuersas Scripturas, id est Prophe-
tarum & Apostolorum scripta, habere debeamus:
vt illis cancellis scientiam nostram circumscri-
bamus. Esse enim nefas arbitrari, Christum aliud
docuisse clam, aliud palam: ac proinde impiū es-
se, obtentu earum parabolarum quibus Christus
ysus est, nouos quosdā exquisitosque sensus com-

Irenæi in
hoc loco
consilium
sermonis
æcono-
mia, loci
peculiaris
vera & ger-
mana sen-
tentia o-
stenditur.

missi, quum ipsarum veritas ex simplici perspicuaq; Scripturarū dictione, semotis figuræ inuolucris, intelligi debeat atque explicari. Alioquin nullam fore veritatem quippe quæ pro vniuersiusque arbitratu modò huc modò illuc alternas, in varios peregrinosque sensus distraheretur sicuti gentilium philosophorum quæstiones: nulla quoque fore fidem nostram quæ in incertum effusæ arenæ collocata, facillè corrueret atque perfunderetur. Hæc tribus capitibus, nimirum quædragesimo quarto, quinto & sexto tractat luculenter Irenæus. Septimo proximè insequenti eiusdem sermonis *ἰνὴ Ἐπιστολῶν* instituens, hoc ait quod ego commemoravi. Indicata igitur vniuersi sermonis serie & œconomia, proximum est vt de hoc loco propriè agam.

NEGAT igitur vir sanctus cuiquam mortalium fas esse vanis quæstionibus indulgere sine Scriptura: quum & illis vera de Deo scientia amittatur, & hæc veræ solidæque de Deo scientia vna sit & constans regula. Porro rationem reddit cur Deus in Scripturis rectè cognoscatur, nimirum

QVOD SCRIPTVRÆ SINT PERFECTÆ. CUR
ITA? QUIPPE A DEO ET SPIRITV EIVS DICTÆ. Hæc sunt Irenæi verba quæ perperam à me citata clamat & ridet Hayus: qui locum illum sic exponit: *Perfectionem ergo Scripturarum is in eo vult esse positam, quod nihil contineat quod non sit verissimum & certissimum, ab omnique falsitate suspicionem alienum sit.* Esto, hoc enim dicimus: Scripturas constantem perpetuamque veritatis regulam esse affirmamus. Quid inde efficitur quod non pro me & contra te faciat? Si enim verissimum & certissimum, & ab omni falsitatis suspicionem alienum, cur non in eo acquiescunt conscientias omniæque ad fidem necessaria in eo contineri credant?

Irenæi testimonium explicatur: & Hayi interpretatio in Hayum retorquetur.

datæ & contra, si illa certissima est veritatis regula, cur alias quærant & sine Scriptura & cõtra Scripturam? Perfectionem videlicet Christianæ vitæ melius Franciscani in regula Francisci, Dominicani in Domini regula, vos autẽ Iesuitæ in vestra regula, id est Caraphæ aut Ignatij de Loyola institutis quæretis (in quibus omnibus falsitatis saltem suspicio cadere potest) quàm in Scriptura? Vides igitur siquid mentis tibi superest, tuam confessionem in tuum caput retorqueri. Si enim veritas Scripturis definiatur, non potest quæri extra Scripturas. Verùm luculentius loquitur Irenæus quàm tua interpretatio explicavit. Perfectionis enim illius quam Scripturis attribuerat, causam reddens, reuocat nos ad primum illud & immediatum axioma, *Scripturas nimirum perfectas esse à Deo & ab ipsius Spiritu.* Hoc ipsum docuerat Petrus affirmans Prophetiã Scripturæ non esse propriè explicationis: quum non libidine hominis allata sit olim Prophetia, sed acti à Spiritu sancto loquuti sint sancti Dei homines. Hanc veram germanãque esse Irenæi sententiam, nemo dubitabit qui locum inspexerit. Ecquid verò aliud, Lector, aut docui aut doceo? Hoc vnum enim est tertij istius Axiomatis in quo explicando oratio mea versatur, fundamentum: Omnia ad salutẽ necessaria in Prophetarũ & Apostolorũ scriptis iccirco cõtineri, quòd nihil de suo illi scripserint: sed à Deo inspirati, diuinam perfectãque doctrinã scripto fideliter commendaram Ecclesiæ reliquerint. Hoc igitur meum argumentum ex Irenæi testimonio verè & congruenter deductum esse, Lectorem iudicaturum arbitror.

His ita constitutis, reliquum est vt ostendam Irenæi testimonium quod mihi Hayus opponit;

Argumentum meum ex hoc Irenæi testimonio.

Irenæi lo-
cus ostēdi
tur cū no-
stradoctri-
na conue-
nire.

huic veritati minimè repugnare. Irenæi sunt hæc
ipsa verba: *Si autem omnium quæ in Scripturis re-
quiruntur, absolutiones non possumus inuenire, alte-
rum tamen Deum præter eum qui est, non requira-
mus.* Quidnam in his colligit Hayus? Omnia quæ
ad Dei salutisque nostræ cognitionem pertinent,
in Scripturis minimè contineri. Ecquis non ani-
maduertat violentam planè interpretationem
nulla ne veri quidem specie, à Iesuita fabricari
hoc non glossemate? Omnino & verba ipsa sin-
gulatim & vniuersa sententia huic cōmento pe-
nitus repugnant. Nam *non inuenire omnium quæ in
Scripturis requiruntur, absolutiones, non significat
aliquid deesse Scripturis ad plenam solidamque
Dei & salutis nostræ cognitionem, quemadmo-
dum interpretatur Hayus: sed vera & peripicua
est hæc illorum verborum sententia: Siquid in
Scripturis inueniamus quæ intelligere aut expli-
care non possumus: aut aliquid disquiramus ipsi,
cuius solutionem siue explicationem in Scriptu-
ra minimè inueniamus: (Absolutionis enim vocē
de Græca ἀπολύσις obscurè & ineleganter exprei-
sam verisimile est. est autem λύσις siue ἀπολύσις lo-
gicum vocabulum quod explicare significat: sic-
uti & soluere argumentum & solutionem argumen-
ti dicimus. ex quo etiam fonte emanarūt ἀπαλύσις
& ἀνάλυσις.)* siquid, inquā, huiusmodi in Scriptura
inueniatur quod à nobis expediri non possit, non
iccirco tamen indulgendum esse opinionis no-
stræ libidini vt alterum Deum comminiscamur
quàm eum qui sese nobis in Scripturis patefecit,
neque Scripturas ideo damnandas veluti imper-
fectas: quum Deo Opifici nostro & se nobis pro-
modulo nostro patefaciendi fides sit adhibenda,
vt eum qualem & quo modo Scripturæ nobis ex-
hibent, amplectamur. Quid igitur? Non damna-
das

das quidem esse Scripturas, sed culpandam esse
 infirmitatem nostram quæ illorum mysteriorum
 minimè capax est. Illam autem ingenij nostri im-
 becillitatem hoc argumento ostendit. *Si enim*
(inquit) quæ ante pedes nostros sunt & in commu-
ni vita usû versantur minimè percipimus, quâto mi-
nus ea quæ ad vitam cœlestem immortalemque per-
tinent, intelligemus? Adhibet porro exempla e re-
 bus creatis perita quarum causæ sunt nobis inco-
 gnitæ & vni Deo committendæ: sicuti inundatio
 Nilii, accessus & recessus Oceani: pluuiæ, grand-
 nis, fulminis generatio &c. Et hæc quidem sunt
 in Natura. At de iis rebus quæ ad Dei cognitionem
 pertinent, moderatiùs etiã cogitandum esse ait.
 quædam enim esse quæ Deus nos latere voluerit;
 neq; illa in Scripturis suis nobis patefecerit: quæ-
 dam verò in Scripturis quidem indicasse, hæc-
 nus tamen vt ea curiosius à mortalibus homini-
 bus inuestigari nolit. Huic autem theoremati il-
 lustrando adhibet exempla. De primo quidem
 genere, earum videlicet rerû quas Deus vult nos
 ignorare, ob eamque rem in Scripturis non vult
 inueniri, hoc exemplû. Vt si quis quæreret, *Quid-*
nam faceret Deus antequàm mundum creasset.
 Hoc negat quærendum esse Irenæus, quum merû
 hac de re in vniuersis Scripturis silentium quam
 nimium Deus vult nos nescire. De secundo au-
 tem genere, earum quæ licet in Scriptura indi-
 centur, in illis tamen summa cautione versandum
 est, hoc exemplum: *Docet quidem Scriptura mû-*
ndum fuisse creatum à Deo. Hoc quidem cogno-
 scendû est: ac humano more quæreret, ex qua ma-
 teria cuius ingenij vi atque industria, quibus ma-
 chinis: & diuinæ sapientiæ Maiestatem ad huma-
 ni ingenij modulû angustiasque reuocare, id ve-
 rò nefas esse, neque sine blasphemia disquiri villo

modo posse. Certè doctum est ignorantia gen-
 nus, & indocta est vecorsque scientia. Hoc au-
 tem dicit Irenæus aduersus Valentinum, Mar-
 tionem, Saturninum, Bassidem cæterisque here-
 ticos qui de Filio Dei, æterna Patris Sapientia, &
οὐκ ἴσθ' ἰπσίου λόγου veluti de humanis facultatibus
 disputabant. vnde infinitos errores natos esse to-
 ta disputatione ostendit. Decipulas igitur necesse
 est Hayus eo genere Sophismatis quod à *non causa*
ut causa vocant. ignorantia enim causam tribuit
 Scripturæ quâ humani ingenij imbecillitati tri-
 buere debebat. Hac de re nunquam Irenæus cogi-
 tauit, qui de Scripturarum perfectione, præstā-
 tionatur vt mirum sit quenquam reperiri qui
 tã perspicuæ veritati audeat repugnare, idipsum
 tamen copiosè & luculenter docenti quod in hac
 disputatione instituo.

Aureæ Tre-
 nci senten-
 tiæ de Scri-
 pturæ di-
 gnitate.

Summa est, Deum in Scripturis suis verè & ad
 salutem cognosci; Scripturas, id est Prophetarum
 & Apostolorum doctrinam, esse perfectas, quippe
 quæ Deum habeat autorem. Præter Scripturas &
 sine Scripturis de Deo nihil esse inuestigandum.
 In Scripturis sobriè versandum. Ad Scripturas
 rectè intelligendas, simplicem germanamque i-
 psarum dictionem esse primùm expendendā, de-
 inde ad fidei analogiam quæ in ipsa Scriptura cõ-
 tinetur, esse reuocandam: non verò indulgentiam
 esse aut peregrinis & allegoricis interpretationi-
 bus aut infinitis quæstionibus. Denique, vnicam
 certamque Veritatis regulam in Scripturis con-
 tineri. Illustrissimi loci breuem synopsis pla-
 extenui pulcherrimarum rerum gustu ad ipsius
 loci inspectionem inuitetur, ex qua vt amplissi-
 mum fructum reportabit, ita de mei aduersarij in
 me

me triumphis solidius iudicabit. id est num plū-
beus sit meus pugio quem Iesuitico mendacio
intentaui, num Irenęi sententiam diuulserim, nū
ipsius libros legerim: num me rectē argumentari
doceat Hayus. Deniq; an potius sit ipse ex sanguis
& ex succo Thraſo: qui in manifesto mendacio
deprehensus, nulla scientia, minori conscientia,
luculentæ veritati *αὐτοῦ τὰ κειτὸς* reluctetur.

Ridicula
Hayi arro-
gantia ea
reprehen-
dens que
nescit.

De duobus locis Augustini: vno qui est
lib. 2. ad Genes. cap. 5: altero, de pec-
catorum merit is lib. 1. cap. 22.

SERRANVS.

Dat manus tandem Hayus. Inviolabilem scri-
pturarum autoritatem confitetur, vt se Scriptu-
rarum violatorem proprio ore condemnet. Is
quippe improbē violat Scripturarum autoritatē
qui negat eas non docere omnia ad salutem ne-
cessaria.

Hayi ver-
ba in Hay-
um retoc-
quentur.

Victus tamen & conuictus non desinit cōui-
tari & obstrepere. Atqui vsu & ratione id mihi
cognitum est, Hay, quod verē & appositē à me ci-
tatum esse agnoscit etiam ipse. Si neque fallitur
neque fallit Scriptura quæ infallibilem docet sa-
lutis viam, tu falleris & fallis qui illius autoritati
(quantum in te est) detrahens, homines seducis à
recta via, & in mendacij ruinam das precipites.
Atque de his quidem locis duobus hæc satis.

De tertio loco Augustini, ex comment.
in Ioan. tractat. 49. *Quum Dominus*
Iesus multa &c. pag. 69.

HAYVS.

Quid intelligas nescimus, quism ex obscura tua oratione certam aliquam sententiam elicere difficulter admodum valeamus. Certum est D. Augustinum de miraculis Christi Domini hanc sententiam scripsisse. &c. pag. 69.

SERRANVS.

Plana est & perspicua verborum meorum sententia ex verbis Augustini, *Ea que scripta sunt, ad credentium salutem sufficere*: atque ad eò te grauissimè hallucinari qui aliter doceas. Tu verò, Hay, iterum crassè peccas qui Ioannem de miraculis tantùm loqui arbitraris. est enim vniuersi Euangelij clausula, idcirco rectè interpretatur Augustinus illa verba, Christũ & dixisse & secisse multa quæ scripta non sunt. Num de solis miraculis egit Ioannes? Quĩ verò doctrinam in qua explicanda præter cæteros Euangelistas singulari quadã ratione elaborauit, prætermisisset: quĩ de miraculis tantùm egisset, prætermisso miraculorum fundamento, id est doctrina, cui ob signandæ adhibita sunt à Deo miracula? Iam & illud Augustini verbum turpificas. *Videbantur*: quasi non sufficerent reuera. Quod igitur Ioanni, Christi scribitur visum est, non est Christo visum. Rectè id Lucas, cuius testimonio abuteris, Hierosolymitanæ Synodi epistolam referens, *Visum est Spiritui sancto & nobis*: quum bis dixisset, ait, *Visum est Apostolis*. Nihil de suo Apostoli præsumperunt, sed qui iphis sunt visa, certissima sunt Dei decreta. Ex præscripta verborum formula hinc te quoque victum facere.

Hayus Augustini
verba manifesta
depravat.

Act. 15. 28.

Argumentum ex hoc
Augustini testimonio
nascens.

QVID SIT ECCLESIA. 311

facere. Quæ ab Apostolis scripta sunt, sufficiunt ad salutem fidelium. Scriptura igitur qua fides nostra innititur, omnia ad salutem necessaria complectitur: & ex vi cōsequentis, nouum quoddam Verbi genus quod nō sit scriptum scripto ad supplementum, adiungere, planè impium est atque blasphemum. Verùm hac de re infra suo loco copiosius.

De loco Chrysofomi, Homilia prima in prius caput Epistolæ ad Titum super hæc verba, *Euangelium continet* &c. pag. 70.

Codicem Hayi consulat Lector.

S E R R A N V S.

Paginam totam & alterius partem ineptulis vellicationibus conterit Hayus & rancidas exceptiunculas ad quas sexcenties iam respondi, inculcat: typographicos errores vt horrida crimina exaggerat: Cypriani nomē pro Chry Gerre Hayane
 sostomo; Homiliam non indicatam: quæ certè nō potuerunt esse *μνημονία ἀμαρτημάτων* (venia tamē digna nō piaculo,) quum locum fideliter exscripserim. Verùm hæc quum leuia esse Hayus fateatur, cur huiusmodi errores traducit, & me veluti falsarium criminatur? Quòd totum locum non exscripserim. At nobis, ne nescias, Hay, charta & otio opus est, & veremur eruditorum cēsuras qui clament, *ὅτι οὐκ ἔπος*. Vobis Iesuitis vernaculū est, omnia effutire ne tacuisse videamini. Loqui vobis victoria est, nobis non item: sed opportunè loqui. In *Prædicationis* vocabulo tota est con-

Crâbe ite trouerſia. Accedit quòd Euangelium cum ſcripto
 zum inculcatâ de verbo nò ſcripto. *Verbo dicit me confundere: quum antè fuerit Euân-
 gelium, quàm ullum noui Teſtamenti verbum lîte-
 rus mandaretur.* Ecquid noui, Lector, audis: Ean-
 démne cramben tibi reponam? Prædicationis
 verbum, ad ſcriptum peræquè refertur quàm ad
 id quod vna voce perſonuit. Ita prædicauit o-
 lim, atque etiamnum prædicat Apoſtolus per E-
 piſtolas. Quidnam verò voce docuit, niſi quod
 ſcripſit? Idem eſt Euangelium & antequàm ſcri-
 beretur & poſtquam ſcriptum eſt: at ſolennis eſt
 ſcripti autoritas, vt veritas à mēdacio diſtingua-
 tur. At nò te pudet faſtidioſæ tux̄ βαττολογίας. Hi
 ſunt ergo tui, Hay, triumphî: diſplicet tamen eru-
 ditis inanis loquacitas de re nihili *αεισολογίας.*

De loco Gregorij in 44. cap. Moral.
Scriptura Prophetici ſermonis &c.

SERRANVS.

Nouæ
 tricz.

Locus eſt in Moralibus quum vitiôſè ſcriptum
 ſit in Paſtorali. Torquetur Hayus, & me inſcitiz
 accuſat, dum ſuam inſcitiam prodit in re plana
 deſudans. At videris, mî Hay, ne ſtomacho tuo de
 cuius infirmitate ſubinde cōquereris, hæc impor-
 tuna bilis ſit fraudi. quid enim attinet de tricz
 tantoperè digladiari? De re ipſa dicamus. Conce-
 dis verum eſſe Gregorij teſtimonium.

HAYVS.

*Non propterea tamen concludas, Axioma quod
 demonſtr.*

demonstratione tua posuisti, verum esse. non enim ait D. Gregorius solam Scripturam prophetici sermonis nobis esse lucernam, & lumen itineris. &c. pag. 71.

SERRANVS.

Hoc saltē concedis, Gregorium loqui de Prophetis Scripturis. Argumentū igitur ex te in te retorquetur, hoc modo: Si Scripturæ pars valet ad vitam bene beatęque componendam. Ergo tota. Sic verò amplificatur argumētum. Illustriore yberiorinque esse Apostolorum quàm Prophetarum doctrinam, perspicuum est. Quòd si angustior scripturæ pars sufficit fidelibus ad monstrandum salutis iter: omnino efficitur, angustiorē & illustriorem Scripturæ partem id potiùs præstare: atque ex vi consequentis, Vniuersam scripturam.

UT AUTEM non modò Testimoniorum ex e-rudite Vetustatis monumētis à me citatorum œconomiam & finem: sed & tuum, Hay, in me perperam reprehendendo pruritus Lector veluti in Diagrammate siue tabula animaduertat, sic ex his testimoniis instituo ratiocinationem:

Irenæus testatur sacras Scripturas, & Propheticas & Apostolicas, esse perfectas, esse regulam veritatis, esse verum de Deo & de salute nostra testimonium: sine illis denique homines miserè oberrare.

Chrysoſtomus testatur Euangelium ea omnia continere quæ ad hanc vitā futuramque spectant. Gregorius quoque idem de Veteris Testamenti doctrina concionatur, eam nimirum nobis præ-lucere in hac vita, & viam nobis sternere ad veram solidamque felicitatem.

Argumen-
tū Hayii
Hayū re-
torque-
tur.

Argumen-
tatio mea
ex horum
Patrū à me
modò cita-
torū testi-
moniis cō-
formata.

314 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
Itaque quum id & de Scriptura tota vniuersè,
& de Lege & Euangelio propriè dicatur, neces-
sariò efficitur, Omnia ad salutem necessaria in
Scriptura, id est Prophetarum & Apostolorum
doctrina contineri. QVOD ERAT A ME DE-
MONSTRANDVM.

Pag. 71. &
72.

Cætera autem quæ & in hac pagina & proxi-
mè sequenti glomerat Hayus, neque exscribo ne-
que exscribo, utpote responsione minimè digna.
sunt enim & ἀπεροδιόνοσι & centies inculcata.
Non disputat Hayus, sed partim suo more conui-
tiatur, partim βαττολογεῖ ἐν ταυτοῖς ὀπιδύων, quem-
admodum de Sophistis ait Plato. Hæc ex ipsius
codice Lector animaduertat. Hanc verò assensio-
nem ab Hayo tantum amplector, eiusque ut me-
minerit rogo Lectorem: Eandem videlicet scripti
& non-scripti Verbi autorem esse Deum. Quid-
nam inde consequatur, è proxima disputatione
perspicuum erit.

DEMONSTRATIONIS
πέρισμα, necessariam circūstantiam
complectens ad primariam Ecclesiæ
notam illustrandam, Sacramenta esse
Verbi sigilla & appendices, atque ad eò
Ecclesiæ notam alteram.

HAYVS.

Modò librum tuum quibus errorum portentis
refercias, omnia erant tibi necessaria. Quid opus
fuit cum disputatione de notis Ecclesiæ, miscere
questionem non minus grauem de vi & ratione
Sacramentorum? pag. 72.

S E R-

SERRANVS.

Mendacium scilicet non potest persequi veritatem grauiori nomine quàm suo. Errores certè meos sic nominat Hayus vt Pharisæi imposturas Christi: at æquum est spiritum erroris de errore loqui. De Sacramentis autem cur modò agam, hæc causa est. Quum ad constituendam Ecclesiæ definitionem, ipsius notas inuestigarem, ratio postulabat vt ad Verbum Dei idque scriptum (verum enim veri Dei verbum sacris Scripturis contineri probatum est.) Sacramenta adiungerem. est enim maximum *modus* demonstrationis, sine quo constitui definitio ipsa non potest. Idcirco in definitione Ecclesiæ cum Verbo prædicato adiuncta sunt opportunè Sacramèta, quæ vt sunt ipsa Verbi appendices & ritus additi Verbo, idè demonstrantia quod Verbum & ad eundè finem vltimque instituta, ita & Ecclesiæ sunt notæ: quippe quæ non modò certitudinem promissionum Dei in animis nostris obsignent, sed sint quoque exteriores tesseræ & solennia signa professionis nostræ. Habet methodi meæ rationem eruditus Lector. Tu verò, Iesuita, quidnam amplius moliris?

Cur hic fiat Sacramentorum mentio.

HAYVS.

Age (quandoquidè ita tibi placet) paucis excusamus tuas tesseras sigillatè tua Sacramenta reuellamus, vt omnes singularem vestram in obsignandis Caluini decretis industriam perspectam habeant. Vis igitur cum eo Sacramenta esse Verbi tesseras atque sigilla. pag. 72.

SERRANVS.

Inepti Ie-
fuitq̄ ioci.
Ita. 29. 11.
& 8. 16.

Sigillata sint verò tibi vera Sacramenta, sicuti Legem & suam omnem doctrinam ait fuisse veluti sigillatum seu obsignatum librum Hypocritis, ne videndo viderent aut intelligerent. Licet autem impius cæcusque populus veros Ecclesie discipulos ut signa & portenta quædam derideretur, vult tamen Dominus Legem suam in illis obsignari. Sic quoque latratus omnes tui ruorūque, Monache, sociorum haudquaquam impedient certam veritatis doctrinam quæ non est Caluini, sed Dei suam illam veritatem in suorum animis obsignaturi. At tua, magne Logice, argumenta iam expendamus.

HAYVS.

Præclarum sanè ponis disputationis tuæ de auctoritate Verbi fundamentum. Sacramentum est Verbi sigillum. Ergo à Sacramento Verbum auctoritatem (ut sic tecum loquar) precario mutuatur. Quis est enim alius sigilli usus, nisi literis quæ illo obsignantur, auctoritatē fidemque ut adiungamus afficere? Hoc argumentum non latuit Calvinum.
pag. 72. 73.

SERRANVS.

Hayi argumentū
in materia
peccat

Argumentum tuum, Hay, apoplexia laborat: peccat enim in materia & in forma. In materia quidē, quia ponit falsum, sensu etiam ipso cōmuni teste.

QVID SIT ECCLESIA. 317

teste. Quis. n. nescit sigilli vsum in societate generis humani? Nullum est sigillum, nisi in ipso vfu, siue ad priuatam siue ad publicam rem obfirmandum adhibeatur. quod si ipsa res antegredietur, tum sigillum valet plurimum ad fidem confirmandam & corroborandam eius rei cuius causa non modo institutum est, sed sine qua nullum est. Exempli causa. Quanti esset charta siue membrana alba sine vilo scripto, etiamsi sigillum adhiberetur? At idem sigillum siue Regio Edicto, siue priuato contractui obfirmando maximè est & autoritatis & efficacitatis. Sic de Sacramentis constituendum est quæ *per fides & omnia à Scriptura appellatur, & à veteribus à παλιγορα & ουκ δνξου*, i. sigilla, signa, pignora, pactiones, arrhabones, arrhæ, symbola, tessera, ad rerum veritatem in animis nostris firmiter efficaciusque obfirmandam, fidemque ad eò corroborandam quæ veritatem illam sibi proponit veluti primarium finem suum. Hæc veritas in Verbo Dei nobis offertur: sed quoniam nostros in assentiendo magnus est læguor, his adminiculis eget nostra imbecillitas. Nuda signa nihil iuuant: at promissioni adiuncta, & ad suum vsum reuocata plurimum conducunt. Calvinum igitur à te, Hay, perperam reprehensum quis non videt: ac proinde ludicrum esse illud argumentum tuum quod nobis nullo pudore affingis? *Sacramentum est Verbi sigillum. Ergo à Sacramento Verbum autoritatem precario mutuatur.* Insipidi sunt sales tui Iesu. non enim Verbum à Sacramento autoritatem precario mutuatur, sed Verbum præcedit, Sacramentum sequitur: illud quidem Dei veracis veras promissiones exponens: hoc obfirmans eadem promissiones quarum causa institutum est à Deo. Est igitur crassus Elenchus, *A non causa ut causa.* Verbo enim fides innitur: ad certio-

quia confundit vsum Sacramenti.

Legitimè Sacramentorum vsum. Rom. 4. 11

Verbi cognitionem in animis nostris inferendâ: accedunt Sacramenta Dei mandato. Ecquid verò incommodi est ab effectis ad causam iter sterni? Ita Sacramentorum commonstratione, veritatem in Verbo comprehensam animi nostri luculentiùs contemplantur. Argumenti tui acumen in ipsa re crasse peccantis Lector ex his animaduertit.

In ipsa autem forma quàm ridiculum est? *Verbum summam habet auctoritatem ab omni Sacramento seiunctam* (sic enim loqueris) & *Sacramentum quicquid habet auctoritatis à Dei Verbo accipit.* Quid inde colligis? Ergo Sacramenta non sunt Verbi sigilla? Tibi res erit cum ipsa Scriptura & erudita Vetustate, quæ Sigilli nomen tribuunt Sacramento. Hoc tamen è verbis tuis consequitur. Erubescis: te ipsa constringit veritas. Itaque vt solent & groti causam morbi in cubile deriuare, sic despiciendus Calvinus damnas, quum tuam demeritiam damnare debueras in malè culpanda veritate. Qui enim non constat Caluini simile? Verbo Dei summa est in Ecclesia auctoritas. Esto. Nūquid in Regno summa cōstabit Regio Edicto auctoritas? Itaque vt Regiū Edictum Regio sigillo, ita Verbum Dei Sacramētis obsignabitur. *Aequāne, dices, hominis Edictū Dei Verbo?* Respondeo, in hac comparatione non rem ipsam sed modum notari, & quidem $\chi^{\rho} \tau \omicron \eta \tau \tau \omega \nu \ \& \ \tau \omicron \mu \alpha \lambda \lambda \omega \nu$. Cōstare summam (quanta quidem in homines cadere potest) Regio Edicto auctoritatem nemo nescit: Regio tamē sigillo cōfirmari quis negauerit? Ecquis verò erit sigilli sine Regio Edicto vsus? Ita Caluini simile à te euersum non vides. Idem enim de Verbo Dei constituendum esse nemo sanus negauerit, habita quidem nostri ratione quibus & Verbum & Sacramēta destinata sunt, ad hoc vt fides promissionum Dei in animis vobis euidentissimè efficiat.

Argumentum Hayi ponat in forma sic uti ex ipso examine perspicuum est

efficaciùsque obfignerur. Certa quidem est atque
 sempiterna Verbi Dei autoritas, quæ nullis eget
 adminiculis: at in nobis obfignādū esse, ob eamq;
 rem externos ritus adhibendos, qui sensuum mi-
 nisterio animos nostros potentiùs feriant, ecquis
 non videt esse necessarium? Itaque duplex te,
 Hay, error transuersum agit, *Vitiosi consequentis*
 (non enim consequitur, Sacramenta non esse si-
 gilla Verbi, etiam si Verbum Sacramēti sit priùs:
& Rei perperā notata (quam stropham vobis ver-
 naculam, *A dicto secundum quid ad dictum simpli-*
ter appellant) quum Sacramenta sint & dicantur
 Verbi sigilla, non quasi Verbum Dei sit ex se
 aut infirmius aut obscurius, sed id sit nostri ra-
 tionis, qui his remediis ad fidem nostram suble-
 uandam indigemus. id est, Ita comparata est ho-
 minum natura, vt licet non pari docendi forma
 Deus Ecclesiam suam docuerit, nihilominus ta-
 men post homines natos huiusmodi adminiculis
 fidei nostræ imbecillitatem suffulciet. Atque
 hic quidem est verus Sacramentorum vsus, extra
 quem quum nulla sint Sacramenta & SIGILLA
 idcirco appellentur: efficitur, illorum officiū cō-
 modiori vocabulo representari minimè potuisse:
 ac proinde accusandum esse Hayum qui Calvinū
 accuset, & informem esse illius in argumentando
 formam, vt argumentationis fundamentum est
 planè nullum. Prima igitur exercitus tui, magne
 Thrafo, acies profligata est, germano Sacramēto-
 rum vsu & fine indicato. Quid ad hæc?

H A Y V S.

*Hallucinatur etiam Calvinus, maiorem existi-
 mans esse in Sacramentis promissionum diuina-*

SERRANVS.

Non respondet Hayus, sed suo more *σπουδαίως* re primaria prætermissa Caluinum petēs. His diuerticulis malæ causæ labanti commodè succurritur. Pro Caluino tamen, id est pro veritate quam docuit Caluinus, Hayo respondebo.

Sacramen-
ta Verbo
prædicato
illustriora
esse, quo-
modo sit
verum.

Non hallucinatur Caluinus, Hay, sed tu vehementer erras. Licet enim Verbum per se satis habeat lucis, ea tamen est animi nostri imbecillitas vt sicuti corporis auribus vtitur ad rerum veritatem percipiendam, ita & oculis opus habet. Imo docet experientia, non incommodum rerum *θεῖον* vt vt auditus propior sit animi minister, qui res intellectuales quantumuis inuisibiles solo auditu percipit: nihilominus tamen eam esse visus efficacitatem vt res ipsas per se inconspicabiles oculis subiiciendo, earum cognitionem & illustriorem & certiore reddat. id est, *ὡς ἐνεργὴς ἴσται ὡς ἢ ἐνεργὴς ἴσται, ὡς ἠμρανες ἴσται ὡς ἢ ἠμρανες ἴσται* vbi enim est maior rei *ἐνέργεια*, id est, perspicacitas, ibi quoque maior est *ἐνέργεια*, id est, efficacia. Exempli causa. Propono ex Euclide aliquam demonstrationem dogmaticè: principia, veluti axiomata quantumuis per se rata & luculenta, communèfessiones, theses, hypotheses, theoremata, demonstrationes, perismata & cætera id genus ad demonstrationis *ἀλληλεχίαν* rectè conformandam, quantumuis accuratè explicato: id ipsum tamen & factiùs & feliciùs percipietur, si quod verbis explicasti, adhibito diagrammate in abaco oculis subieceris. Sic & in commerciis. Quantò luculentior est atque efficacior rei exhibitio, quàm Iudex tradita

tradita tibi in manus clauē, possessionem ædium tibi ad dicat quā si nudis verbis pronuntiet illas ædes esse tuas? Ex illis rerum nobis cognitarū exemplis de incognitis iudicium faciendum est. Deus nimirum hominis opifex hominem nouerat, eiusque salutē consulens, totam docendā rationem illius captui accommodauit. Hominem ad contemplationem natum, rationis, licet per peccatum infinita labe inquinatæ dono præditum, voluit per auditum erudire, instillato aurium opera atque ministerio in ipsius animū Verbo suo, cuius vi eum instauraret fide insita, qua veritatē suam per Verbum suum reuelatā amplecteretur.

Magna & multi-plex Sacramento- rum vtilitas:

Hinc maximum Verbi & auditus encomium, *Fides ex auditu est: auditus autem per Verbum Dei.* Verum enim uerò hæc animi nostri imbecillitas Verbo Dei languidius assentitur, ac proinde aculeis opus habet quibus excitetur: & quoniam res spirituales utpote inuisibiles tardiùs percipit, necesse est ut illæ ipsius oculis quasi subiiciantur quò oculari & visibili indicatione subleuatus ad spiritualem angustiorēque contemplationem assurgat. Idcirco Deus inde ab incunabulis Ecclesiæ vsque ad adultam illius ætatem, id est ab Adamo ad Christum vsque solennēque Euangelij prædicationem, non solum tradidit Ecclesiæ doctrinam de generis humani cum ipso reconcilia- tione, eamque Verbo suo instruxit datis promissionibus: sed ritus etiam quosdam externos Verbo suo adiunxit, quibus nos toto sibi cōsecraret. Hæc sunt Sacramenta, quæ ut variis de causis Deus instituit, sic illorum hic est generalis, princeps primariūque finis ut diuini Verbi veritas in fidelium animis efficacius obsignaretur. Sic docet Calvinus, *Sacramenta afferre clarissimas promissiones, & hoc habere præ Verbo peculiare, quòd eas*

Rō. 10. 17.

instit. lib. 4. cap. 14. §. 3.

322 I. QVÆST. SECUNDA PARS;
veluti in tabula depictas nobis ad viuum representat. Certè non potuit veriùs expressiùsque Sacramentorum vis officiùmque describi.

Sunt tamen & alij Sacramentorum fines huic primo subordinati, vt notæ nimirù sint professionis, & conseruandæ doctrinæ adminicula. Nos enim luculenter monent cuiam nomina nostra dederimus, quibus abrenütiauerimus: & nos reuocant ad certiorè doctrinæ cognitionem cuius causa fuerunt instituta, vt de ea seriò cogitemus: quum ipsa non sint inania spectra, sed necessaria signa ad testificandam doctrinæ veritatem adhibita: quemadmodum Moses id seriò & sæpe inculcat, & Christus in Cœnæ institutione iubet *vt id faciamus in sui recordatione*, & Paulus vsum illum quoque Cœnæ notat, *quòd annütiemus mortem Domini donec veniat*. Hac etiam ratione illustriora sunt & efficaciora Sacramenta quàm Verbum. vnusquisque enim cogitare debet & cur baptizatus fuerit, & cur sacræ Cœnæ communicet. Deinde, quum spei nostræ rationem reddere debeamus, ea doctrina diligenter tenenda est quæ in his Sacramentis quasi sensibus nostris subiecta continetur. Denique, hæc luculenta docendi ratio plurimùm valet & ad vitæ difficultates superandas, & ad carnis libidinem domandam. Quum enim in tentationibus in dubium vocatur, an etiam nos, quamuis Verbo credamus, ea simus accepturi, vel quia indigni vel quia quocunq; modo ab his beneficiis exturbati: opponi vult Deus hæc pignora dubitationi. quum enim dato pignore sese nobis propriè obligauerit, & sit verax & potens ad promissionem præstandam minimè dubitandum est quin ea nobis propriè sit exhibiturus quæ propriè in nobis obsignauit: ac proinde generalem promissionem quæ vniuersæ Ecclesie offer-

1 Cor. II.
25.

offertur, singulis fidelibus per Sacramenta applicari perspicuum est, eoque respectu illustriora esse quam Verbum generatim omnibus propositum. Quum verò carnis cupiditatibus percellimur, cogitandum est nos & Baptismi Sacramento consecratos esse Deo, & ad sacras Domini epulas admittendos, ut membra nostra iustitiæ & sanctimonie faciamus quum planè sit iniquum & turpe, sacra Dei membra & immortalis felicitati destinata, in eamque finem acceptis pignoribus sacris obligata, Diabolo addicere & peccato, serua impunitati & iniquitati ad impuras carnis cupiditates perpetrandas. Hactenus igitur Sacramentorum vis & efficacia à me descripta est ut Lector Iesuitis adhuc fauens hæc accuratius exploret, præfractamque ipsorum in veritate oppugnanda audaciam ex ipso rerum examine perspiciat. Ridet Hayus, iocatur Ismaël aduersus Isaacum. Quod si, miser Apostata, cogitares quanti Iudæ constitit sacræ mensæ affedisse, caninum illum risum tuum conscientia excuteret. At infelix non cuitabis iudicem, si fugeris patrem.

H A Y V S.

Quid audio? Sacramenta dicuntur uniuocè de Verbo, & Verbum tantum est illud quod scriptis Apostolorum & Prophetarum continetur? Ergo scripta hæc Apostolorum erunt Sacramenta. Quumque in synagoga vestra duo tantum recipi vultis Sacramenta, Baptismum & Cœnam, necessario scriptum Verbum erit aut Baptismus aut Cœna. &c. pag. 73. &, Si ita est cur plebi pro Calviniana Cœna, Bibliorum volumina non tra-

324 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
 dis deuoranda? Non minus enim ch. rta, in qua
 Dei Verbum scriptum est, videri potest, quam pa-
 nis & vinum. Ibidem.

SERRANVS.

Ommino à monstrosa illa superstitione qua-
 lem, Hay, depingis, idcirco abhorremus, quia nõ
 sumus aut exorcistæ aut transsubstantiatores, qui-
 bus sacram. carnem ipsis dentibus atterere &
 deuorare. Inter illos primarium vobis Iesuitis lo-
 cum attribuit Pontifex Romanus. Vobis itaque
 primis mendacij ministris ideo videtur ^{dege-}
 & absurda Veritas, quia estis filij mendacij &
 Sathanæ: qui reprobo Mundo persuasit, Euange-
 lium esse scandalum aut stultitiam. Tu verò, nu-
 gator, meminisse saltem debueras te hæc olim in
 Ecclesia Dei didicisse: & licet huius veritatis sen-
 sum ex animo tuo omnem euellere, callúmque
 conscientix tuæ obducere coneris, tuas tamé nu-
 gas esse meras blasphemias de quibus tandem a-
 liquando reddes rationem Deo. Verùm ad tua re-
 spondeo. Vis igitur ea repetam quæ pueris etiam
 ipsis sunt nota. Si *συνώνυμα* sunt illa *ὡς καὶ τὸ ἴδιον*
μα ὁ αὐτὸς ἴσθις λόγος quorum nomen commune est,
 eadémque nomini attributa definitio, quomodo ne-
 gabis Verbum & Sacramentum esse *συνώνυμα*? V-
 num certè genus eadémque natura *τὸ ὅμοιον* cõ-
 plectitur, quæ suis inter se differentiis distincta v-
 num tamen commune nomen habent suæ defi-
 nitionis caput. Quæramus igitur Verbi Dei defi-
 niuẽ. Commodè dixerimus, *Esse declarationẽ*
siue expressionem diuina voluntatis & sapientie de
sancto afflatam, deinde literarum monumentis consi-
gnatam.

Hayi Apo-
 state virus
 aduersus
 cognitam
 veritatẽ.

Verbũ &
 Sacramen-
 tum sunt
 verè syno-
 nyma.

gnatam. Perspicuum fanè est illud idem genus Sacramentis esse commune. Sacramentum enim est *declaratio* siue *expressio diuinæ voluntatis & sapientia de salute generis humani*. Non. n. est humanū inuētum, sed Dei institutio. Eadem res in Sacramento quæ in Verbo proponitur. Differentiis quidem suis distinguitur à Verbo prædicato Sacramentum, varia enim est docendi ratio, illud aures ferit, hoc oculos. Non tamen ipsa distant genere. vnum enim Christum docent, vnum habent autorem Deum, eundem sibi proponunt finem, vitā æternam. Quum igitur sint *ὁμοῦσιν*, quomodò non erunt *συνώνυμα*, erudite Hay? Ridiculi sunt profectò tui triumphii. Verùm excutiamus propius tua argumenta.

Sacramenta & Verbum vniuocè dicuntur, & Verbum Dei tantum est illud quod Prophetarum & Apostolorum scriptis continetur. Hæc igitur Prophetarum & Apostolorum scripta, sunt Sacramenta Est figura Sophistica quam *ἀδολογία*, id est nugacitatem appellant. Fallacia autem est in ipsa sententia. Sic enim de vniuocis loquitur Hayus quasi vniuoca vnius generis communitate inter se copulara, nullis inter se differentiis distinguantur, quod falsissimum est. Homogenea enim ita vniuocè dicuntur vt licet commune habeant genus vnum, cuius amplitudine contineantur, suis tamen & propriis differentiis inter se distinguuntur. Perinde ergo facit Hayus ac si diceret, Homo & bos sunt vniuoca: Atqui homo est aptus ad disciplinam percipiendū. Ergo homo est bos. Quidnam Hayano acumine obtusius est? Species enim Homogeneas confundit, differentias quæ generis amplitudinem veris propriis que notis circumscribunt, à rerum homogenearum definitionibus exturbat. Hoccine vel tyroni in Academia Peri-

Nugatoria Hayi
argumēta.

126 I. QVÆST. SECVND A PARS,
patoye ferendum esset? In Ecclesia fasne ei fuerit
blasphemis hisce nugis veritatem vellicare? Cer-
tè, Verbum & Sacramenta vno genere contineri
vt ex superioribus satis constat, sic ex his quæ in-
fra accuratiùs differemus, enucleatiùs apparebit.
Prophetarum & Apostolorum scripta sunt verè
angustissima Sacramèta, quibus nimirum redem-
ptionis nostræ maximum illud quod Paulus vo-
cat, mysterium continetur. Verbum prædicatum,
& Sacramenta Verbi prædicati sigilla, idem illud
mysterium nobis exhibent. Sed quis ferat ludicrâ
Iesuitæ Logicâ quæ vocularem homonymiis cla-
ram perspicuamque veritatem inuoluit? Si Verbum
& Sacramentum enim in primigenia significa-
tione accipiâtur, quis non videt Verbum Prophe-
tarum & Apostolorum id esse, quod Prophetæ &
Apostoli siue voce siue scripto docuerunt? Sacra-
menta autem & sub Lege & sub Evangelio qua-
nam sint non debeo ostendere, vt per se nota.

At pergit ridere Hayus nobis obiiciens, Bap-
tismum & Cœnam Domini esse scriptum ver-
bum, Bibliorum volumina pro Sacramentis esse
obtrudenda. Insulsissimus iocus, Iesuitis quidem
dignus, quibus solenne est vniuoca cum æquiuo-
cis confundere, at in ipsa vitæ societate supplicio
animaduertédus. quis enim aurichalcum pro au-
ro ferat sibi dari?

Verùm de re ipsa. Baptismi quidem & Cœnæ
(quæ duo Ecclesiæ Sacramenta agnoscimus) in-
stitutio, in Scriptura continetur. Hanc quoque Sa-
cramentorum institutionem populo proponimus
ex Verbo Dei. Populum docemus qua fide & re-
uerentia ad ea sit accedendum. At prudens Le-
ctor videt hoc telum aduersus te Hay, vibrari:
Quis enim nescit ea quæ vocatis Sacramenta,
esse inania spectra, non Sacramenta: verorum Sa-
cra-

Que in i-
psum re-
torquen-
tur.

cramentorum idola & abortus: Verbum autē Dei vel planè exploditis, somniis Verbi vestri non scripti in illius locum suffectis: vel ita proponitis vt chartam & membranam cum Euangelij non prædicati sine lecti, sed in thessellas decisi nomine, ad morborum amuleta & magicas incantationes miseris hominibus obtrudatis. Hoc nimirum est vobis Euangelium quo vos *Ἰουδαίους* plebem induent ut emque fascinat. Et tamen audes contra conscientiam id nobis sycophanticè obiiicere quod omnibus constat planè esse ab omni veritate alienum. Iesuiticum mendacium his *ὁμοθυμῶν* delectatur: ac veluti quum aurichalcum pro auro impostores vendunt imperitis, sic vos æquiocam veritatem, æquiocam Ecclesiam, omnia denique æquiocam pro veris & vniucis ostentatis. Nobis igitur vestra crimina quorū vos esse reos no- stis, sine rubore obiiicies?

In summa, Quum Deus sese hominibus patefecerit ad salutem, quò ipsorum infirmitati sese accommodaret, Verbo Sacramenta adiecit vt eandem veritatem variis quidem, at propriis & aptis modis Ecclesie exhiberet. Eundem Christum, eandem veritatem, eandem vitam æternam, & per Verbum & per Sacramenta docet. Nihil hic est Arcefileum, nihil Academicum. Has *ἐπιπέτε* vobis qui in Ecclesia vestra æquiocam dubitationis & ignorantie scholas aperuistis, relinquimus. Tibi vero, Hay, vernaculas illas *ἰεροχὰς* quas apostasie virus in te impellit, non bene cessuras, id est, te non impunè illusurum Deo, dogmaticè & sine vlla dubitatione noxis.

Verbi & Sacramentorum idē finis & v-
tus.

HAYVS.

Optimè, Verbum auditur. Quòdnam quæsit
X. iiii.

318 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
*Verbum? Scripsimne Verbum? Nunquid & ver-
ba illa quibus Sacramenta consecrantur, audiri
possunt? pag. 74.*

SERRANVS.

Pontificie
Missæ su-
surri, siue
incanta-
tiones
magicæ.

Maximum scilicet absurdum, quod consecrator-
ia verba Sacerdos non palàm enuntiat, sed lecti-
mussitâdo demurmurat, *Hoc est corpus meum.* Mi-
rum te silentij illius decretum ex Verbo non-scri-
pto nō citasse, licet in sacris Eleusin iis probatio-
nem eius commodius eras inuenturus. Vera Sa-
cramenta non sunt magicæ incantationes. Reci-
tari palàm ex Verbo Dei debent, sicuti in illo di-
sertè sunt instituta, Verbi Dei vsum notat Aposto-
lus, *Quomodo autem credent ei de quo non audie-
runt: quomodo autem audient sine prædicante?*

HAYVS.

*At quam præclare argumentum instituis, Ver-
bum per aures, Sacramenta verò per oculos docet.
Ergo, Sacramenta & Verbum modo tantum &
ratione distinguuntur. &c. pag. 74.*

SERRANVS.

Iesuitæ
differendi
impositi.

Nescis, magne Logice, aliud esse argumentarij
aliud simpliciter docere quæ & qualis sit res. Tã
on & tò don confundis. Hæc est Iesuitarum Logi-
ca & in rebus & in ordine peccans: hoc nomine
vno semper vict: ix, quòd semper obstrepat. Hic
verò non argumentor, sed rem simpliciter doceo.
Osten-

Ostendo enim & Verbo & Sacramentis commu-
ne quoddam esse subiectum, nempe Iesum Chri-
stum: eandem tamen doctrinam vario modo in
Ecclesia proponi. Verbum enim prædicatur vt au-
diatur, ac proinde aures erudit: Sacramenta Ver-
bo adiunguntur, vt quod auditione perceptum
est, oculari demonstratione in animis credentium
obsignet: sicuti à me superius explicatum est. Ha-
ctenus dicebam Sacramentum aures erudire. est
enim visibile verbum, vt modò docebit Augusti-
nus. Cur autem Sacramentorum mentionem in
designandis Ecclesie notis iniecerim, hæc est cau-
sa. Quum Sacramenta sint non modò externa in-
signia Ecclesie quibus à cœtibus profanis distin-
guatur, sed promissionis quoque diuinæ pignora
atque signacula ad fidem confirmandam: Sacra-
mentis carere Ecclesia non potest, neque vnquã
caruit: ac proinde instituti ordinis ratio postula-
bat vt quandoquidem notas Ecclesie inuestigare,
de Sacramentis quoque obiter loquerer vt Verbi
Dei appendicibus, quod primariam Ecclesie no-
tam esse hæctenus demonstraeram. Iudicet mo-
dò Lector quænam sit Momi mei in me perperã
reprehendendo siue scientia siue conscientia.

Cur Sa-
cramen-
torum sit
mentio in
designandis
Ecclesie
notis.

Hayus
quoque
fateetur su-
prã, Sacra-
mẽta esse
notas Ec-
clesie.

H A Y V S.

Saltem negare non poteris quin scriptum Ver-
bum per oculos doceat. Ergo scriptum Verbum
neque modo neque ratione à Sacramentis distin-
guatur. Excogita nouam aliquam inter Sacramẽ-
ta & Verbum tuum distinctionem. quam enna at-
tulisti plane euersam vides. pag. 74.

SERRANVS.

Quomodo intelligendum sit Verbum audi-ri, Sacramenta videri aduersus Hayi cauillum.

Est Elenchus à dicto secundum quid à dicto simpliciter. non enim dico vel tantum audiri Verbum vel tantum videri Sacramenta. hoc enim non modo auditur, sed etiam legitur. At vnum non impedit alterum, imò prorsus eundem habent finem & eundem usum: illa non tantum populo exhibentur vt videantur, sed vt & illorum institutio rectiusque vsus intelligatur, & auditam per Verbum doctrinam visa infigant in hominum animis. Verum peculiare Verbi officium est vt prædicatum audiatur, neque fas est Christiano ita sibi indulgere vt per speciem legendi Verbi Dei prædicatum negligat. hæc enim est potissima ministerij Ecclesiastici pars, vt Euangelium Ecclesie prædicetur. Hoc igitur *cap. 11* debet intelligi ex vera germanaque Verbi & Sacramentorum doctrina: ac proinde non meam distinctionem euerfam, sed tuam reprehensionem peruersam videt eruditus Lector.

HAYVS.

Liberè hic ingenij mei accusabo tarditatem, quum quid per subiectum intelligas assequi prorsus nequeam. Si enim vis Christum esse Baptismi materiam, & Concionem eiusdem Baptismi formam cum tuo Caluino, modò tibi constes, perficerè dū erit vt Baptismus ex Christo Domino Concione tanquam his partibus constans nos per eos doceat. pag. 74.

SERRANVS.

Omnino libera est cęcitatis tuę confessio. mę-
tem enim tuam obstinatę reprobam non modõ
in clara luce cęcutientem, sed manifestę luci te-
nebras inducere molientem pij & vident & do-
lent, qui te norunt Apostatam. Verũm de re ipsa.
Subiecti nomine, res ipsas alicui arti scientięve
subiectas significari, estne peregrinũ auribus eru-
ditis, & à me recēs factũ vocabulum? De subiecto Quomo-
do sit verũ
Christum
esse subie-
ctũ Verbi
& Sacra-
mentorũ.
Logices, Physices, Ethices, Politices loquuntur
Philosophi. quo nomine id significant in quo ex-
plicandõ vnaquęque illarum facultas versatur. Id
quoque cui docendo Verbum & Sacramenta à
Deo sunt instituta, vtriusque subiectum voco. Il-
lud autem est Iesus Christus, Ecclesię redęptor:
in quo omnes promissiones Dei factę sunt etiam
& amen, atque adedõ omnium & Prophetarum
& Apostolicorum scriptorum adęquatum subie-
ctum est, verũsq; finis. Sic testatur Paulus se Chri-
stum vnicum doctrinę suę fundamētum substra-
uisse. Sacramenta autem eundem nobis Christum
proponere qui negat, negat ipsius Christi testi-
monium, id est veritatem. Atque hæc quidem de
Subiecti nomine.

Ad Chimęras deinde tuas venio. quid enim Chimeri-
cum Haii
argumētũ
refellit.
his tuis commentis aut peruersius aut monstro-
sius excogitari potest? *Christus est materia Bapti-
smi.* Esto. *Baptismi verõ forma, concio.* Quis vnquã
nostrũm ita loquutus est, aut quidnam noua hæc
verba significant? Quid de concionis vsu sentia-
mus, ille ipse Caluini locus quem citas, ostendit:
vt tuo iudicio reus peragaris impudentię. Ait
Calvinus *rectam Sacramenti administrationem abs-
que verbo constare non posse: & nihil magis praposte-*

Instit. lib.
4. cap 17.
5. 39.

Sacramen-
torū cele-
bratio
post prædi-
cationem
Verbi
Dei.

rum fieri quàm si in mutam actionem vertatur. sicuti sub Papa tyrannide factum est: quum consecratio non ad elementa, sed ad ipsos qui recipiunt, definitur. Sacramentorum siquidem forma, Dei ordinatio est quæ constat Verbo Dei. Ecquis verò inde colligat Tragelaphum illum tuum? In Baptismi celebratione adhibemus solennem formulam quam nobis præscripsit Filius Dei, & breuè perspicuamque illius explicationem adiungimus. In Coenæ administratione idem obseruamus. Peracta concione, vtrūque celebramus, sicuti & ratio & Catholicæ Ecclesiæ vsus iubet. Quid hîc commune est cum tuo idolo? Abi igitur circulator, & disce saltem probabiliter calumniari. Hæc tua argutiola ne speciem quidem vllam habet nisi quale ait ille, *Delphinū syluis appingit, fluctibus aprit.*

TESTIMONIA SCRIPTURÆ & Antiquitatis à me rectè allata ab Hayo perperam reprehensa.

De loco ad Rom. 4. *Et signum accepit Circumcisionis quod obsignaret iustitiam fidei.*

HAYVS.

Sacramenta esse verbi sigilla, te hoc Doctoris gentium testimonio conuincere posse existimas: sed erras, Minister. & c. pag. 74. 75.

SERRANVS.

Augustini dictum à me aliàs laudatum hîc cogor

gorrepetere, *Hæreticis nullam esse frontē*. In manifesto deprehensi mendacio, tamen obloquuntur. Apostoli & Augustini clarissima Solis luce clariora sunt testimonia: quæ tamē audet Hayus, nulla veritatis reuerentia, nullo testium pudore, nullo opprobrij metu nobis opponere, & tamen quasi parta victoria triumphare. Plana & perspicua est Apostoli sententia in his planis perspicuisque ipsius verbis elucens. *Et signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei, vel quod obfignaret iustitiam fidei*. Valet argumentum aiens à specie ad genus: quum posita specie non possit non poni genus, hoc pacto: Si Circumciso est signaculum iustitiæ fidei in remissione peccatorū. Ergo & Sacramentū in genere est iustitiæ signaculum. nam illius amplitudine Circumcisio continetur. Quidnam est agere ex præscriptis verbis si hoc non est: ac proinde quidnam est negare ipsam veritatem, si illud non est quod Hayus negat? Atqui locum interpretatur & Originem adducit vadem & sponsores peruersitatis suæ, hominem non modò nugatorem, sed adulterate intelligentiæ. in tota Scriptura & in necessariis quidem rebus studium extra & contra veritatem variis argumentis demonstrantem, vt Epiphaniij verbis utar: Antiquitatis denique carcinoma & vomica profert Hayus. In Origene quidem rerum philosophicarum cognitio & eloquentia commendatur: at quantis ille erroribus insanierit, non est huius aut loci aut instituti commemorare. Quam verò non dico ineptè, sed sceleratè & perditè homo ille *ἀνὰ δὲ τῶν* puram germanamque vniuersæ ad Romanos Epistolæ sententiam multiplici commentorum congerie commaculare molitus sit, ex ipsa lectione eruditi iudicabunt, nullamque ad eò fieri orthodoxæ Ecclesiæ iniuriam, quum ex-

Augustinus ab Hayi calumniis hic vindicatur.

Argumentū à Circūcisione sūptū ad Sacramentorum officium vñimque vniuersè ostendendum.

Origines Antiquitatis vōmica, ab Hayo adducitur.

334 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
νόστος homo, Catholicæ veritatis hostis, & Eccle-
się nomine abutens, qualis sit, ex ipsis rebus o-
stenditur.

Origenis
falsa inter-
pretatio.

Sed quid ait Origenes? *Circumcisio vocatur si-
gnaculum iustitię, quia claudit & velat iustitiam
fidei donec suo tempore in aduentu Christi, pateat
quomodo verè iustificetur filius Abrahę qui est ex
semine benedictionis:* Inuoluta sunt *ἐκ τῶν ἐναντι-
οῦν* istius hominis verba. Ita igitur illa explicemus.
Vel hæc de Patribus Origenes intelligit vsque ad
primum Christi aduentum, vel de fidelibus post
exhibitum in carne Christum vsque ad secundum
aduētum. Si clausa & velata fuit iustitia fidei Pa-
tribus vsque ad primum Christi aduentum, ma-
gna fit iniuria Abrahamo cæterisque sanctis Pa-
tribus, quasi Christi beneficio fuerint priuati. Si
de fidelibus post exhibitum Christum, accedit
Chaos errorum: & reuocanda erit Circumcisio
sine qua id de fidelibus dici non potest, & ipsius
Christi beneficio priuantur, & ad millenariam il-
lam felicitatem qualem Origenes commētus est,
remissio peccatorum fidei nostrę oblata & iusti-
tię per fidem imputatio differtur. Operosum est
phrenetici insomnia & deliria interpretari. Vo-
bis potius, Hay, Origenis in lectione Scripturę
velamen cordibus vestris impositum est, ne vide-
do videatis.

Vera &
germana
interpreta-
tio huius
loci, ex
Chrysosto-
mo.

Simplex tamen & luculenta Veritas in planis
& illustribus Apostoli verbis emicat, in quorum
interpretatione quum illarum rerum de quibus
loquitur, sensum & spem in nobis habeamus (ut
inquit idem Apostolus) multa euidencia vtinur.
Rectè igitur & luculenter Chrysostomus hunc
locum ita interpretatur. *Vides fidei splendorem?*
*Nisi enim illam fuisset adeptus, iustificatus non fuis-
set patriarcha Abraham. Vides quàm nihil impe-*
dit

diat praputium? non enim prohibitus est iustificari
 Abraham, tamen si in praputio adhuc esset. posteriore
 igitur à fide locum obtinet circumcisio. Inde postquã
 longo sermone exposuisset, notatã idcirco fuisse
 ab Apostolo temporis quo circumcilius fuit A-
 brahamus, circumstantiam, vt perspicuum esset
 neque in Circumcisione positam esse vim effica-
 ciamque iustitiæ, neque incircumcisos à iustitia
 excludi: sed omnes credentes esse filios Abraha-
 mi, vt eodẽ quo ipse iustificatus est modo, iustificẽ-

tur: in hæc verba, *Vt pater esset circumcisionis, hæc*
addit, Id est eorum qui & spirituales circumcisio-
nem simul accipiunt. Quod si externam illam tatum
habueris, nihil habebis plus reliquis, ne signum qui-
dem. Signaculum enim tunc est Circumcisio car-
nis, quando res ipsa quoque, hoc est fides, apud te cõ-
paruerit. Illam si non habes, signum nõ poterit esse
signaculum. cuius enim esset signaculum, si res non
fuerit obsignata? Quod perinde est ac si crumenam
egregie quidem obsignatam, in qua tamen nihil esset
reconditum, nobis ostentares. Non minus ridicula est
Circumcisio externa, ubi fides intus non fuerit. &c.
 Ita ait Chrysostomus rem cum signo cõiunctam
 esse oportere, & inane esse signum, quum non est
 signaculum: id est quum id non obsignat quod
 predicat, & cuius significandi causa fuit à Deo
 institutum. Idcirco ibidem ait, *Circumcisionem*
predicasse iustitiam fidei: verum genuinumque Sa-
cramentorum vsum hac voce repræsentans.

Est rectè. non enim sine magno iudicio Apo-
 stolus duas voces adhibuit, *Σμῆμα* & *σημεῖον*.
 quarum illa signum externum, hac signi externi
 vsum aptissimo loquendi genere significaret. A-
 liud enim est *σημεῖον*, aliud *σημα*. Illud nimirum
 paratè latius (statua enim signum est, sed non po-
 test esse sigillum.) sed sigilla apponi iis rebus so-

Rei cū si-
 gno con-
 iunctio vt
 externum
 signū pos-
 sit esse si-
 gnaclū.

Distinctio
 vocum,
σημα &
σημεῖον.
 i.
 signi & si-
 gnaclū.

336 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
 lent quæ sanctius conseruari debent. Ideò & pri-
 uatæ literæ obsignant & Principum diplomata
 sigillis muniuntur, vt sint solenni illa publicæ vo-
 luntatis testificatione augustiora. Sic Dominus,
 nostræ (quemadmodû diximus) imbecillitati con-
 sulens, Verbo suo quod veluti Edictum humano
 generi promulgat, Sacramenta adiunxit, vt ob-
 gnationes promissionum suarum. Quî igitur po-
 tuit verus Sacramentorum vsus accommodatis
 significari quàm illo *σφραγίδος* siue Sigilli voca-
 bulo: quo nimirum signi substantia & effectû ex-
 plicatur? id est quorsum adhibeatur, nêpe ad iu-
 stitiam fidei, qua in ipsius Christi possessionem
 mittimur, non simpliciter significandam, sed vnâ
 etiam obsignandam: quatenus videlicet Spiritus
 sanctus re ipsa id intus præstat quod externa cere-
 monia prædicationi Verbi adiuncta, oculis repre-
 sentat. Hanc veram simplicemque esse loci illius
 sententiam, Lector eruditus videt, ac proinde
 me rectè fuisse adhibitum vt probarem, *Sacramen-
 ta esse verbi sigilla*: atque adeò ab Hayo peperam
 fuisse reprehensum.

Vera Au-
 gustini sē-
 tentia de
 legitimo
 Sacramen-
 torû vsu,
 aduersus
 Hayi cal-
 umnias.

VERVM Augustinus ab Hayi calumniis vindi-
 candus est, ne Iesuitarum commentis fauere exi-
 stimeretur. Hanc quæstionem tractat Augustinus &
 verè aureus Scriptor, Eccuinam vsui sit Baptismi
 externa perceptio, quid valeat & quid agat in
 homine corporaliter adhibita. Respondet, Plu-
 rimùm valere propter Dei orationem, idcirco in-
 stitutam vt res significata, id est beneficium Chri-
 sti, in nobis obsignetur: sed non necessariam esse
 simpliciter & absolutè, quasi sine signo percepto
 nulla sit fidelium salus: quum tamen neglecta da-
 mnet. Internam sanctificationem quæ tota pen-
 det à gratia Dei in Iesu Christo per fidem perce-
 pto, conuersionem nimirum cordis præcipuè te-
 quin

De Baptif-
 contra Do-
 nat. lib. 4.
 cap. 23.

quirit in Baptismo : hactenus tamen ut externum signum à Deo institutum summa cum reuerentia & fide adiungatur, quoniam illud sit gratiæ Dei in nobis signaculum. Hæc enim est summa accuratæ disputationis: *Quibus rebus omnibus ostenditur aliud esse Sacramentum Baptismi, [id est externum signum] aliud conversionem cordis, [id est internam sanctificationem externo signo representatam] sed salutem hominis ex utroque compleri, nec si unum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse ut & alterum desit: quia & illud sine isto potest esse in infante, & hoc sine illo potest esse in latrone: complente Deo siue in illo siue in isto quod non ex voluntate defuisset. Quum verò ex voluntate alterum horum defuerit reatit hominem inuolui, & baptismus quidem potest inesse ubi conuersio cordis defuerit: Conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed cōtempto baptismo non potest.* Hoc ipsum igitur agit Augustinus in eo loco quem Hayus citat aduersus eam veritatem quam ego cum Augustino traeto: nimirum, Non alligatam quidem esse externi Sacramenti signo Dei gratiam (sine quo illa agiquum vult, & sine qua signum planè est nullū & inefficax :) signi tamen externi perceptionem maximi esse momenti ad rem ex Dei promissione percipiendam, cui obsignandæ atque confirmandæ à Deo omnis nimirum salutis nostræ autore institutum est Sacramentum.

Hæc est vera germanaque huius loci sententia, quem *toro rano des* ita explico: Augustinus ostendit Abrahæ ni & Cornelij exemplis rem ante signum adhibitum præcessisse: adiunctum autem fuisse externum signum ad rem internam, id est iusticiam fidei siue spiritualem internamq; san-

ctificationem repræsentandam. Idcirco Paulum fuisse vsum voce SIGNACVLI, qua legitimū Sacramenti vsum designaret. Isaaci & baptizatorū infantum exemplo, quibus signum datur antequā per ætatem possint credere, idem quoque doceri: vt nimirum sequatur in corde conversio cuius mysterium præcesserat in corpore: id est, perceptū maturè signū id obfignet quòd à Deo singulari privilegio infantes acceperunt, iusticiam illam videlicet fidei & spiritualem sanctificationem in dono Spiritus Sancti. Vtrobique externum Sacramenti signum, est rei significatæ signaculum, ac proinde Proprium verè *signaculum* Sacramentorum quo ipsorum vsum ex Dei Verbo definitur, esse quòd sint sigilla promissionum Dei. Quod erat à me & propositum & luculento Apostoli testimonio comprobatum.

Quid potest dici, Lector, hac veritate illustrius? Et tamen triumphat Iesuita, & licet neque de re, neque ad rem dicat quicquam, peræquè tamen de me statuit ac de profligato hoste & in curru triumphalem iamiam inuehendo. Non vides Iesuitarum in Scripturæ & Antiquitatis doctrina fidem & audaciam, neque insignem illorum imperitiam cum procaci & virulenta audacia coniunctam detestaris?

De loco ad Ephesios, Vt Ecclesiam sanctificaret &c. & Augustini in cum interpretatione.

H A Y V S.

Apostoli sententia contra vos facit, qui Ecclesiam Christi

*Christi sceleribus omnibus esse contaminatam de-
pendit, lauacroque aquæ per Verbum nunquam
expiari. &c. pag. 75. & 76.*

SERRANVS.

Pudet me sanè tot inanitum verborum. Quor-
sum enim duas paginas nugis & conuitiis occu-
patas? Nihil hic omnino est quod ad rem perti-
neat. Sobriis videlicet rerumque nostrarum pe-
nitis, Hay, persuaseris nos docere Ecclesiam om-
nibus sceleribus contaminatam esse? Primùm hoc
tibi profectò persuadendum esset ipsi, qui nosti
id non modò à vero, sed à verisimili penitus ab-
horrere. Licet enim sine ruga & macula non esse
in hoc mundo Ecclesiam sciamus, sanctam ta-
men prostemur illam, quippe redemptam &
sanctificatam pretioso sanguine Filij Dei: *Nun-
quam expiari lauacro aquæ per Verbum: quum
Baptismum & remissionis peccatorum & rege-
nerationis sigillum, & in Ecclesiam Dei (re-
missionis peccatorum & vitæ æternæ hære-
dem) esse introitum iis etiam qui peccati na-
turæ communis labe rei non peccarunt ad simili-
tudinem Adami, perspicuè doceamus. Hæc quum
doctrina in Ecclesiis nostris perspicuè sonet, &
id perspicuè peregrinis scripta nostra testentur,
non te pudet, Hay, tot veritatis testibus futuris,
tam impudenter veritati illudere?*

Quod tuo more vellicas locos à me fideliter
citatos, quasi vel libri vel capitis notatione præ-
termiserim, quorum tamen verba rectè à me de-
scripta fuisse agnoscis, & falsum est, quum nihil à
me hic peccatum fuisse præsto sit index: & ine-

Futidæ &
importu-
næ Hayi
calumniæ
infinita lo-
quacit: te
cumulatæ.

ptum, etiamsi quidpiam huiusmodi desideraretur: sicuti alibi leuicula appellas. In disputationis clausula ἀδολεχίαν tuam, nisi esses Iesuita, eruditus Lector miraretur: eam tamen ut vobis vernacula detestabitur qui verborum fumos tanta ^{παρρησία} id est ἀναιχμητία imperitis rerum vēditis. De tuis igitur, *Κυμνοπέισα*, ineptulis gerris hæc satis superque. tædet enim me de tua futili loquacitate tandiu loqui etiam inuitum.

Argumentum tamen Achilleum illud tū quo tantopere triumphas, tentabo an expugnari possit, non inuocato Philosophiæ subsidio, sed ipsius Veritatis quæ ad seipsam tuendam per se satis vallet viribus. Certè hunc ego Pauli locum, & fideliter & ad meum institutum accommodatè, citaueram. erat enim mihi probandum Sacramenta esse Verbi sigilla. Id quoniam è disertis illius verbis astruxeram hanc vim tribuentis Circumcisioni: ne quis dubitaret id ipsum de nostris Sacramentis verè dici posse, ostendi ad Baptismum qui Circumcisioni successit, id quoque pertinere. Quod ex eiusdem Apostoli verbis demonstravi, nam his & Iustitia fidei, & vis illa Sacramentorum obsequandi Verbum, luculenter indicatur. Augustini interpretatio vice est amplissimi commentarij, totamque controuersiam quæ inter vos & nos agitur, perspicuè componit. Aquam enim sine Verbo, esse labile elementum ait: adiungi tamen maximo cum frētū ad Verbum, ut fiat lauacrum sanctificationis nostræ, quemadmodum etiam Petrus explicauerat. Ut commune autem Verbi & Sacramenti subiectum intelligeretur, ipsa Augustini verba attuleram, expresso dicēdi genere Sacramentum appellantis VERBUM VISIBILE. Non est varia & multiplex Veritas, sed vna atque eadem, vnius Dei certa & constans voluntas, eodem

Vera Pauli sententia in hoc loco.

Verbum Dei & voce & a quo quis externis id est, ac proinde Sacramentū rectè vocatur ab Augustino, Verbum visibile.

QVID SIT ECCLESIA. 341

dem Verbo declarata, certos constitutosque verę religionis ritus perſcribens. VERBUM igitur vnum eſt quod auditur, prædicatione nimirum vocali in Eccleſia: alterum, quod videtur, prædicatione Sacramentali, id eſt ſignificatione oculari idem repræſentans quod fuerat voce prædicatū, & idē oculis ſubiiciens quod auribus fuerat perceptum, & ad animum delatum: vt idem ſcilicet animus & per auditum & per viſum edoceatur.

Quum igitur Sacramentum vocauit Auguſtinus *Verbum viſibile*, ſignificare voluit nihil aliud oculis per Sacramenta, quàm auribus per Verbum prædicatum offerri à Deo, nempe Ieſum Chriſtū cum omnibus ſuis donis: ac proinde nõ ipſo genere, quaſi res varias docerent, ſed ipſa tantum docendi ratione differre. Hęc quidem ad Veritatis deſenſionem ſine vlla Philoſophiæ ope ſatis: quæ tamen ipſa vltro Domini ſuæ operam miniſteriumque pollicetur vt tuam, Logice Thraſo, inſignem nugacitatem prodat. Ex ipſius quidem præceptis tyrones norūt planè ridiculū eſſe Achil-

lei illius tui argumenti commentum, à totius & partium diſtinctione. licet enim veriſſimum ſit Totum ſuis partibus reuera conſtare, & partes in toto alias ab aliis reuera diſtingui, eſt tamen veriſſimum te triplici ſtrophæ, dum hęc mihi obicit, veritati illudere. *Primum enim Totum cum Genere confundis*, propter *ἡνωσις καὶ ἁποσύνθεσις*, ſicuti ſæpe vos Sophiſtæ ſoletis, & *formas ſive ſpecies cum partibus*. quod qui facit (inquit ille) confundit artem, & ſimilitudine quadam conturbatur, nec ſatis acutè quę ſunt ſecernēda, diſtinguit. Genus quidem eſt quiddam totum, ſed non ſimpliciter & abſolutè: quod erat à te prudēter diſtinguēdū, & antequam ad me reprehendendum prodireſ. *Deinde, negas quod eſt manifeſtè verum*, Fieri nimirū

Hayani argumenti & ἀβροχία & nugacitas Logicę etiam reſellitur.

nullo modo posse ut quæ eadem sunt essentia, ac proinde reipsa, inter se differant ratione & modo. quod si esset, Natura & Doctrina planè confunderentur, quum & generis amplitudinem & in ea varias species distinctis rerum differentiis utraque proponat. Idem enim *ὁμοῦλος* in eodem generis sinu, & forma est & differentia. Vtrūque quidem reuera, sed vario tamen modo formæ & differentię nomen accipit: ut in hominis definitione *RATIO*, est hominis forma, & eadem est & vocatur differentia, quatenus hominem rationis participem distinguit à belua rationis experire: ac proinde perspicuum est τὸ φῶσει, quod naturæ vi reuera extat, & τὸ λόγῳ quod ratione mens nostra percipit, minimè esse disparata atque contraria: sicuti tu ἀριλοσοφεῖς. Denique, manifestè falsum est quod ais, Corporis mei molem ab vna quavis parte, ratione tantum & modo, ac non reipsa disiungi. Est quidem verum, manum meam qua scripsi & scribo hæc aduersus te, & in posterum *ὀρθῶς* scribam, non modo ratione, sed reipsa à ceteris partibus corporis mei distingui: & verum est corporis mei molem è singulis partibus non ratione tantum, sed reuera componi, eandemque totam à suis partibus reuera distingui, quum omnes

Verbi predicati & Sacramentorum eadem essentia, idè finis, idem usus.

vna totum componant. Sed quid ais, somnias, idè me tibi est, Disiungi & Distingui? Constat certè Verbum Dei quod prædicatur in Ecclesia, aliud quidpiam esse quàm Sacramenta, distinctas esse reipsa species: eadem tamen vtrunque natura, eiusdemque generis communitate quadam contineri qui negat, negat manifestam veritatem: est enim vtrunque expressio siue patefactio voluntatis diuinæ de nostra salute, sicuti antea ostendebat: & manifestè repugnat disertis August. verbis. Itaque consentanea est Scripturæ & Antiquitatis doctrinæ hæc Verbi diuisio, (Verbum enim hic

larè accipio pro illa diuinæ volūtatis patefactio-
 ne vniuersè, è Scripturæ vlu.) *Verbū aliud est au-*
diibile, aliud visibile. Liceat enim cū bona Iesuita-
 rum *Κικερω οπιδηλων* venia sic loqui: vel, vt Atti-
 cis tuis auribus, Hay, gratificer, *Λόγος ο μηδ ακουσις,*
εδ' οερωσ. In hac diuisione VERBUM, est genus
 Species, prædicatū & visibile. Omnino vtrunque
 esse Christi eiusdem verbum patet. Verbo prædi-
 cato annuntiatur Christus: Verbo Sacramentali
 siue visibili idem Christus quoque annuntiatur:
 sicuti ait Apostolus, *Quotiescunque ederitis panem*
hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini an-
nuntiabitis. Et Petrus vocat Baptismum *επερωπι-*
μασις *θεου σωειδης στας αγαθης:* Deus enim loquitur
 per Baptismum, offertque credentibus remissionē
 peccatorum & vitam æternam. Fidelium conscien-
 tia hoc beneficium sibi propriè applicantium Deū
 rogat sibi respondentem per verbum visibile Ba-
 ptismi & promissionem vocalem Euāgelij, *Qui-*
cunque crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.
 Itaque si Genus logicum est totum quiddam cu-
 ius ratio colligitur ex speciebus tanquam parti-
 bus natura prioribus, non tamen ita totū vt par-
 tis cuiusdam causa participetur ab aliquo, sed to-
 tum à singulis speciebus participetur, *ολως ολον*
 quoddam, ipsarum quidem specierum differētiis
 diuiduum, at essentia ipsa *συνολον* (vt loquuntur
 Philosophi:) quidni idem de Verbo Dei veriūs
 dicamus? Nā logicum illud genus, notio est ani-
 mi doctrinæ causa instituta, tanquam *μεδεκτων* to-
 tum, quod ad speciem veluti ad partem *μετερου-*
ων refertur, non tamen est quidpiam *καθεσως εν*
φύσει siue *ταπει:* non prima substātia, sed secunda
 ex primæ consideratione nascens. At Verbū Dei
 certum & sempiternum est, non ex hominis arbi-
 trio institutum, sed constans & æterna Dei volū-
 tas hominibus patefacta. Vnum verò idemque est

1 Cor. II.

16.

1. Pet. 3. 21.

344 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
re ipsa, non partibus diuiduum sed differentiis, id
est varia docendi ratione. dum enim vel viua vo-
ce nobis exhibentur promissiones Dei, vel signis
externis repræsentantur, est ὅλος ὅλος quoddam
& essentia σύνολος Dei Verbum. Idem Deus, idem
Christus, eadem veritas vtrinque perfectè nobis
offertur & in Verbo & in Sacramentis, eiusdem
Dei mandato. Idem sunt reuera, docendi modo
tantùm inter se distinguuntur. Apage igitur tuos
illos Tragelaphos, Iesuita, quasi Verbum Dei in
frusta & partes dilacerari possit. Ipsa seipsam Dei
veritas aduersus tua deliria satis tuetur.

VERA ECCLESIAE CA-
tholicæ Definitio ex superiori de-
monstratione nata, & à me allata ab
Hayo oppugnatur, à me defenditur.
Est autem huiusmodi,

ECCLESIA CATHOLICA, *est communio
Sanctorum: & Cætus visibilis ample-
ctentium Verbum Dei, & ex il-
lius instituto rectè uten-
tium Sacramentis.*

Haecenus quidem omnis mea oratio eò colli-
mauit vt hanc Ecclesiæ definitionem inuenirem,
quam accuratè explicari consentaneum quidem
est: ne tamen vel actum agam, vel eiusdem rei fa-
stidiosis repetitionibus Lectorem onerem, con-
sultius mihi visum est vniuersæ doctrinæ nõ mo-
dò summam initio substernere, sed & demonstra-
tionis definitionisque œconomiam rationemque
expo-

exponere: & suis opportunisque locis id notare quod è re nata esse videretur. Itaque & me & Lectorem hoc labore de industria hîc libero. Ille, si hæc accuratiùs cupit expèdere, leget summam ordinemque huius Definitionis in disputationis primordio: eiùsque ἐπεπραγίας suis deinceps locis recognoscet, quum singulis Hayi exceptionibus respondebo.

H A Y V S.

Mirum est quid te mouerit ut Caluini definitione neglecta, ab hostibus secta vestra Magdeburgensibus Ecclesie definitionem peteres. Proponam tibi Caluini definitionem, ut videam quid in ea reprehendas. Ecclesia, est corpus ac societas fidelium, quos Deus ad vitam aeternam predestinat. Quam definitionem probat, idem alibi scribens: Sola Deo permittendam esse cognitionem sue Ecclesie &c. pag. 77.

S E R R A N V S.

At non est mirum te tui esse similem, id est Sophistam & calumniatorem. In veræ Ecclesie definitione pessimè te habet quòd nobiscum non modò cum Magdeburgensibus, sed cum omnibus Ecclesiis Germanicis præclarè conueniat, nò nostris quidè (vti calūniaris) hostibus, sed fratribus à quibus didicimus primis veræ & adulterinæ Ecclesie discrimen: vt signa inter nos fratres discordias seuit communis Ecclesie hostis, his sedatis, redintegrataque firmiùs amicitia, coniunctis animis & viribus bellum aduersus Antichristum

Iesuitæ,
Ecclesiarū
Germanicarū cū nostris Ecclesiis Gallicis concordia vehementer reformidat, vt certum Antichristi exitiū.

Definitio
nis œco-
nomia
breuiter
indicatur.

vósque eius primipilares, efficacius propediem
geramus. Non est hæc definitio vel Magdeburgé-
sium vel Caluini, sed ipsius Veritatis. est enim
conceptis verbis ita expressa in Symbolo Apo-
stolorum, *Credo sanctam Ecclesiam Catholicam,
communione sanctorum*: cuius ^{in præcipuo} debui
adiungere, sicuti institutæ quæstionis ratio effla-
gitabat. quum enim non de Ecclesia vniuersæ, sed
de Ecclesiæ autoritate agere instituissem, necesse
erat vt de visibili Ecclesia agerem, cuius visibiles
notas hoc respectu inuestigari, neque tamen po-
teram aut debebam fundamentum veræ defini-
tionis prætermittere. Vtrunque me præstitisse vi-
dent eruditi Lectores. Substravi veram & ^{veram}
etiam definitionem Ecclesiæ, ex ipsis Symboli A-
postolici verbis: necessariam verò adhibui illius
explicationem, quæ & genus & differentiam spe-
cificam eius enodarent. Genus, est, *Communio*: dif-
ferentia specifica, *Sanctorum*. Sed & quænam est
illa COMMVNIO, quænam & illi SANCTI, necesse
erat intelligi. Vnam esse Ecclesiam, omnium illo-
rum matrem quorum Deus pater est, sicuti & v-
na est vnius Dei veritas, ratum quidem fixumque
est: at quum illa ex hominibus constet: & in ter-
ris voce Euangelij colligatur, æcquis eam visibi-
lem esse non videt? Quum autem in illo cœtu vi-
sibili hominum pietatem, salutisque suæ cogni-
tionem profitentium permixti sint malis boni: sit
tamen indubitatum (vt dixi) & *certum*, Ecclesiam
tantum esse electorum siue fidelium: æcquis in vi-
sibili illo cœtu inuisibilem Ecclesiam nō credat,
quandoquidem nō omnium qui externam profi-
tentur doctrinam, est fides? Inuisibilis ergo & vi-
sibilis Ecclesiæ discrimen in hac definitione no-
tandum erat, ne *quædam* Iesuiticæ laqueis mi-
nùs cauti circumuenirentur. Illius venenis me-
detur

detur Definitio quæ id perspicuè explicat quod in quæstione erat positum. Hac de causa inuisibilis & visibilis mentionem feci. Calvinus agit propriè de inuisibili quæ etiã propriè & verè Ecclesia est, nimirum societas filiorum Dei in vno capite Iesu Christo adunata. Melancthon & ij quos Magdeburgenses vocas, vtranque designant quidem, sed de visibili agunt disertè: quia id maximè quæritur quibus notis dignoscatur Ecclesia, quas sic digito commonstrant vt eam ipsam doctrinã ostendant, in quã explicanda disputatio nostra versatur. Hanc esse ordinis mei œconomiam & rationem perspicuum est. Mihi tamen Hayus minatur grauiter. Illius igitur *ἰαῖσχος* reprehensiones, siue, vt me demonstraturum credo, *παρῆξις ἰαῖσχος* id est præposteræ sugillationes expēdamus.

H A Y V S.

Si Ecclesie vim vniuersam tua definitione es complexus, solis iustis in Ecclesia locum relinquis. nam hi soli sunt, qui rectè Sacramentis vtuntur.
 &c. à pag. 77. vsque ad 80.

S E R R A N V S.

Si inciuile est particulam aliquam legis sumere, non tota lege perspecta: non *ἀδελόγων* & merè Sophisticum sit, primordium orationis sic arripere vt rotam nullo iudicio reprehēdas? Vnius quidem Ecclesie vnicam definitionem esse agnoscimus: at varias illius in vna definitione circūstantias vt distinguamus, recta docendi ratio iubet. Itaque vna eademque Ecclesia vt visibilis & in-

uisibilis debet considerari. Hanc ego distinctionē notavi quam Hayus effuso cachinno irridet: per absurdum esse clamans inuisibilem Ecclesiam in Ecclesia visibili inuestigari. Hęc est tot verborum quatuor paginis effusorum summa. Ego verò primum vniuersè ad hęc respondebo: & vt intelligat se non mihi sed Scripturæ eruditæ que Veritati aduersari, vt vtriusque autoritate communè illam visibilis & inuisibilis Ecclesiæ distinctionē probem. Deinde ad singulas illius exceptiones singulatim expediam: qua tamen potero & perspicuitate, ne actum agam.

Quomodo vna Ecclesia vt inuisibilis, & visibilis considerari debeat.

E COLLVIE generis humani Deus opportuno tēpore seligit quos elegit ab æterno, immortalis vitæ hæredes in Filio suo, eos per verbū suū *ἐκκλησία*. Hęc est Catholica Ecclesia, eorum videlicet cōmunio & societas quos Deus in Iesū Christo Filio suo vnigenitos filios adoptauit, ex vniuerso terrarum orbe per omnium ætatum spatia in vnum collectos. Hęc Ecclesia est corpus Christi, domus Dei viuentis, mater fidelium, complementum eius qui omnia implet in omnibus: nec cætera illius encomia commemorem. Quid enim in re non dubia opus est non necessarios testes adhiberi? Hanc inuisibilem Ecclesiam non credimus, tum quòd vni Deo sit cognita, qui nimirum nouit eos qui sui sunt: tum quòd Catholica sit, id est ex omnibus fidelibus qui post natos homines fuerūt & sunt & erūt collecta. Τα ἅθρολα αὐτ. i. vniuersalia, sub visum nō cadūt. Deniq; quòd huiusmodi sit Ecclesiæ in hac vita status vt inter tot profanorum hominum myriadas, electi humanis sensibus internosci non possint: sit tamen verissimum non esse otiosum sanguinem Christi, quin filios Dei & colligat potenter è mundo, & eos in mundo efficaciter conseruet æterna hæreditate suo

suo tempore donandos. De hac inuisibili Ecclesia Symbolum concionatur, *Credo Ecclesiam Catholicam*. non enim ea creduntur quæ videntur, sed ea quæ corporis oculis inconspicabilia, mente comprehenduntur.

Hæc autem ipsa, vna eadēque Ecclesia (non enim esset Ecclesia Catholica, nisi esset vna) visibilis est, suisque ac propriis notis illustris conspicitur, à profanis hominum coetibus segregata. Primum, quia ex hominibus constat. neque enim *περὶ τῶν ἁγίων* quandam & Chimæricam Ecclesiam (sicuti Hayus sycophanticè calumniatur) nos comminiscimur, sed scimus ex hominibus illam constitui, pro quibus Christus homo mortuus est. Deinde, quia particulares Ecclesiæ, è quibus Catholica Ecclesia componitur, sunt & videntur in iis locis quos ipsis tanquam sedes & domicilia tribuit Deus. non enim est *ἐν ἑποπίᾳ* Catholica Ecclesia: sed certis in locis per suos *κλήρους* distributa (vt loquitur Petrus) conspicitur. Ita particulares Ecclesias, visibiles appellamus, Catholicæ nimirum Ecclesiæ membra: quemadmodum *τὸ κενὸν* in rebus indiuiduis & singularibus perspicitur. Denique, visibilem esse Ecclesiam affirmamus, propter *ἡραξίαν* ordinemque suum, siue formam exteriorem visibilibus illis notis illustrem, de quibus egimus, & in quibus explicandis nunc definitio nostra versatur. Est enim prædicatio Evangelij cum legitima Sacramentorum administratione coniuncta, signū siue vexillum Filij Dei ad quod omnes ij se recipere debent qui ipsi nomen dederunt.

De visibili & inuisibili Ecclesia agunt hi Scripturæ loci.

Iehoua quis commorabitur in tentorio tuo? Psal. 15.
quis habitabit in monte Sanctitatis tuæ? &c, Quæ

Psal. 84.

sunt amabilia ; Domine exercituum, tabernacula tua! Ardet animus meus ad atria Domini! &c.

Matth. 18.

Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, illic sum in eorum. Hunc cœtum ibidem appellat Ecclesiam, his verbis, *Dic Ecclesie.* Hæc visibilis Ecclesia complectitur varia hominũ genera, sicuti & vocatio illa generalis vbique personat, bonos & malos inuitatos ad pœnitentiam & ad regnum Dei. *At electorum tantum est salus:* aliis præripitur omnis excusatio, quòd Deum, quem & per Naturam & per Verbum Dei cognouerant, non tamen agnouerunt neque coluerunt vt Deum. De

Mat. 22. 14

his dictum est, *Multi sunt vocati, pauci vero electi.* Visibilis autem ille cœtus, electos & reprobos, filios Dei & hypocritas comprehendens, modò sagenæ iactæ in mare, & quæ ex omni rerum genere colligit: modò agro, in quo bonum semine cum zizania permiscetur, quæ tamen cum bono semine toleratur ad messis vsque tempus: modò areæ, in qua granũ cû palea interitur: modò magis domui in qua nõ tantũ sint vasa aurea & argentea, sed etiã lignea & testacea: & alia quidẽ ad dedecus, in Scriptura cõparatur: vt infinita hac de re testimonia prætermittã, licet veritatis *ἀποδείξω* probationem Hayus à me efflagitet. Periniquè, Ecquid enim est principiorum sua luce satis cognitorum fidem expoffere, si hoc contestata lite, Hayus à me extorquet. Hæc igitur de multis pauca, quæ hanc inuisibilis & visibilis Ecclesie distinctionem repræsentet, ex orthodoxorum Patrum monumentis indicabo, ne meum silentium bonæ causæ mihi que sit fraudi.

In Lucam

lib. 2. c. 2.

AMBROSIVS. Mater viuientium est Ecclesia quam ædificauit Deus, in ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis structura compacta crescit in templum Dei.

AVGV.

QVĪD SIT ECCLESIA. 351

AVGVSTINVS. Quæ peperit Abel & Enoch De Bapt. & Noë & Abraham, ipsa peperit Moysen & Pro- contra phetas, tempore posteriores ante aduentum Do- Donat. mini: & quæ istos, ipsa & Apostolos & Martyres nostros & omnes bonos Christianos. Omnes enim diuersis quidem temporibus nati apparuerunt, sed societate huius populi continentur, & eiusdem ciuitatis ciues, labores huius peregrinationis experti sunt, & quidam eorum nunc experiantur, & vsque in finem cæteri experientur.

IDEM. Secundum præscientiam Dei & prædestinationem, quàm multæ oues foris, quàm multi In Ioan. lupi intus: & quàm multæ oues intus, & quàm tract. 45. multi lupi foris! & Omnes qui sunt in Ecclesia nõ de cap. 10. sunt de Ecclesia: sicuti neque omnes qui sunt ex De vnitate Eccl. c. 20. Israël, sunt Israël: quum & Nõ omnes qui nobiscum De Bapt. sunt, ex nobis sunt: sicut area tritatur, quic- cõtra Do- nat. lib. 5. quid inde volat non est triticum, sed non quic- cap. 20. quid ibi est, triticum est.

Verum quid ego in re perspicua immoror, aut me immoratem cur non Lector culparet, nisi tua me, Hay, insignis *κακόνδεια* cogeret id probare quod omnibus piis cognitum atque exploratum, à solis impiis in dubium reuocatur? Hæc igitur vniuersè dicta sunt de necessaria distinctione Inuisibilis & Visibilis Ecclesiæ: quæ ad veram veræ Ecclesiæ definitionem minimè aut debuit aut potuit à me prætermitti.

His ita constitutis, tuorum illorum absurdorū quæ ex meis verbis *το παζεις*, absurditatem sic demonstro, vt tuarum reprehensionum ipsa legam vestigia.

Prima Hayi reprehensio, siue *πυρεξέλεγχος* primus è confusa illius loquacitate euolutus.

H A Y V S.

Qui in Ecclesia definitione locum solis iustis
 relinquit, Paulo manifestè repugnat. Atque hæc
 tua, Minister, definitio solis iustis in Ecclesia lo-
 cum relinquit. Manifestè igitur repugnat, Pau-
 lo. Argumenti autem hæc est *ὁδὸς αἰῶνα*. Tibine
 enim plus tribuemus quàm Paulo qui Co-
 rinthiorum Ecclesiam agnouit, in qua erant
 nonnulli flagitiis contaminati, ut de incesto
 apparet? Idem de his quoque constituendum
 quos Paulus inflatos esse ait, iniuriam facere
 & fraudare fratres: præterea Eucharistia Sa-
 cramento perperam vsos, & pœnis quoque
 hac de causa affectos. Eos tamen fratres ap-
 pellat. Præterea, quomodò constabunt para-
 bolæ Euangelicæ de statu Ecclesiæ, quæ ar-
 bor, sagenæ, agro, virginibus decem quarum quin-
 que sint fatuæ, comparatur? Accedit quoque
 absurdum è tuis verbis. Nemausensem enim
 vestram congregationem hætenus negabas
 esse Ecclesiam Catholicam. Nunc verò à te
 iuberem, an sit Sanctorum com-
 munio: quòd si verum esse ais, perspicuè tibi
 ipsi repugnas, quum eam esse Catholicam
 affirmes: sicut minus, est Satanæ synagoga, quàm
 quicquid Sanctorum, *ἐν τῇ καινῇ*. non conti-
 neat, in partem Sathanæ veniat.

S E R R A N V S.

Agnoscis tua verba, & ex his summam à me fi-
 deliter expressam, duarum paginarum *ἀδελφῶν*

Galat. vi. Respondeo, te multipliciter hinc prænarari.

Primò, in ipsius definiti nimirum Catholicæ Ecclesiæ voce, quam *ὁμολογία* inuolucris vis peruertere. Definitur Catholica Ecclesia per vniuersum terrarum orbem diffusa, atque adedò omnes particulares Ecclesias comprehendens, idcirco vera quia vna: & in sua illa vnitatem singulares Ecclesias complectens. Itaque Catholicæ Ecclesiæ nomen primigenia significatione, vniuersalem Ecclesiam significat: secundaria autem & ab ea deducta, orthodoxas omnes Ecclesias quæ in vniuersalis sinu continentur, à qua etiam denominantur & sunt Catholicæ, id est Catholicæ membra. Secundò, eadem *ὁμολογία* strophæ te ludere affirmo, in vocabulo *Sanctorum*, quasi illi soli notarentur qui verè essent Sancti, quippe iustificati & sanctificati in Iesu Christo, electi, filij, heredes: quum illa etiam Sanctorum appellatione, ij omnes significantur qui externa professione nomen dederunt Christo: licet (vt inquit Augustinus) multi tales sunt in Sacramentorum communione cum Ecclesia, & tamen non sunt in Ecclesia, id est insiti in Christo Ecclesiæ capite, vel de Ecclesia, Christi capitis membra. *SANCTVM* nimirum dicitur quod Deo separatù est atque consecratù. Propriè igitur & verè *συνώνυμ* Epitheto *SANCTA* vocatur Ecclesia, quòd eam Deus è colluie generis humani segregarit, purgarit, adoptauerit heredem iustitiæ Filij sui, quem ipsi donet, & ipsam Filio, vt ipse sit in illa & illa in ipso. Ita propriè Ecclesia cõplectitur electos, propter quos etiam verè & propriè Ecclesia appellatur. Quum tamen generali vocatione complures censeantur ad Ecclesiam pertinere quum in externa illius communionem sint, iccirco *SANCTI* dixerit

Varia
Hayi stro
phæ aduet
sus in
hinc Eccle
siæ defini
tionem.

354 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
 latiùs extenditur, eos omnes comprehendens quæ
 Christianam religionem profitentur externaque
 illa forma existimantur esse membra Ecclesiæ: sic
 uti ciuium liberi, Ciuitatis. Sic ait Apostolus de
 fidelium liberis, *Alioqui liberi vestri impuri essent:*
(quippe ex impuro Adami semine prognati) nunc
autem sancti sunt. Vocantur autem infantes fide-
 lium Baptismi Sacramento initiati Ecclesiæ, SAN-
 CTI, non quòd omnes singulatim baptizati, vera
 Christi sanctitate sint donati, sed quòd ex fide-
 libus parentibus procreati, censeantur esse in Ec-
 clesia, de fœderis formula, *Ero Deus tuus ac so-*
minis tui: ac proinde quantum quidem ex profes-
 sione illa externa cõiicere possumus, arbitremur
 illos ad Ecclesiam Dei pertinere. Non quòd ne-
 cessariò id semper eueniat: quia promissio non est
 generalis de omni semine, sed tantùm de illo in
 quo singulatim efficax est electio (alioqui Ismael
 & Esau essent filij seminis) sed quoniam de arca-
 na Dei electione minimè debemus inquirere, sed
 de iis qui Ecclesiæ priuilegio donantur, ex chari-
 tatis formula & iudicio bene æstimare, donec ar-
 liter effecta demonstrarint. Hac de causa Aposto-
 lus, in illa quam profers ad Corinthios epistola,
 quum eos appellasset *ἐν Χριστῷ ἡγιασμένοις*, in Chri-
 sto sanctificatos, vocat *κλητοὶ ἀγίοις*, Vocatos sancti-
 ctos fontem quidem & finem sanctitatis illius
 demonstrans, efficacem Dei vocationem, non ta-
 men externam illam & visibilem vocationē ex-
 abuteris SANCTI appellatione, ad Ecclesiæ op-
 probrium: quæ si est, alicubi est: & in terris ver-
 satur, antequam in cœlos heres ascendat, in viâ
 est, antequam in patriâ commigret, in patria æ-
 ternum victura.

Tertiò, perspicuum est te noua *ἁγιωσύνης* deci-
 pula

plura iudificari veritate, in illis dicendi generibus, *Amplecti Verbum Dei, & Rectè uti Sacramentis:* quæ non tantum notant veram fidem, sed exter-
nam (sicuti dixi) professionem. Hypocritæ enim generali quadam noticia amplectuntur Verbum Dei, id est (ut loquitur Apostolus) illustrati gustant Heb. 6. 4. donum coeleste, bonum nimirum Dei verbum; in quo conscientiiis testibus suis, conuincuntur exhiberi salutarem doctrinam. Rectè autem utuntur Sacramentis, quoniam Sacramentis commu-
nicant ex legitima Dei ordinatione rectoque il-
lorum vsu & panem Domini manducant, nõ ve-
ro panem Dominum: quemadmodum de Iuda ait Augustinus: Quis igitur nõ videt, Hay, te his ver-
borum fumis puram nitidamque veritatem ob-
scurare velle.

Quartò, te in vniuersæ orationis complexione struere veritati insidias crassissimo dolo, quem *εὐνοίας* appellat. At forex suo se iudicio prodit. quod enim mihi opponis aduersus te facit. Paulus, inquis, sic definit Ecclesiam in Corin-
thiorum persona ut non modo multos in bonis nauos, sed & inter bonos agnoscat cõplures hypocritas fuisse permixtos: ac proinde Ecclesiam è solis iustis non esse definiendam. Esto. Hoc ipsum est quod volo. In Ecclesia multa peccari aio, & ab ipsis fidelibus, siue sue doctrinæ applicationem in rebus ipsis, siue mores spectes: & inter fideles magnum hypocri-
tarum numerum obuersari: nec tamẽ iccirco de-
finere esse Ecclesiam sanctam Catholicam. Quor-
sum igitur te tantopere fatigas in re minime du-
bia? Andabatarum in morem cum laruis confi-
gis. Itaque tuum argumentum sic aduersus te retorquetur,

Qui sic Ecclesiam definit ut eam & bonis & malis (quòd ad ipsam quidem externam formam

Retorque
tur argu-
mentū in
Hayum.

attinet) permixtam esse doceat, Apostoli doctrinam sequitur.

At qui hæc mea, Hay, Ecclesia definitio, sic veteram & germanam illius vim naturamque describit, ut necessariam illam de bonis cum malis commixtione in hoc seculo toleranda circumstantiam diserte notet atque designet.

Apostoli igitur doctrinam sum in ea sequutus & ex vi consequentis tu nugaris in re seria, qui me perperam nulloque iudicio reprehendis. Atque hæc quidem, Hay, ad tuum argumentum.

Quid verò attinet te tibi somnia fingere, & nodum in scirpo quætere? Quasi verò negemus Ecclesiam vniuersam definiri ex illa definitione quam Corinthiorum Ecclesiæ peculiariter Paulus attribuit? Abundas otio & charta.

Ecclesiæ
Catholicæ
membra,
dicuntur
Ecclesiæ
Catholi-
cæ.

Tuz verò aduersus illa aduersus Ecclesiam Nemaufensem *ἐκτὸς ἁγῶς ἡμεῶν* quàm bellè te Iesuitam decem Negavi Ecclesiam Nemaufensem esse Catholicam Ecclesiam eo pacto quo profanum illum titulum Romana Ecclesia sibi tyrannicè usurpat, quasi in omnes Christiani nominis Ecclesias principatū obtineret: sed adiunxi. Illam esse membrum Catholicæ. Ecquid erat in his verbis ambigui ut has tricas in sulso dilemmate intereres? Pro me igitur respondeat Augustinus.

De vnitate
Eccle-
siæ cap. II.

An placet vobis ut cetera Ecclesias quæ membra sunt vnus Ecclesia toto orbe diffusa, quas nobis Spiritus sanctus per scripturas suas commendauit & tradidit vnde libere prolata qualibet hominum maledicta credamus? Hoc quidem vobis placet, sed nobis non placet. Quibus autem iustus placeat, & vos videtis: sed vincti animositate non vultis vinci veritate. Ecce sunt in Ecclesia Ecclesia, &

se, & uniuersali totius orbis nomine & nominatione designata & expressa. Certè, in Catholica Ecclesia sunt complures Ecclesie Catholice. id est in vna uniuersali toto orbe diffusa, ac proinde in visibili plures sunt orthodoxe Ecclesie certis in locis constitutæ suisque notis illustres atque conspicuæ, quæ sint reuera Catholice Ecclesie, vera quippe Catholice Ecclesie membra, & idem alibi de Cypriano loquens, Non meam præpono sententiam sed Ecclesie Catholice, in qua tam uberem cum tolerantia fructum attulit, cuius uniuersitas ipse non fuit, sed in eius uniuersitate permansit.

HAYVS.

Paulò antea scripsisti, Non vos sed ipsam veritatem demonstrasse, Verbum & Sacramenta veritas esse Ecclesie Catholice notas: nunc verò tuæ veritatis demonstrationi diffidens, ad periarum animarum agnitionem confugis. Tu sanè nos valde stupidos iudicas, quòd veritatis demonstrationi quam te falsò in lucem protulisse iactitasti non assentiamur. pag. 78.

SERRANVS.

Iesuiticæ Logices præceptum est, Nulli non mouendū esse lapidē ut vel vincas, vel vicisse videāre: si hac non successit, alia aggrediendum esse via. Omnes hactenus Sophisticæ arculas perimatus est meus Iesuita ut veritatem oppugnaret. Quum rationū vi, aut clamoribus non potuit euincere, ad risum locosque profilit ad eludendam veritatē, ex ver-

Ludit Hayus variis commentis, non arguetur.

naculo illo instituto, quod *ἔουθενισμός* appellant. At, infelix Apostata, non sentis Deum eluere posse, licet omnem pietatis in te sensum eluermoliaris? Hæret lethalis arundo. Esau primogenituræ contemptum lachrymis & ululatu nõ redemit. Non ego te tantum stupidum iudico, sed planè *ἀπληγκότα & κεραιθησιασμένον*: hæcenus tamen vt credam conscientiæ tuæ vlcus quantumuis iniustum atque induratum non sic dedoluisse quin te patientis Dei bonitate quatumlibet obstinatè abutentem horribili cruciatu sauciet. Ac illos cachinnos tuos iustus Deus cõuerteret haud dubiè in stridorem dentium nisi ad ipsum serio conuertaris. Potentissimum esse hoc argumentum & cum re ipsa optimè coniunctum, animaduertunt pij, quicquid obstrepas.

Apostatarum profi-gata conscientia.

Piarum animarum sensus, maximum argumentum veritatis.

Porro, certissimum est veritatis *κετήριον*, Veritatis sensus pijs animis insitus, quæ quum amplectuntur Dei veritatem, obsignant Deum esse veracem. Hæc est demonstratio Spiritus sancti, vt fideles statuunt promissiones Dei ad se pertinere, ac proinde se filios esse & hæredes: ex oraculo *Oues meæ audiunt vocem meam*. Sed audiam nouum tuum argumentum, vel potiùs commentum quo varia absurda in hac vera Ecclesiæ definitione *εἰδωλοποιεῖς*, vt veritatem scilicet vanitatis damnes. Imo te iuuabo animo linguaque vagantem: vt saltem Lectori consulam.

Secundus Hayi *παρεξέλεγχος* ex verbosa congerie sic collectus & efformatus.

H A Y V S.

Nõ potest esse vera rei definitio quæ *vanis* abs-
sur-

ordinationibus & contradictionibus implicatur: Hæc tua, Minister, definitio variis absurdis involuitur. Non potest ergo esse vera Ecclesie definitio. Maiorem negare non potes ut sua luce manifestam. Minorem probo ex ipsorum absurdorum singulari indicatione.

Primum absurdum. Inuisibilis ergo Ecclesia, est in Ecclesia visibili: & pia illa tua animi in Ecclesia sunt inuisibilis & visibilis Ecclesie membra: seu (ut te nouum Ciceronem imiter) ad visibilem & inuisibilem Ecclesiam pertinent. pag. 78.

SERRANVS.

Est crassa Ignoratio Elenchi. Hactenus me reprehendebas quasi statuerem Ecclesiam tantum esse electorum siue iustorum. nunc maximum mihi opprobrium creas, quod dicam, eandem Ecclesiam & visibilem & inuisibilem esse. id est, ut loqueris, Ecclesiam inuisibilem esse in Ecclesia visibili. Nescis planè quid dicas. Agnoscis Ecclesiam esse iustorum: & ut postea loqueris, Ecclesie vocem nonnunquam pro iis accipi qui aeterno auro in caelis fruuntur. Siccine inuisibiles esse animas illas beatas non agnoscis? Modò autem depugnabas de ipso Ecclesie visibilis corpore: & me grauissimè reprehendebas quod de visibili tacerem. Nunc me reprehedis quod de visibili loquar, eandemque esse affirmem cum inuisibili. quod tu quoque & affirmabas & postmodum affirmabis. Ais, negas. Quid igitur est nugari, si hoc non est? Itaque tuum εἰδωλοποιῶν absurdum sic in tuum caput retorqueo:

Ignorat Hayus quid agatur, ipse res alias agens.

Retorque tur argumentū in Hayum

Qui aut modò, modò negat, à seipso dissidens,
Z. iiii.

360 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
absurdè loquitur. Id Hayum facere perfficitum
est. Absurdè igitur in re seria loquitur: ac proinde
se suo gladio iugulat.

Quomodo autem vna eadèmq̃ue Ecclesia sit
& inuisibilis & visibilis, supra explicatum est suo
loco, ne idem inculcem. Tibi verò, erudite Hay,
si Ciceroniana displicent, saltem patere Auguſti-
ni simplicitatem, à quo sum hoc dicendi genus
mutuatus, non à Cicerone. *Quamuis non omnes*
quos Ecclesia generat, ad eam pertineant, vni-
terem, quæ vsque in finē perseverantes saluat. Ne-
que enim hi soli ad eam non pertinent, qui separa-
tionis apertio sacrilegio manifesti sunt, sed etiam il-
li qui in eam unitate corporaliter mixti, per vitam
peſsimam separantur. Sic & genus illud dicendi,
Pertinere ad Ecclesiam: & ipsam inuisibilis & vi-
sibilis Ecclesie distinctionem probatam vident
Lectores: ac proinde te non nisi absurdè absurdū
mihi obiicere. Sed audiamus secundum absurdū.

Illud lo-
quēdi ge-
nus, erri-
nere ad Ec-
clesiam, ix-
ridet Hay-
us: quo ta-
mē vitur
Auguſt. li.
i. de Bapt.
contra Do-
nat. c. 10.

H A Y V S.

Secundum absurdum, quum tu Ecclesiam in-
uisibilem, appellas veram Ecclesiam, iustinare vi-
deris visibilem Ecclesiam, falsam esse Ecclesiam.
Pia ergo tue anima, erunt & vera & falsa Eccle-
sie membra. Bone Deus! Ecclesiam nobis. Ami-
ster, verè tregredu cum Caluino tuo depingit!
pag. 78.

S E R R A N V S.

Elenchus est *ὅτι τὸ ἐκείνου*. neque enim con-
sequi-

QVID SIT ECCLESIA. 376

sequitur idcirco visibilem Ecclesiam esse falsam, quòd inuisibilis sit vera: quum eadem Ecclesia sit & visibilis & inuisibilis, & vtrunque verè de vera Ecclesia dicatur. Perinde ergo ac si dicas, quum animus hominis sit inuisibilis, & verè homo, vt faniores Philosophi loquuntur: corpus hominis non esse verum hominem, sed falsum quidpiam, & vt loqueris, *τεργτὸδες* atque monstrosum: Est autem verum, Hominem & vero animo & vero corpore constare: licet ille sit inuisibilis, hoc visibile: vt ex vtraque natura vnus homo componatur. Vtiosi consequentis incommodum quis non videt? ad quod profectò accedit figura Sophistis vernacula, *Ἀδελεία* siue nugacitas, iis bene conueniens qui quum vt aliquid dixisse videantur, omnia dicunt, in multiloquio non possunt non maximè peccare. & in eo quidem rerum genere in quo non licet nugari sine blasphemia: quid enim attrinet his ineptulis gerris ludificare Veritatem? Quanto veriùs & opportuniùs argumentum in te retorqueretur qui sub vera & essentiali hominis forma, Iesuitam & Apostatam tegis, humanæ naturæ carcinomata? Sequitur tertium tuum absurdum.

Eadē Ecclesia est visibilis & inuisibilis vario modo.

H A Y V S.

Tertium absurdum, Si negaueris pias tuas animas, visibilis Ecclesie esse membra, explica nobis singularem aliquam rationem qua inuisibilis Ecclesia sit in Ecclesia visibili. Turcæ & Iudæi eandem multis in locis cum Christianis urbem incolunt, & tamen Turcarum & Iudæorum cœtus non sunt in Ecclesia. pag. 79.

SERRANVS.

Quomodo Ecclesia inuisibilis sit in Ecclesiavibili.

Est elenchus *Diuisionis*. nunquam enim negaui, neque id ex meis verbis vnquam elicies, fideles visibilis Ecclesie esse membra. Imo id maxime affirmamus. Quam igitur est nugatorium id mihi impudenter affingere quod ne per speciem quidem vlllo modo ex meis verbis erui potest. Fideles vera inuisibilis Ecclesie membra introducuntur in Ecclesiam visibilem per Baptismum, audiunt & amplectuntur Verbum Dei, communicant sacrae Eucharistie. In illa externa professione socios habent hypocritas plerosque. Deus tamen nouit eos qui sunt sui. Cur tu igitur res maxime cõiunctas diuidis atque discerpis?

Quomodo Ecclesia sit in ipso Mundo, neque tamen cõmunesca.

Præterea, est elenchus *accidentis* in obrusa illa tua subtilitate, quem ex loci communitate imaginariis. Eodem solo, cœlo, mari vtitur cum infidelibus: iisdem cibis, vestimentis ceterisque ad corpus tuendum necessariis vtitur adiumentis. Ergo eadem Ecclesia illis erit communis? Quis ferret hanc consequutionem? At Turcarum ais, & Iudæorum cœtus non sunt in Ecclesia. Verum est. Cur igitur veram illius discriminis causam non percipis? Est crassa videlicet accidentis fallacia. Quasi verò locus ipse bonum vel malum hominem efficere possit: & vbi Apostoli docuerunt, vbi sacra ipsorum vox insonuit, ibi nunc Mahumedis blasphemia debacchatur. Veram causam prætermittis, in accidente hæres. In culpa est animus non locus, qui bonum & sceleratum vnà capit. Sunt inanes tricæ. Eodem erroris genere vestra vel Cœmeteria. Ita igitur habeto, Deum Catholicæ Ecclesie vbiuis locorum in vniuerso terrarum orbe aptare hospitium: atque in illis locis

cis conferuare Ecclesiam suam, eamque à profanis cœtibus ἀπειμικτον & intemeratam, ex omni memoria & experientia perspicuum est: vt infelicissimam tuam dubitationem nemo nō sobrius detestetur. Pergis ἀποτολογεῖν nouo commento, quod in tuis delirijs quartum locum occupat.

H A Y V S.

Quartum absurdum, Antea definiuisti Ecclesiam Catholicam esse cœtum visibilem. At tuæ pie animæ sunt inuisibiles. Non ergo sunt Ecclesie Catholice membra: nisi dicas omnem Christianorum cœtum visibilem quidem esse, singulos verò ex hoc cœtu mente, non autem oculis à nobis posse conspici. pag. 79.

S E R R A N V S.

Βατολογεῖς, eandem cantilenam inculcans. Iā huic argumento satisfacere: siquidem vel nugamētata tua sunt argumenta & inexplebili cupiditati tuæ potest vllō modo satisfieri. Inuisibilis animus Animæ inuisibiles in Ecclesia visibiles. corpus visibile incolit. Quidni inuisibiles fideiū animæ cœlesti cibo in Ecclesie visibilis sinu nutriuntur? Imo obuertitur contra te argumentum, quū Catholica Ecclesia toto orbe diffusa, & per omnes seculorū vicissitudines illustrius modò, modò obscurius cōseruata, quā credimus ex Apostolica doctrinæ instituto, in se inuisibilis sit, in suis partibus luculēter perspiciatur: quemadmodum Vniuersale in suis indiuiduis visibile esse diximus supra. At restat quintum tuum absurdum,

HAYVS.

Quintum absurdum, Pia tua anima (ut somnias) ad inuisibilem Ecclesiam Deo uni notam se pertinere intelligunt. Quod si ita est, ergo inuisibilem Ecclesiam cognoscunt. nam si non cognoscerent, qua ratione ad inuisibilem Ecclesiam se pertinere dicerent? Sic dicam te esse filium Chimæ, & me hoc intelligere quamuis nec te nec Chimæram cognoscam. Si verò cognoscunt inuisibilem Ecclesiam, ergo tua inuisibilis Ecclesia non est iam uni Deo nota. Non video quo pacto te hinc extricare possis, nisi dixeris multas esse Christi Ecclesias inuisibiles, & pias tuas animas rudem & adumbratam habere Ecclesia illius, cuius sunt membra, intelligentiam. At ne hoc quidem modo te expedies: semper enim Ecclesie illius, ad quam pia anime se pertinere intelligunt, intelligentiam aliquam ipsis animis concedere cogeris.

SERRANVS.

Terrificum planè argumentum in hac Iesuitica εἰδωλοποιία ultimo loco opportunè collocatur. Quàm malè te habet, Apostata, piarum illarum animarum cogitatio & dignitas oculis tuis obuersatium, cæcosque impij & sacrilegi animi tui furor detestantium. Audi igitur quidnam illæ respondendant aduersus procacem & blasphemā audaciam tuam.

Quum nos omnes credamus sanctam Ecclesiam Catholicam, habeamusque persuasum nos ad eam perti-

pertinere: quâ fieri potest, impie & scelerate A-
 postata, vt nos eam verè vera fide non intelliga-
 mus? quâ enim eam crederemus, nisi eam intelli-
 geremus? Huius fidei vi & efficacia videmus Deû
 inuisibilem, & eum tamè verè cognoscimus. Ab-
 surdùmne tibi, Athee Iesuita, Deum inuisibilem
 verè cognoscere? Quâtuilibet rideas modò, ob-
 stipâque audacia omnè diuinitatis ex animo tuo
 sensum euellere, callùmque miseræ tuæ consci-
 tia, omnibus Sophisticis tuæ machinis adhibitis,
 obducere moliaris, non tamen maior es quâ pa-
 ter tuus qui Deum esse nouit & tremit. Si Deus
 igitur à piis animis ad salutem verè cognoscitur,
 quidni illæ verè intelligent esse Ecclesiam, cuius
 sint ipsæ membra: & in qua insitæ hîc spei arrha-
 bonem habeant, veram in cœlo solidâmque feli-
 citatem adituræ? Hoc quidem de seipso vnusquis-
 que fidelium statuere debet ex primitiis Spiritus
 sancti, nimirum ex *πληροφορία* fidei applicantis si-
 bi propriè promissiones generales: de cæteris au-
 tem hominibus potest ex charitatis regula hoc
 statui iudicium, Eos qui audiunt Verbum Dei, &
 fructus fidei edant, credere: ac proinde ad sacrum
 Christi ouile, vt veras oues, pertinere. Sed addo
 è iudicij humani modulo & mensura, quantum
 videlicet homo de tantis rebus iudicare potest,
 id esse constituendum. Harum vltimum iudicium
 Deo esse relinquendum.

Atqui, excipit Hayus, *ne hoc quidem modò te ex-
 pedies. semper enim Ecclesie intelligentiam aliquâ
 ipsi animis concedere cogeris.* Respondeo, Nō mo-
 dō me cogi, sed asseueranter affirmare à piis ani-
 mis intelligi quid sit Ecclesia: sed suo (vt dixi)
 modo. Itaque ludit Hayus eo genere fallaciæ quâ
 vocant *A dicto secundum quid ad dictum simplici-
 ter.* Non enim plenam perfectâmque tanti myste-

Heb. 11. 27

Quomo-
do piorū
animæ in-
telligent
Ecclesiam
inuisibi-
lem.

Iacob. 2. 19

& quate-
nus.

rius intelligentiam piis animis vendico, sed quanta in hominem cadere potest, non quidem perfectam quæ in Deo est absolutè, nihilominus tamè in animis piorum veram: neque enim patrocini illius tui fulcrum admitto, quasi rudis quædam & adumbrata tantùm cognitio Ecclesiæ piis animis constet (si *Vmbra* nomine non rem ipsam, sed fictum rei simulacrû intelligis, quale est illud vobis Sophistis proprium subiectum, τὸ ὄν μὴ ὄν, vel τὸ τῷ ὄντος εἰδωλον:) quasi non verè id intelligant

Verum & Perfectû quomodo differunt.

quod verissimum est. Differt enim Verum & Perfectum. Veram suæ salutis cognitionem Deus per Spiritum Sanctum suis patefacit in hac etiam vita, in qua ἐκ μέγιστος tantùm γνώσκουσι, ex parte cognoscunt (vt inquit Apostolus) sed tamen verè: sicuti

1. Cor. 13. 9. uti elementariis artis siue scientiæ cognitio vera est, licet perfecta non sit. Accirco ait Ioannes de

1. Ioan. 3. 2. hac cognitione loquens, *Nunc quidem filij Dei sumus: sed nondum patefactum est quod erimus, scimus autem fore vt quum ipse patefactus fuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est.* Inchoata igitur atque imperfecta hæc in nobis cognitio sed tamen vera. Perfecta suorum decretorum cognitio vni Deo constat qui quos

præsciuit, illos prædestinavit: & illos a præscitos & prædestinatos suo tempore vocat, iustificat, glorificat, quemadmodum ait Apostolus: ac proinde ille vnus perfectè nouit qui sunt sui.

2. Tim. 2. Nō tamen incognitum relinquit suis electis voluntatis suæ mysterium, id est electionis suæ decretum quod illis per Euangelium ita patefacit vt insita in ipsorum animis per Spiritum Sanctum suum fide obsignet in eis spem futuræ gloriæ, repræsentato eis hæreditatis suæ arrhabone, donec in plenam libertatem vindicentur, dū in hac vita solida spe exultat gaudentes quod sua nomi-

13.

Ephes. 1. 9.

13.

na sint scripta in libro vitæ. Sic ego dixi in priori
disputatione. Pias animas intelligere se ad inuisi-
bilem Ecclesiam pertinere. Hoc ridet miser Apo-
stata, huius veritatis luce proprioque iudicio *ἀ-
πιστάτης* sibi meliùs consultum si Dei patienti-
a ad respiscentiam se inuitari agnosceret, non
verò *ἀνετακτόνως κατ' ἴαν* veritati bellum indicens,
sibi vltro exitiù accerferet: quod profectò Ismaë-
lis, Esau, Iudæ cachinni impedire olim haudqua-
quam potuerūt, neque cuiusquam Thraſonis au-
dacia vnquam impedit.

Quòd autem dixeram vnus Ecclesiæ geminam
faciem esse distinguendam, iocatur meus Esaita,
& nescio quid de Iano bifronte iocabūduſ ima-
ginatur. At sannæ illius tuæ sputum, nugator, nō
vides te quoque proiicere in caput venerandæ
Antiquitatis? Hoc enim ipso dicendi genere sic
vitur Ambrosius de Ecclesia loquens: *Duo igitur*
geminæ, duæ geminæ vitæ, duæ geminæ sunt militiæ,
varium illius statum sicuti ego, representare in-
stituens.

Tertius
Hayang.

Ambros.
Lucæ lib.
3. cap. 3.

Tertius Hayi *παραξέλεσχος.*

H A Y V S.

Visibilem Ecclesiam definiendam suscepisti. cur
ergo nos voluisti fallere, tradens Ecclesiæ Catho-
licæ definitionem, & visibilis vocabulum reuicēs?
Si quis definiret animal esse id quod rationis est
particeps: & postea se non animal vniuersè, sed
hominem definuisse diceret, in Sophistis, vel tuo
iudicio, merito esset numerandus. De te verò quid
sentiamus, Minister, qui quum Ecclesiam Catho-

368 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
licam definiſſes, viſibilem à te duntaxat eſſe de-
finitam tandem nobis ſubiicis. Orationem tuam
vagari & errare video. pag. 78.

SERRANVS.

Non ſum Ieſuita vt fallam. Vobis eſt hoc ver-
naculum & proprium. Vt autem bona fide & or-
dine reſpondeam, huiuſmodi eſt tuum argu-
mentum.

Hayi argu-
mentū ex
ipſius far-
ragine e-
uolatum.

*Qui genus cum ſpecie ſua confundit, arte per-
turbat, & ſine arte vagatur.*
*Hæc tua, Miniſter, Catholica Eccleſia deſinit-
io genus cum ſpecie confundit.*
*Ergo ſine arte vagatur. Hòccine eſt, Hay, te fal-
lere?*

Retorque
tur in i-
pſius Hayi
caput
duas Ec-
cleſias im-
peritè cō-
ſtituentis.
quum vna
ſit Eccleſia
Catholi-
ca.
In epiſt. ad
Ephe cap.
4. ſer. 10.

Reſpondeo, tuum argumentum aduerſus te re-
torqueri, quippe qui dicas Eccleſiam viſibilem
& inuiſibilem eſſe ſpecies Eccleſiæ Catholi-
cæ veluti generi ſubiectas. quo quid craſſius & ad-
hoc *λογότερον* excogitari poteſt? Perinde enim eſt ac
ſi diceres duas eſſe in homine ſpecies, inuiſibile
vnā, id eſt animum: viſibilem alterā id eſt cor-
pus: vt Homo ſit duarum ſpecierum genus. Vna
nimirum eſt Eccleſia Catholica, particulares om-
nes Eccleſias veluti membra comprehendens.
Ipla igitur corpus, ipſius caput eſt Chriſtus: ſin-
gulæ ſiue Eccleſiæ ſiue fidelium animæ illius ſunt
membra, quemadmodum ait Chryſoſtomus, Ec-
cleſiā nihil aliud eſſe quàm ex noſtris animabus con-
ſtructam domum. Hæc enim Eccleſiæ *συναγωγία*
corpori ſæpenumero comparatur. Itaque non ge-
neris rationem ſed totius amplitudinem ſubit.
Tuæ orationis *ἀκυρὸς λόγιον* ex nimia in rebus per-
ſe etiam perſpicuis reprehendendi libidine na-
ſcentem

ſcientem, eruditus Lector videt. Cur autem de viſibili Eccleſia me agere diſertè teſtatus fuerim, maniſeſta ratio eſt, quia quum de notis Eccleſiæ quærat ex quibus illâ à profanis cœtibus diſtinguamus, omnino cõſtat de Eccleſia ſic agi vt nobis appareat. Vnam autem inuiſibilem & viſibilem & reuera eſſe & rectè dici Eccleſiam, ſupra demonſtrauimus.

Ex his igitur, Hay, quæ aduerſus *παρεξελίξους* tuos reſpondi, efficitur, Veram eſſe illam definitionem Eccleſiæ quæ à me fuerat allata, quum videlicet ex his conſtet quibus Eccleſiæ ſubſtantia continetur, ex quæ circumſtantia quæ illius naturam propriè definiunt, in ea notentur: atque adeo conſequitur falſam importunamque eſſe tuâ reprehentionem qua veram definitionem dånare iuſtruebas.

COMPLEXIO VNI-
uerſæ diſputationis de Eccleſia, ἀνα-
συνολατικῶς collecta:

PAPATVM NON ESSE EC-
cleſiam Catholicam, ſicuti in priore
diſputationis parte demonſtratum
eſt: ac proinde de illius autoritate
hîc minimè agi.

INSTITVTI ordinis ratio poſtulabat vt poſt-
quam priori diſputationis parte quid non ſit Ec-
cleſia: altera, quidnam ipſa ſit demonſtraſſem, ve-
rãque eius definitionem è ſuis propriis que de-
monſtrationis principiis eruiſſem: vltimo loco di-
ſputationis ſummam colligerem, & ſemotis inſi-
Ordinis ratio.

diis quarum periculum non rectè eo intellecto de quo quæstio institueretur, initio obuerfabatur, ita ad principem primariamque quæstionem aggrederer. Hac de causa remota *Id est vixus illius &* æquiuocæ Ecclesiæ definitione, paucis verbis fecimus vniuersæ disputationis complexionem, ad eamque (prout bene docendi leges postulat) illustrandam, adiunximus insignia quædam orthodoxorum Patrum testimonia. Summa est, Quum vera Ecclesiæ definitio iis conficiatur quæ internam ipsius rei essentiam veramque naturam designat: omnino consequi veram esse illam Ecclesiæ definitionem quæ à nobis fuerat allata, quippe quæ veram illius essentiam & naturam, notatis illius necessariis circumstantiis repræsentat, atque ex vi consequentis, κατ' ἀφαιρέσιν τῶν ἐκείνης, falsam esse eam definitionem quæ eam non extertatibus designet, nimirum, Papatum quem supersticio Catholicæ Romanæ Ecclesiæ nomine designat, nō esse Ecclesiam Catholicam de cuius auctoritate instituta sit quæstio.

Hayanæ lo-
quacitatis
fastidiosa
inanitate
deimpudē-
ti virulen-
tæque au-
dacia cu-
mulata
exemplū
Lector hīc
animadu-
uertat.

Quid hīc meus Iesuita? Quinque paginas totas opplet non nouis exceptionibus aut argumentis sed rerum inter nos iam agitararum negationibus earundem rerum *καττολοσίαις*, peregrinis accusationibus & conuitiis: sicuti ex ipsa lectione perspicuum erit. Itaque me & lectorem leuabo labore exscribendi res minimè ad rem pertinentes. Ad summa capita tantum respondebo. PA 6. 80. Est ἀθεολογόν & planè importunum, Imperatorum Romanorum testimonia proferte ad Romanæ Ecclesiæ principatum stabiliendum, quæ superstites nunquam sunt passi. Si renuiscerent nunquid colla subderent pedibus Pontificis Romani, aut eos obsequij testandi causa deoscularentur?

tur? Gravianus certè, Valentinus & Theodosius Imperatores nunquam viderunt meretricis illius Romanæ supercilium. Casta tunc erat Romana Ecclesia, quæ postea facta est meretrix, sicuti ostendi suo loco. Iustinianus licet ætate illis inferior, nūquid impudicæ illius sceleratâ frontem ôsque impurum pertulisset? Certè Phocam vestrum, Iesuita, parricidam illum & latronem si proferres, eum quidem fateremur vniuersalis Episcopi nomen auctoritatèque Romano pontifici tribuisse: at quum per te assensûque tuo & re & nomine speciosa vestra Ecclesia summi pontificatus apicem titulo illo consequuta sit, habemus quod cū summa ratione excipiamus: De illa quoque Romanâ nos minimè agere quæ peregrino, Antichristo nimirum vniuersalis episcopi nomen adeptò, adhefit: sed de ea Ecclesia quæ Christi sui vocem audit, quam in vestris illis Imperatoriis titulis minime quærimus. Illa ipsa est vna Ecclesia Catholica cuius membrum est non modò Geneuensis Ecclesia, quam sceleratè traducis, sed omnes veterè Christianæ Ecclesiæ. Respõdeat igitur pro nobis Augustinus: *In scripturis didicimus Christum, in scripturis didicimus Ecclesiam, has scripturas communiter habemus.* (nos nimirum cum Augustino & orthodoxis Patribus antiquæ Ecclesiæ.) *Quare non in eis & Christum & Ecclesiam, vos Iesuitæ, communiter nobiscum & cum veteri Ecclesia inuestigatis?*

In Pa. G. 81. Est verus prouerbiũ, ἀλαζονεία τὸ μέρτερ. Ecquis igitur tibi testi vago & incerto ctedat? Ioannis Knoxi sanctissimi viri memoria pijs omnibus est felicissima: te verò præfractum Apostaram populares tui detestantur: te perditum nebulonem tua scripta, te qui tuosque mores noris, summam stellationem concionantur. Abi igitur in

Scotiam ut tuis Scotis ostendas nos ab ipsis delu-
 sos fuisse, qui illorum testimonio hæc de Knoxo
 credimus. Qualem te in Gallia præstiteris, nos il-
 lis vicissim referemus. At non te pudet interea
 his peregrinis argumentis Veritati obstreperere,
 immemorem videlicet illius Horatiani, *Tollat te
 qui non nouit, vicinia rauca reclamatione?* Planum te
 circumueniri, male sanus arbitrare?

In PA G. 82. 83. & 84. De Petri testimonio aduer-
 sus commentitium Romanæ Ecclesiæ principa-
 tum, dixi suo loco. Verbum scriptum idem illud
 esse quod erat antequàm scriberetur: & idcirco
 scriptum, ne adulteriis hominum corrumperetur
 inculcatum quoque est à nobis supra, & quidem
 sæpius quàm par esset, nisi tua me excusaret im-
 portunitas. Nunc verò si elaborarem frigidis tuis
οὐκ ἔστιν respondere, profectò nugarer tecum.
 Claves Regni cœlorum esse Euangelij doctrinã
 quæ ad cœlestis felicitatis iter nobis sternit, per-
 spicuum est. Quid mihi igitur, sôniator tua *κατα-
 τρεχέτης* obtrudis, nemini præter quã tibi somnij illius
 fabro nota? Traditum fuisse Bibliorum volumina
 Petro pro clauibus, Petri Cathedram vbique esse
 in qua innumeri sedeant, quum illius doctrina v-
 bique audiatur: Tempora nos tollere Christiano-
 rum, quum lupanaria vestra detestemur: & hu-
 iusmodi phantastici tui ingenij larvas & imagi-
 cerebrum tuum sit sanandum veratro? Hoc igitur
 ad has nugas abundè. Quod de *Clauis* in Scri-
 ptura significatione *κλεῖς* nō alio quàm te
 interprete exponi potest commodè. *Disce*, inquis,
 à Christianis Theologis, *clauem in Scripturis, pote-
 statem significare: non autem, ut falsò tibi persuasi-
 stis, vtriusque Testamenti doctrinam.* Tum verò ad-
 dis,

dis, *Cathedra Petri, est autoritas quam Petrus in Christi Ecclesia habuit docendi, ac Christiano populo nussa describendi.* Cedò, mi Hay, quæcunque Petro tradita est à Christo potestas, ecquænam fuit? Nónne illa cuius vi sedit in Ecclesia, pascens gregem Domini, quemadmodum ei fuerat à Domino mandatum: & quod ipse collegis suis, siue, vt ipse loquitur, presbyteris eiusdem mandati vi præscripsit? Illam certè quidem quum tu vtrò agnoscas, quæro à te quid aut quomodo docuit Ecclesiam Petrus? Nónne Verbum Dei & ex Verbo Dei? Te tuo ore conuinci vides, serue frugis Auges aduersus te testimonium, quò nomine *Cathedrae Moysi, graues aliquos Theologos eius doctrinam intelligere fatearis.* Tu ergo leuissimus es qui non animaduertas non aliam esse Moysi doctrinam quàm eà quæ à Mose scripta est: at pessimus, qui Petri Cathedrae dignitatem non potuisti ostendere nisi eam cum Cathedra pestilentiae comparares. hæc enim verba postquam de Petri Cathedra loquutus es, continuò subiungis: *Nã hoc modo Cathedra vocabulum usurpauit Propheta regius scribens, Beatus vir qui in Cathedra pestilentiae non sedit.* Apage crudam & inscitam tuam balbutiẽm: & disce articulatiùs & distinctiùs loqui. Ita igitur emendandus est hic locus in tuo Codice. *Petro graues lupi successerunt qui illius Cathedrae siue doctrina nomine & specie, pestilentes & noxios errores innexerunt in Ecclesiam Dei. ab his vt caueremus premonuit Spiritus Sanctus. nam hoc modo Cathedra vocabulum usurpauit Propheta regius scribens, Beatus vir qui in Cathedra pestilentiae non sedit.* Vides, mi Hay, quàm bellè hæc inter se cohercãt, & quàm verè Cathedrae pestilentiae nomine *¶ & seruius* Petri successoris lethifera potestas significetur. Quòd autem de legitima

Magistratum (vt loqueris) Ecclesiasticorum vocatione ais, est reuera circumducere circulum, vt Logicus circulator meritò appelleris. Ecquod enim est legitime vocationis in Ecclesia fundamentum quàm doctrina? Idcirco testatus Apostolus de sua potestate, eam doctrina definit, cuius subiectum sit Christus Dominus: cui se omnesque in Ecclesia Pastores redditorum rationem testatur Petrus, vt pote summo Pastori omniumque Pastorum Domino ac principi.

Quòd de Bibliorum volumine & de scripta siue picta Ecclesia nugaris, non modò tuæ (vt vocabulo ad stomachi tui infirmitatem de qua lectorem tam sollicitè mones, repræsentadum apto vtar) *ιωλονεραϊς* centies effusæ, sed infelicissimi tui vomitus in quo obstinatus Apostata sceleratè volutaris, tristissimū bonis viris monumentum est: eoque tristius quòd te de tuo exitio miserè ridentem videant. Inuisibilis est Ecclesia ^{ad dicitur} & impiis hominibus, at inferi ipsi qui & ^{deu} id est inuisibilis nomine notantur, nimium citius ipsis erunt visibiles. De Verbo Dei, & Ecclesia satis suo loco dixi hætenus: ne hîc *καταλογω* impuri irrisoris libidini gratificer. Et Verbum suum illiusque tabulas scripto à fidelibus suis notariis consignatas, & Ecclesiam suam inter densissimas horrendarum calamitarum tenebras Dominus conseruauit, & Solem veritati suæ suo tempore reduxit, quem vident ij quibus oculos ipse dedit ad videndum: cæci autem Iesuitæ & illorum fascinis obcæcati lucem quam non vident, tenebras vocant, seque perspicaces tamè arbitrantur.

Ioan. 9. 41 Quibus idcirco ait veritatis & iustitiæ Sol, *Si cæci essetis, non haberetis peccatum: nunc vero dicitis. Videmus itaque peccatum vestrum in malis.*

QVID SIT ECCLESIA. 375

TESTIMONIA OR-
thodoxorum Patrum ad superio-
rem definitionem illustrandam à me
allata, oppugnantur ab Hayo, à me
defenduntur vt fideliter citata.

De loco Hilarij in Psal. cxvi. *Domus hæc
edificanda per Deum est. humanis enim
operibus extructa non permanet,
neque doctrinis seculi insti-
tuta consistit. &c.*

HAYVS.

*Primum tibi respondeo nullam in hac D. Hi-
larij sententia de Verbo scripto (quod tu solim vr-
ges) fieri mentionem. &c. pag. 85.*

SERRANVS.

Duo excipis aduersus hoc Hilarij nostri testi-
monium, quæ testantur tibi nullam esse frontem.
Vnum, de scripto Verbo hic nullam fieri men-
tionem. Alterum, hæc verba ad Ecclesiã Dei mi-
nimè pertinere. Quid ais? Quæ huius domus fun-
damentum esse dicat Hilarius, Prophetas & A-
postolos, quemadmodum Paulus disertè loqui-
tur, existimãsne Prophetarum & Apostolorum
personas an doctrinam notari? Certè commodus
est sui interpretes Paulus qui fundamentum illud
Prophetarum, appellat testimonium Prophetarum;

Loquitur
Hilarius
disertè de
scripto
Dei Ver-
bo.

Aa. iij.

& de Ec-
clesia.

& ratio ipsa euincit de personis id non posse in-
telligi, sed de ipsa doctrina. Ecquænam verò est
aut esse potest Prophetarum & Apostolorum do-
ctrina, præterquam ea quam Prophete & Apосто-
li scriptis commendarunt? De scripto igitur Ver-
bo agere Hilarium nemo nõ videt præter volun-
tarium cæcum. Iam verò de Ecclesia hic agi qui
dubitatur, vel nescit quid sit Ecclesia, vel cognitæ
veritati proteruè reluctatur. Tibine est Ecclesia
lapidum congeries parietibus conformata? Cras-
sa est superstitionis *quæritur*, Iesuitis quidem Chris-
tianiæ architectis apprimè digna, à Chris-
tiano autem qui se lapidem viuum in sacro illo
Ecclesiæ ædificio structum intelligit & credit,
penitus aliena. Agnoscebas nuper fideles vocari
Templum Dei. Paulus Corinthios appellabat Dei
ædificationem Petrus fideles ait veluti viuos lapi-
des ædificari in Ecclesia Dei quam spiritualè do-
mum appellat. Chrysostronius Ecclesiam appel-
lat, structuram animarum. Hilarius idem ipsum
Templum ex Apostoli & Prophete verbis descri-
bit. Verba hæc ipsa sunt quæ tu protulisti, Quod
habitabile ei templum nempe illud de quo dictum
est, Vos estis templum Dei, & Spiritus Dei habi-
tat in vobis. Hæc domus & hoc templum Dei est,
doctrinis & virtutibus Dei habitat in vobis &c.
Sæctitas, æquitas, cõtinencia humana Deo tẽplum
est. Domus ergo hæc ædificanda per Deum, quid-
nam aliud est quàm Ecclesia: & quid aliud est Ec-
clesiæ structura quàm quum animi fidelium Ver-
bi Dei efficacia (illius nimirum Verbi *scilicet* Ver-
cuius vim ad vitam rectè instituendam describit
Apostolus,) ad pietatem, rectitudinem, integrita-
tem, charitatem, spem, constantiam, ceterasque
Christianas virtutes per Spiritum Sanctum, ve-
ram efficacemque Verbi diuini *ἐπιτελέχεια*, insti-
tuun-

tuntur? Iesuitæ igitur meo quid frontis superfit,
Lector perspicuè animaduertit.

De altero loco Hilarij lib.6.de Trinitate. *Hæc fides, Ecclesia est fundamentum: &c.*

HAYVS.

Si Hilarius scriptum Dei Verbum Ecclesie fundamentum facit, cur tu ipsius orationem immutasti? Cur orationis dispersas partes nouo artificio sic colligasti? &c. pag. 85. & 86.

SERRANVS.

Ecclesiæ ædificandæ rationem ostendam Hilarij testimonio, nimirum per Verbum Dei, quod probauimus esse certam illius notam. Sic quoque illustrata est Ecclesiæ definitio: quam quum à commentitio Romanæ Ecclesiæ principatu vindicassẽ, cui stabiliendo Petri nomen impudenter ementitur Antichristus: necesse erat vt hanc potissimum partem, quia Antiquitatis nomen prolixè ab illius tyrannidis patronis præteritur, Antiquitatis testimonio comprobarem. Id me præstitisse trium patrum testimoniis, perspicuum est omnibus, præterquàm Hayo: qui tamẽ professus se non videre quorsum testimonia illa adduxerim, vi tamen veritatis cogitur confiteri, me id fecisse vt ex illis probarem, super Petrum non fuisse ædificatam Ecclesiam. Hoc nimirum est, Hay, quod volo.

Quorsum hoc testimonium adhibeatur.

& Quomo
do.

Iesuitæ
Patrū te-
stimonia
sine vllō
iudicio
exscribūt.

Vera & lu-
culēta hu-
ius testi-
monij sen-
tentia.

Quid præterea reprehendis? Me Hilarij oratio-
nē immutasse, dispersas Hilarianæ orationis par-
tes colligasse. Quasi verò sit orationem immuta-
re, aut dispersas partes colligare, id seligere quod
ad rem ipsam propriè spectat: vel contra sit op-
portunè laudare testimonia Patrū totas paginas
nullo iudicio transuafare atque effundere! Illud
videlicet optimum est compendium scribendi
crassos optimosque codices, ne typographicis o-
peris desit quod agant. Quam vecors aut supina
est tua audacia, aut audax tua vecordia & supini-
tas: quasi tibi sit res cum Americanis aut Iappo-
nensibus. Me fideliter & appositè Hilarium citas-
se, locorum collatio abundè ostendet. An me ve-
rò rectiùs reprehenderis in ipsa testimonij cita-
tione, considerandum est.

Hilarij verba perspicua sunt suâque luce mani-
festa: Fidem & confessionem de Christo, Filio
Dei viuentis, (id est, Filio Dei, non ex adoptio-
ne, vt sunt fideles, sed natura verè Filio, Patri o-
mnipotenti) esse fundamentum Ecclesie, nemo enim al-
liud Ecclesie fundamentum ponere potest præter
Iesum Christum, Super hanc confessionis petram, id
est firmam constantemque fidem confessione enū-
tiam, esse adificationem Ecclesie, quæ nimirū col-
ligitur per vocem Euangelij, Christum Seruatorē
nobis idcirco exhibētis vt eum vera fide ample-
ctamur, & in eo insiti coalescamus in Ecclesie v-
nitatem corde credētes ad iustitiam, & ore con-
fitemes ad iustitiam, Christum esse Filium Dei
viui, Redemptorem & caput Ecclesie, viam, veri-
tatem & vitam: Hoc esse diuinæ reuelationis Sacra-
mentum, Christum Dei Filium non solum nuncupa-
re sed etiam credere. Quibus verbis significat Hila-
rius non satis esse proponi nobis Euangelium, &
in eo Christum, sed vera fide illum esse amplectē-
dum,

*dū, non ore tantū nūcupādum. Idcirco addit, Aut nunquid nūcupatio potius quā natura Petro reuelata est? Si nūcupatio, iam hanc frequentē a Domino audierat, se esse Filium Dei confitente. In quo ergo reuelationis est gloria? Natura scilicet non nominis, quā frequentata nominis iam professio fuisset. Quorum verborum hæc est sententia: Non solo nomine Christum esse Filium Dei, sed natura, ut verum, æternūque veri & æterni Dei Filium: neque verò solum nomen Filij Dei Petro innotuisse & in illius ore versatū, sed cum tanti mysterij dignitatē vera fide fuisse amplexum, quā solenni confessione quoque tunc prædicauerit: ut postea doceret nullum aliud nomen esse sub Cælo quo homines seruentur, (quæ ad modum ipse ait) id est, vnicā hanc esse rationem colligendæ & ædificandæ Ecclesiæ, hac fide victricem esse Ecclesiam, quā fides sit victoria nostra, Fidei enim effectum his verbis exponitur: *Per hanc fidem infirmæ aduersus eam* (id est Ecclesiam) *sunt porta inferorum. Addit, Hæc fides regni cælestis habet clauēs*, id est hæc est vita æterna ut sicuti Euangelium nobis proponit Christum, sic cum vera fide amplectamur. Deinde adiungit: *Hæc fides quæ in terris soluerit aut ligauerit, & ligata sunt in cælis & soluta*, quibus verbis ostendit non modò Euāgelij efficacitatem quæ est potentia Dei ad salutem cuius credenti, sed gubernandæ quoque Ecclesiæ autoritatem omnem atque potestatem hoc Verbo Filij Dei inniti ac proinde omnem illam Pastorum in Ecclesia Dei dignitatem qualem & Petrus & Apostoli omnēsque fideles Dei serui habuerunt aut habent in Ecclesia, sine illo Verbo nullam, nullam denique Ecclesiam quæ illius Verbi ductū & auspicio amplecti-*

tur Filium Dei, vnicum salutis suę firmamentum. Ut autem omnis humanę arrogantię ansa præcederetur, ne homines existimarent ex tanta dignitate à Deo sibi tributa, glorię partem sibi deberi, suisque personis alligandam: prouiderat Filius Dei, Petrum disertè monens, *Carnem & sanguinẽ hoc de se mysterium sibi minimè reuelasse.* Hilarius quoque hæc Verba diligenter interpretatur: *Sensus, inquit, carnis & sanguinis, confessionis huius intelligentiam non reuelat. Hoc est diuine reuelationis Sacramentum. & Quam vim affert dictis glorijsis? Filium Dei confessus, ob hoc beatus est. Hæc reuelatio patris est, hoc Ecclesię fundamentum est, hæc securitas æternitatis est, hinc regni cœlorum habet clauem, hinc terrena huius iudicia, cœlestia sunt.*

Vnde per spicuũ est rectè à me citatũ esse hoc testimoniu, vt ostenderẽ Christum esse vnicũ Ecclesię suę caput.

Ecquid potuit, erudite Lector, ad hanc Ecclesię definitionem illustrandam augustius luculentiusve dici? Ecclesię fundamentum notat, Fidem de Iesu Christo Filio Dei, id est illius Verbum non ore solo nuncupatum, sed fide apprehensum: Hęc vnicam esse rationem salutis consequendę, hoc vno salutaris doctrinę per Verbum Dei reuelatę fundamento omnem Ecclesię dignitatem autoritatẽque firmari: Nihil hominibus ex sese suisque viribus constare, sed quicquid est & cognitionis & potestatis, totũ esse ex mera Dei gratia, totum Dei munus vt solus Christus Ecclesię caput agnoscat, serui suo loco habeantur. Hoc illud quoque ipsum me velle, Lector, animaduertis, vt Ecclesię nimirum natura, factęque collatione, illius cõtrarium intelligeretur, Papatus videlicet, qui ementito Ecclesię nomine & Petri, & Ecclesię & Petro bellum indicit. Hanc planam perspicuamque esse Hilarij sententiam nemo nõ videt. Obla-

Oblatrat tamen Hayus, & Hilarium Hilario op-
ponit. quàm rectè, vltimum est vt videamus.

Hilarius, inquit, aliis in locis, nimirum decimo-
fecto canone in Mattheum & in Psal. 131. Pe-
trum appellat felix Ecclesiæ fundamentum, bea-
tum cœli ianitorem. Nihil contra te clarius dici
potuit. *Seu iuge ergo nunc confessionem & fidem*
Petri à Petro, vt Petrum Ecclesia esse fundamen-
tum neget. Fides Petri à Petro seiuncta vt non ha-
bet Ecclesiæ claves, ita neque super eâ in alio quo-
vis homine Ecclesia edificata est. Quare quum
scribit Hilarius, Hæc fides, Ecclesiæ est fundamen-
tum, hanc habet sententiam: Petrus in fide constans
& stabilis, diuina benignitate factus est fundamen-
tum Ecclesiæ. &c. ne cætera exscribam quæ meræ
sunt τὰ τοῦ λόγου. Pag. 86.

Noua
Hayi exce-
ptio aduer-
sus superi-
oriore do-
ctrinã, ob
rogato Hi-
larij alio
loco.

Respondeo, te duplici fallaciæ genere ludifi-
cari veritatem: vno quidem, quod *Ad dicto secun-*
dum quid ad dictum simpliciter appellant (quo de-
cipulæ genere fides Iesuitica sæpenumero fumos
vendit imperitis, eorundem quidem verborum
viurpatione quibus Patres vtuntur, sed quibus ta-
men ipsa abutitur:) altero autem quod *Ignoratio-*
nem Elenchi vocant, quum id videlicet vrgetur
quod minimè agitur.

Huius ex-
ceptionis
strophæ.

De primo igitur sic habeto, Non meliorem Hi-
larij interpretem quàm Hilarium quærendum es-
se. Quatenus ergo ipse Petrum Ecclesiæ funda-
mentum vocauerit, disertè eo ipso in loco docet,
vt Iesuitæ *περπερεῶντος* fraus in ipso furto depre-
hendatur. non enim simpliciter & absolute Pe-
trum appellat fundamentum Ecclesiæ, sed *ἡ τῆς π*
secundum quid, Nuncupatione nimirum nominis,
id est vt ibidem ait, quod Dei gratia dignus indi-
catus sit qui quod in Christo Dei esset, primus cogno-

Quomo-
do & qua-
tenus Hi-
larius Pe-
trū appel-
lauerit fe-
lix eccle-
siæ funda-
mentum.

32 I. QVÆST. SECVND A PARS,

sceret: & alibi, *In cunctorum Apostolorum silentio Dei Filium reuelatione Patris intelligens, ultra humana infirmitatis modum supereminentem beata fidei sua confessione gloriam promeruit.* Magnum quidem Petro tributum priuilegium quod primus inter omnes Apostolos luculentam illam confessionem de Christo Filio Dei viuentis opposuerit euripis humanarum opinionum: sed nõ tam huiusmodi vt indefinitè, nullis adhibitis limitationibus siue exceptionibus, id ei tribuatur quòd sit vel fundamentum Ecclesiæ, vel Cœli ianitor. Illud enim Christo propriè tribuitur: hoc Patri, nos ad Filium qui vera est Cœli ianua, ad-

1. Cor. 3. 11
Ioan. 10. 3.

aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quòd est Iesus Christus. & , Aperit ianitor & omnes vocem eius audiunt: & suas omnes vocat nominationi. De Deo hæc dici perspicuū est: qui nos ad Filium adducit, nouit eos qui sui sunt, & quos elegit, vocat efficaciter. *Ianuam autem se Christus vocat.*

IOAN. 10. 7

Ego sum ianua. per me si quis introierit, seruetur. Quatenus igitur hos Deo proprios titulos Hilarius Petro tribuerit, considerandum est. alioquin blasphemia non carere hanc audaciã quæ Deum suo honore spoliaret, quis non videt? quod sine blasphemia de sancto & orthodoxo Patre dici nõ potest. Hilarium itaque seipsum exponentem audiamus. *Christum videlicet ac proinde fidẽ de Christo esse fundamentum Ecclesiæ. super hanc petram esse solidam stabilemque Ecclesiæ adificationẽ: hoc firmamento niti ipsius salutem, hoc vno certam aduersus inferorum portas victoriam ei constare: hoc denique vno omnem ligandi aut soluendi autoritatem stabiliri.* Hoc Dei munus esse: Petrum esse seruum Dei. Deo igitur id agnoscendum esse vt principi primariæ quæ causæ, *πρώτη, ἀποστολική*

In Matth.
can. 16.

π, ἀποστόλων, ut omnis ei honor in solidum tribuatur.
 Petro autem singulares illas appellationes tribui
 precario, & κατὰ π, nimirum ut instrumento quo
 Deus utitur ad ædificandam Ecclesiã & fidelium
 salutem promouendam. De hoc Ecclesiæ ædificio
 sic loquitur Petrus monēs ut ad Christum quem
 lapidem viuum & ἀμετακίνητον, id est fundamen-
 talem in imo positum quo totum ædificium inni-
 titur, accedamus. At regni cœlorum clauēs se
 Dominus Petro daturum promisit (inquit Hayus)
 id est summam referendi & claudendi regnũ cœ-
 lorum potestatem, gubernandique principatum:
 sue Regni cœlorum nomine, sempiternum quò
 beati fruuntur æuum: siue eorum qui in terris sub
 Domini insignibus decertāt, communionem in-
 telligas. Petrone igitur illud proprium & pecu-
 liare fuit ἀξίωμα, quòd sit confessus Filium Dei?
 At alij quoque Apostoli Christum confessi sunt,
 Quòd cæteris tacentibus loquutus sit, singularis
 quidẽ zeli & fidei fuit testimonium: sed tantine
 est ut sine Petri summa iniuria Petrus ἀρχιεπίσκοπος
 hominũ suffragiis contra disertum Dei decretum
 renuntietur? *Clauēs cœlorum* (inquit Hayus) fue-
 runt Petro *demandate*. Et cæteris quòque Apo-
 stolis (respondet Hilarius) idem demandatum est,
 idem ius tributum. Illos enim eòdem in loco sic
 Hilarius affatur. *Tanta & tam Deo propria, vos o* Ibidem.
sancti & beati viri, ob fidei vestre meritum: cla-
ues regnorum sortiti, & ligandi acque soluendi
in cœlo & in terra ius adepti, gesta esse per Do-
minum nostrũ Jesum Christum Dei Filium vide-
ratis. Siue igitur in his terris Ecclesia versetur,
 nõnne & ligandi & soluendi ius idem est, siue in
 cœlo felices animæ Regni cœlorum gloria per-
 fruuantur, aliquòdne Petro priuilegium constabit,

vt sit vel Cancellarius vel Præfectus vigilum, vel quidpiam simile quod cæca superstitione coelum in terram transformans imaginatur? Ex his igitur perspicuum est quomodo Petrus fundamentum Ecclesiæ & Coeli ianitor ab Hilario appelleretur & quibus finibus hæc dicendi genera, vera quidē, sed *(sicut Col. 1. 14.)*, circumscribi aut limitari debeant. Sed quoniam hæc de re egi aliàs copiosius, quod ad primum quidem caput attinet, hæc satis sunt.

Quicquid
Petro tri-
buitur, nō
ipsum per
sonæ alli-
gandum,
sed vni
Dei gratiæ
totū esse
tribuendū.

De secundo autem hæc Hayo respondeo: Imperitia vel maligna vel crassa, ab illo opponi hoc nouum commētum: quasi fidem & confessionem Petri à Petro seiungamus. Hæc ignoratio elenchi *ὁμοθυμια* cumulata est. Hoc enim minimè agitur an Petrus siue Petri persona Deo placuerit, sed an Petrus Apostolus præter cæteros Apostolos vnus, ligandi & soluendi acceperit huiusmodi potestatem vt princeps Apostolorum eo iure extiterit: & hæc tenus quidem vt illā proprio quodam iure personæ suæ alligatam, ad Romanos Episcopos veluti hæredes suos hæreditario iure transmiserit: sicuti à nobis est hæc tenus suo loco explicatum. Personæ siquidē appellatio vel hominem ipsum, vel dignitatem quandam siue externam speciem significat. Affirmo igitur Petrum singularibus Dei donis ornatū, Deo quidem fuisse acceptum, non tamen propter illa dona dilectum fuisse à Deo, sed quoniam Deus ipsum diligebat, iccirco Deum tantis illi donis ornasse præter cæteros homines, & illustrissimis & Ecclesiæ vtilissimis. Sic enim de Abele notat disertè Scriptura: Deum ad illum prius respexisse, deinde ad oblationem eius. Si Petri persona æstimeretur, fuit miser peccator, quemadmodum tristissimo lapsu ostendit: si fides, si confessio, si constantia, si martyrium, fuit verè Petrus, non ex se sed ex Dei dono:

no: neque tamen huiusmodi Dei donum Petro
 tributum est vt Christi officium in Ecclesia oc-
 cuparet: in qua quidem illustrem locum tenet,
 sed vt non sit fundamentum Ecclesie, quod vni
 Christo tantum proprium est, neque ad vllā crea-
 turā sine summo sacrilegio & scelerata blasphe-
 mia deriuari potest. Christus est petra, cui inni-
 xus Simon, euasit Petrus, id est firmus & constans:
 & cui quoque innixi fideles, sunt verē Petri, id
 est firmi & constantes: non quidem eadem fidei
 mensura aut efficacitate, sed eadem tamen fide,
 eiusdemque fidei integritate & constantia. Hoc
 ipsum quoque est quod Hilarius in eo quem citas
 loco, diligenter persequitur: eos locos concilians
 qui in speciem *ἀντιποιοι* & aduersi videri possint:
 qui nimirum Sathanam Christus Petrum voca-
 uerit, eumque iusserit facessere. Petri infidelitatē
 danari ait, non ipsum Petrum: sicuti & in alio
 loco fidem Petri commendari, quæ ex ipso Petro
 non est, sed ex mera Dei gratia & liberalitate. *Vt*
enim, inquit, Dei munus est, Christū in spiritu Deum
uisse: ita Diaboli opus est, Christum in homine ne-
scire. & , Sed sciens Dominus diabolica artis in-
structum, Petro ait, Vade retro post me, id est vt
exemplo sue passionis se sequatur. In eum verō
per quem opinio hæc suggereretur, conuersus ad-
iecit: Satana, scandalum mihi es. non enim conuenit
existimare, Petro Satana nomen & offensionem
scandali deputari: post illa indulta & beatitudinis
& potestatis tanta preconia. Sed quia infidelitas
omnis Diaboli opus est, Petri responsione Domi-
ni offensus, cum opprobrio nominis, infidelitatis
istius est deestatus autorem. Hæc Hilarius, cuius
 manifestam distinctionem eruditus Lector ani-
 maduertit.

In Matth.
 can. 16.

Hayi in-
terpreta-
tio euer-
titur.

Quorum igitur tuæ illius, Hay, interpretatio-
nis *è vrgæ? Petrus in fide constans & stabilis. Cerrè.*
diuina benignitate. Optimè factus est fundamentum
Ecclesie. Quid ais? Eone modo quo & ipse Petrus
& Paulus Christum Ecclesie fundamentum ap-
pellarunt? Possuntne vnus eiusdemque Ecclesie
duo esse fundamenta, vnus corporis duo capita,
vnus ouilis duo *ἀρχιεπισκοπες* vel summi Pastores?
Vna eademque Ecclesia & inuisibilis & visibilis
vnicum caput habet, vnico capite contenta est:
ne tu mihi capitis visibilis & summi in terra Pa-
storis commentum opponas. Ille idem summus
Pastor quem agnouit Petrus, sic in coelum ascen-
dit vt sit in medio Ecclesie vsque ad consumma-
tionem seculi, neque vllò legato indigeat. Ille
ipse est cui suæ administrationis rationem Petrus
se redditurum profitetur, suosque presbyte-
ros ad idem obsequium hortatur, vt vnū Domi-
num ab omnibus colendum esse intelligerent:
non verò se non modò vt *ἀντιπάλμω* & secun-
darium quendam Dominum profiteretur. Distin-
guendum igitur Petrum ab opere Diaboli, quan-
doquidem Petrus fuit vas misericordie Dei: &
rursus Petrum à Dei gratia, à qua est quicquid
est: neque verò personæ Petri, id est nouæ cuiuspi-
am dignitati propter singularia Dei dona Petro con-
cessa, tantum esse tribuendum vt Petrus sit Eccle-
siae fundamentum, id est nouus Christus, quum id
sine manifesto scelere fieri nullo modo possit: ec-
quis non videt, Hay, & te crassa ignorantia va-
gari: siue quia Antichristi minister Domini tui
ruinis quòquo modo mederi labores: siue obsti-
natus Apostata, Ecclesie emanator, sciens volens
veritati reluctaris?

Vera &
germana
Hilarij in-

Hilarij igitur vitiosam tuam interpretationem
sic emendet: *Petrus in fide stabilis & constans diui-
na be-*

na benignitate consequutus est ut Christum agnosceret esse Filium Dei viuētis, & in noui nominis nuncupatione verum Ecclesiæ fundamentum indicaret, cuius non modò ipse esset lapis & quidem firmissimus, sed ipsius quoque ministerio Ecclesia ædificaretur. vnde & singulari elogio Petri appellationem eadem Domini sui benignitate, veramque felicitatem consequeretur, illiusque viam & ianuam fidelibus commonstret: ac prò inde cum Cœli ianitorem appello: quod quidem illi cum omnibus Apostolis & fidelibus Dei in Ecclesia seruis commune est, illud tamen singulari Dei munere ei datum est ut primus præclarum de vera Christi diuinitate testimonium perhiberet, eòq; nomine inter Dei seruos excellenti quodam fidei & constantiæ lumine præfulgeat. Hæc igitur Hilarius, fidus sui interpretes, aduersus Hayi ignorantiam, & calcitrosam & virulentam respondet.

terpreta-
tio ex
pso Hila-
rio stabi-
litur.

De loco Chrysoctomi Homilia Pentecostes, Super hanc petram: non dixit, Super Petrum. non enim super hominem, sed super fidem. &c.

H A Y V S.

Si tu adiecisses quæ sequuntur in D. Chrysoctomo ac fideliter ipsius verba recitasses, facile intellexisset Lector summum Christianorum oratorem mysticum hoc loco sententiæ Christi Domini sensum tradidisse. Probat enim firmitatem & perpetuitatem Ecclesiæ. pag. 87. 88. 89.

SERRANVS.

Plana sunt atq; perspicua Chrysofomi verba, vt te Iesuitam esse, id est insignem Sophistā, ex te ipso Lector iudicare possit: quippe qui coneris τὰ ἀντιθέλεκτα ἐθέλει χεῖν, sicuti de Sophistis ait Philosophus. Tota illa festa concione Pērecostes Chrysofomus agit de extraordinaria Dei potētia quę elucet in conseruatione & gubernatione Ecclesię: propter quam excitat Dominus viros singulares, eosque eximiis Spiritus sui donis exornat, eorumque laboribus tribuit felices successus. Vt autem hoc probet, primū de Apostolis loquitur vniuersē, quorum opera & ministerio Deus vsus est ad Ecclesię ædificationem, in eūmque finem variis maximisque eos donis, augustis quoque titulis insigniuit. Ait igitur *Apostolos vocatos fuisse columnas Ecclesię, quoniam virtute sua Ecclesię sunt robur: fundamentum, quia in confessione ipsorum fundata est Ecclesię, dicente Domino: Tu es Petrus, & super hanc petram fundabo Ecclesię meam.* Animaduerte, Lector, non Petri nomen omnibus Apostolis perquē tribui ac ipsi Petro, illudque ei propriē tributum elogium ad omnes communiter pertinere. Vbinam igitur ille Petri principatus, Pseudocatholicatus vestri firmiterum? Fundamentum illud verō Ecclesię esse doctrinam salutarem, Verbum Dei quod primariam Ecclesię notam esse diximus, sollicitē inculcat, luculenter, frequēter. Testatur disertē non super Petrum fundatā esse Ecclesię, nec super hominem: sed super petram. i. super fidem, super confessionem, super sermones pietatis, sine qua neque fides esse posset in corde nec confessio in ore. Et quia Petri nomen

Vera &
germana
Chrysofomi
sententia.

nomen peculiariter fuerat Simoni inditum, ait *universam Ecclesiam esse petram*, id est illud ius ad omnes fideles communiter pertinere: quia supra Christum fundata fluctus suscipit, & non turbat, oppugnatur non expugnatur, omnium calamitatum late victrix. Ecquo modo potuit Ecclesie definitio e contrario suo ἀσχεταστὴς illustrius nervosiusve explicari? Quum enim commentitius ille Petri principatus, illius principatus que vendicat Romana Ecclesia in omnes Christiani nominis Ecclesias (sicuti Hayus dicebat supra) sit fundamentum: hoc euerso, qui non ille penitus concidat? Hoc omnibus machinis, euertit Chrysostomus.

Et audet Iesuita mysticum hic sensum commisceri? At bene habet: ad allegoriam confugitur. Cedò igitur, mi Hay: ecquem sensum mysticum inde eruis? Probat, inquis, firmitatem & perpetuitatem Ecclesie. Hoc volo. Non te vides teneri? Quidnam enim Petro proprie tribuitur, si Ecclesie firmitas & perpetuitas describitur? Quum, ais, Ecclesia super Petrum fide destitutum fundari nequeat. Esto. verissimum est. Quid tum? Vt neque super nudam fidem ab omni homine seiunctam. Ecquid hoc mostri est? Ergo non super fidem nudam, id est (vt ait Chrysostomus) super sermones pietatis, super doctrinam fidei, super verbum Dei fundata est Ecclesia, sed super hominem qui crediderit? Negabat Chrysostomus super Petrum fundatam esse Ecclesiam, ne super hominem fundaretur. Hayus verò, commodus scilicet Chrysostomi interpret, affirmat Ecclesie non satis firmum aut tutum esse fundamentum in Verbo Dei viuentis, nisi mortalis hominis fides & autoritas accedat: ac proinde Petrus non Christus confessionis

Abstrusa
Hayi interpretatio.

390 I. QVÆST. SECVNDÀ PARS,
Illius subiectum, erit fundamentum Ecclesiæ: in
Petrum nõ in Christum credit Ecclesia, sine Pe-
tro vana erit fides, irritum Dei Verbum. Hęc esse
mei Iesuitæ verba, Lector Christiane, vides: nihil
tam suo gladio iugulatum, veritatis hostem
δὲ ζου angustis coerceri animaduertis?

Verùm boni interpretis cætera mysteria expre-
damus. *Quòd si germanum (inquit) orationis Chris-
sti sensum (quem vulgò literalem appellamus) hoc
loco tradidit D. Chrysostomus, quomodo ait,
Dominum Petram vocauisse Ecclesiã. Hucus su-
scipientem & non titubantem? Aedificauitne Do-
minus, autore Chrysostomo, Ecclesiã suã super
Ecclesiã?* Respondeo, Hay, Petram propriè
dici Christum, atque adedò ipsius Verbũ vel con-
fessionem de ipso: quum Christus à suo Verbo nõ
magis ditelli quàm sine ipso possit intelligi. Ec-
clesiam verò ὑπὸ πάλαιος quidem & secundario, sed
tamen verè Petram vocari, omnesque fideles, i-
psius alumnos, appellari Petros: quia Christũ fir-
mitatem nostram in Verbo suo per fidem appre-
henso complectuntur. Eodè dicendi genere eam
2. Tim. 3. 1 vocat Paulus *σύλον καὶ ἐδραίωμα ἀληθείας*, colũnam
& stabilimentum veritatis. Neque tamen vlla est
5 battologia, quasi Ecclesiã super Ecclesiã fun-
datam esse diceret: non magis ac si dicerem, Ec-
clesia est fundata super Christum: vel Ecclesia est
fundata super Verbum Dei. *πολυσμία* enim vocis
atque multiplicis significatio erat distinguenda.
*Verum, ais, qua ratione scribit super petram, hoc
est, super confessionem, super sermones pietatis?*
*Nunquid Christiani omnes Christum consue-
tue? nunquid plurimi de pietate sermones faciunt?*
Certè, si sunt verè Christiani. non enim Ecclesia
est

est schola ignorantia. Super has petras tibi videtur Christus Ecclesiam edificasse. Videtur, Hay. tu quoque cogere hanc veritatem confiteri. Mysticum ergo sensum verborum Christi hoc loco nobis aperte tradidit, quod ante eum fecit Origenes, scribens, Petram esse, quisquis Christi discipulus est. At idem alibi propriam verborum Domini sententiam expressit, Petrus, inquit, per promissionem meruit fieri Ecclesiae fundamentum. Quidam mystici sensus, Hay, appellatione intelligas, primum omnium distinguendum esset: quia vel te ipsum minime intelligis, vel, ut obsecrati solent, quæris effugia. Certè, fides est magnum mysterium, sed perspicua est veritas, non allegoria: *Quicumque credit in me, habet vitam æternam.* Erit igitur Hayo mysticus siue allegoricus sensus, Christum esse Ecclesiae fundamentum: & fideles, veluti viuos lapides, Christo ædificari, illoque vno totos inniti. Contrà, tibi ne erit propria Domini sententia, Petrum esse principem Ecclesiae, & Pontificem Romanum veluti successorem Petri, esse caput visibile visibilis Ecclesiae? Hoc nimirum est Iesuiticè theologari. Credere in Deum, fide Christum amplecti, in Ecclesia inseri, in Ecclesia vivere, aduersus hostes salutis nostræ constanter depugnare, Hayo Iesuitæ sunt allegoriæ & sensus mystici: hæc omnia sunt aliter intelligenda quàm verba sonant. At Petrum esse Ecclesiae summum pastorem, omnem Petro datam esse potestatem & in cælo & in terra, claves regni cælorum ei esse tributas, summam auctoritatem ligandi & soluendi, Ecclesiae esse fundamentum, caput, verticem: hæc omnia, in quâ, erunt propriè & liberaliter intelligenda! Quis non ad has blasphemias exhorrescat, & hæc aduersus Petri doctrinam dici non animaduertat? Apage igitur sceleratas has *τρεπτολογίας*.

Hayana
interpretationis
sûma absurditas.

392. I. QVÆST. SECUNDA PARS,
 Mendacij indicatio veritatis victoria est. De vera
 germanaque Chrysofomi sententia Lector qui
 locū inspexerit, minimè dubitabit: & Iesuitarum
 in Antiquitatis doctrina corrumpenda audaciam
 perspiciet.

Quatenus **CÆTERA** quæ conuertit è Chrysofomo Hayus
 siue Petro de Petri encomiis minimè sunt digna noua re-
 siue cate- sponfione. Eadè .n. sunt quæ ex Hilario hactenus
 ris Apo- sponfione. Eadè .n. sunt quæ ex Hilario hactenus
 lis omni- afferbat: ob eamque rem eadem prorsus ratione
 búsq; Dei intelligi atque explicari debent. Hoc vnum ita-
 fernis tri- que Hayo Petri encomia vndiquaque colligenti
 buta enco- respõdeo, Quis eum nostrum damnauit vnquam?
 mia sint Verum vt hæc sunt peruulgata, sic importunus
 intellige- profectò labor esset, neque nõ multis nominibus
 da, culpandus, in illis recensendis sic immorari, vt
 quorsum dicantur minimè attendas. Non enim
 ex his efficitur, Petrum vel Christi esse collegam
 aut vicarium, vel alterum Ecclesiæ fundamentum
 siue caput: non magis quam quum fideles Eccle-
 siæ pastores vocatur Dei συνεργοι, cooperarij, con-
 sequitur Deum illorum opera & ministerio ne-
 cessariò indigere: & hominum Seruatores, v-
 nicum Redemptorem Christum minimè suffice-
 re, sed aliis Redemptoribus opus nobis esse: vt cæ-
 tera huiusmodi dicendi genera prætermittam, quæ
 verè quidem dicuntur, non tamen simpliciter &
 absolutè debent intelligi: sicuti & recta ratio &
 communis Scripturæ vsus dicat, quemadmodum
 à me est suis locis explicatum.

1. Cor. 3. 9.
 1. Tim. 4.
 16.

Itaque Petrus sit Ecclesiæ fundamentum, ὁ τῆς
 ἐκκλησίας θεμέλιος: sit Ianitor cœli & clauiger, ἡ ἀ-
 νῶν θυρῶν καὶ κλειδοῦχος ligandi & soluendi in ter-
 ra potestatem acceperit, δεσμεῖν καὶ λύειν ὅτι τὸ γῆς
 ἅξιόν ἐστιν δεξάμενος, sit Lux Mundi, λαμπρὸν ὡς τὸ οἴκου-
 μένους, sit firma Ecclesiæ columna, στήθερ τῆς ἐκκλησίας
 πέτρας, sit denique firmissima petra, ac proinde ve-
 re

rè Petrus, aut siquid simile augustiusve de ipso
 vel latinè vel græcè, vel si mauis, hebraicè, om-
 nibus denique linguis dici potest; (ne in Græco-
 rum verborum recitatione Circulator meus ci-
 neres inspergat simplicium oculis, tanquam *fasci-
 nis illudens*, aut exquisitæ eruditionis fumos Thra-
 so captans) hæc omnia, inquam de illo elogio in
 Ecclesia insculpantur: hoc omnibus tamen piis e-
 rit perspicuum & ratum, Hæc non homini vlli vl-
 lave creaturæ simpliciter & absolutè competere
 vlllo modo posse: quò vnicus Christus vnica suæ
 Ecclesiæ sit fundamentum, vnica cœli ianua, vni-
 cus ianitor, vnica lux Mundi, vnicus lapis ἀπεργω-
 νιάσας, omnem potestatem vnus accepit & in cœ-
 lo & in terra: ac proinde non posse hæc homini
 simpliciter tribui, quin Christo non sine scelere
 & blasphemia demantur. Nò absolutè igitur, sed
 κατά τιν, & adhibita conditione quadam, hæc ab
 orthodoxis Patribus dicta esse perspicuum est, ex
 ipso etiam Scripturæ vsu ad quam vt certissimam
 amissim omnis veritas exploranda est. Hæc verò
 elogia non personis alliganda, sed ministerio a-
 gnoscèda, quo homines dignatur Dominus à quo
 homines habent quicquid habent, vt solidus ipsi
 auctori honor tribuatur: id est agnoscatur Domi-
 nus, causa & efficiens & finalis nostræ salutis: ho-
 mines verò quātumlibet magnis ab eo donis or-
 nati, agnoscantur vasa suæ misericordiæ, instru-
 menta quibus volens liberrimè vtitur, non ἀπὸ
 sed ὑποκειμένη, id est non modò eū primaria cau-
 sa, sed post primariam causam: & his quidem ex-
 ceptionibus adhibitis, *Fiduciam huiusmodi habe-
 mus per Christum apud Deum. non quod idonei* 2. Cor. 3. 4.
sumus ex nobis ipsis ad cogitandum quicquam, vel- & 4. 7.
ut ex nobis ipsis: sed quòd idonei sumus, id ex Deo

est. & Habemus thesaurum hunc in restreia vasculis, ut eius virtutis præstantia sit Dei, & non ex nobis. Præterea, nihil tribui Petro propriè, & ut ita dicam, personaliter, sed omnia hæc elogia nõ omnibus modò Apostolis, sed & omnibus fidei Ecclesiæ pastoribus, omnibûsque fidelibus quadâ ratione esse communia, perspicuum est. Cerrè omnes Apostolos à Chrysostramo appellatos fuisse *fundamentum Ecclesiæ & columnas*, ostendimus supra: ligandi & soluendi ex Verbo Dei potestatem omnibus in Ecclesia pastoribus tributâ esse: vocatos esse *Lucem mundi*, *columnas*, *vias petras*, quis nescit qui vel de limine Scripturam & Antiquitatem salutarit? Non tamen vel Petrus vel quilibet homo, est vel *fundamentum Ecclesiæ*, vel *caput*, vel *lux mundi*, vel *petra angularis*, vel *summus pastor*, *dominus*, ἀρχιεπίσκοπος, princeps. hæc vni Christo conueniunt: & de hominibus idem dici debet quod de Ioanne,

Ioan. 1. 8. r
& 3. 7.

Non erat ille Lux, sed missus est ut testaretur de luce: & Homo non potest recipere quicquam nisi fuerit ei datum è cælo. Vos ipsi mihi testes estis me dixisse, Nõ sum ego Christus. & Qui habet sponsam sponsus est: amicus autem sponsi qui stat, & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. De Christo autem hæc luculenta sunt ἀξιωματικά.

1. Cor. 3. 11

Ephe. 5. 30

Ioan. 8. 12.

1. Cor. 10.

4.

Ephe. 2. 20

Matth. 28.

Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod posuimus est. quod est Iesu Christus: Christus est caput Ecclesiæ, & is qui salutem dat corpori. Ego sum lux mundi: Petra verò erat Christus. Lapis angularis siue fundamentalis: Omnis potestas siue autoritas, ἐξουσία (quo eodem vocabulo vitatur Chrysostramus de Petro loquens) data mihi est in cælo & in terra: Ego vobiscum sum omnibus diebus

QVID SIT ECCLESIA. 395

diebus usque ad consummationem seculi. &c. Quorum igitur ei opus est huiusmodi vicario qui sit Ecclesie caput, summus pastor, Ecclesie princeps, qui dicet leges conscientis, decreta de doctrina & de moribus condat, iudicet quidnam pro Dei verbo habendum sit, quænam sit vera illius intelligentia, & præter Verbum illud Dei, verbum non-scriptum habeat eiusdem planè cū scripto auctoritatis? Hæc nimirum ementita Petri iura ementitus Petri hæres profert ad vendicandum sibi in Ecclesiam Catholicam summum principatum. Abi igitur, Iesuita, cum tua non *ἴσθι διὰ πάντων* (sicuti tu de me calumniaris) sed *χλιάρης διὰ πάντων* scelerata in corrupendis orthodoxæ Antiquitatis testimoniis audacia & temeritate. Pius autè & eruditus Lector iudicabit hoc Chrysostomi testimonium ad definitionem Ecclesie *ἀπὸ Χριστιανικῶς* illustradam, fideliter à me fuisse laudatum.

De loco Augustini de Ciuit. Dei lib. 18.

cap. 54. Nos ergo qui sumus vocamur que
Christiani, non in Petrum credi-
mus, sed in quem credidit
Petrus. &c.

H A Y V S.

Nos hæc omnia vera esse fatemur ingenutè. non inde tamen consequitur, Petrum non esse Ecclesie fundamentum. Insitue (si Logices artem calles) ratiocinationem aliquam, ex qua quod proposuisti colligas. Quid autem D. Augustinus senserit, suo loco explicabitur, ubi nimirum ad tuam inanem

SERRANVS.

Victus
Hayus diē
de die
trahit.

Esto. Hanc tuam veritatis confessionem amplector. Quod si principia admittis, cur nascētem ex his principiis consequutionem negas? Plana est & luculenta meæ ratiocinationis forma. Quæ dat antecedens, qua fronte aut qua Logica negabit consequens? At quum te tui pudeat, illustrissimæque veritatis faces in oculos tuos incurrant, vt solent obæratæ, qui diem de die trahunt, sic tu tam claræ & indubitatæ veritatis lumine caligās, Augustini sententiam in alium locum distulisti. Suo certè loco hoc testimonium fuisse citatum, cui libet perspicuum est. alibi autem ἐπιποδὶκῶς tantum, exempli causa à me afferi vt ostendat quomodo sit instituendum doctrinarum discrimen, vt aurum à palea & foeno distinguatur atque secernatur. Hoc autem testimonium adhibui quod sit veritatis primigeniæ exemplum verè ἀρχιτυπον in Augustino verè Augusto teste: qui difertè id negat quod ponit Ecclesia Romana ad Pseudocatholicum principatum stabiliedum. Sit igitur hæc verè ἀπιστημονικὴ demonstratio, ἐλεεινῶς sic conformata.

Argumen-
tū meum
ex hoc Au-
gustini te-
stimonio.

Illud est Ecclesiæ fundamentum quo Christianorum fides innititur:

Atqui Petro Christianorum fides minimè innititur.

Ergo Petrus non est Ecclesiæ fundamentum.
Maior patet ex definitione Fundamenti, què enim vocatur & est Christus fundamentum Ecclesiæ,

fra, nisi quia in eam credit Ecclesia? Probatio ipsa est *αὐτόματος*, sua luce manifesta. Minor è discretis Augustini elucet, negantis Christianos minime credere in Petrum. Quid igitur est Augustino reluctari, & Petro iniuriam facere, iniusti honoris quem detestatur ipse, importuna attributione, si hoc non est?

H A Y V S.

Vos ipsi estis Calviniani qui non tantum sanctissimo Petro, sed & Christo Domino iniuriam facitis, negantes contra perspicuam ipsius Domini sententiam, super Petrum adificatam esse Christi Ecclesiam. Profer scriptam à D. Petro sententiam qua super se adificatam esse Ecclesiam neget. Quòd si facere non valeas, cur tu temeritatem omnibus prodis tuam? pag. 90.

S E R R A N V S.

Est *βαπτολογίη*, quum sine ullis argumentis eadem crambe reponatur. sed quandoquidam ita iubes, alio loco erit recoquenda, ut penitus, credo, aduratur.

Petri sententiam à me postulas, qua neget super Petri testimoniam ne se adificatam Ecclesiam? Clamat Petrus in frequentissima concione populi Hierosolymitani gentis se esse Eccle się caput. Christum esse principem vitæ: esse lapidem ab ædificantibus quidem pro nihilo habitum, sed qui factus fuerit caput anguli: neq; in alio quòquam esse salutem: nullum inter homines esse nomen per quod oporteat & se omnesque homines ser-

398 I. QVÆST. SECUNDA PARS,
uari. (ait enim, Nos, seipsum in seruandorum ho-
minum numero comprehendens) Idem quod vi-
ua voce edixerat, scripto repetit. De se autem
quid ait? Se testem esse, se Christi beneficio indi-
gere: se summo pastore cum collegis suis reddi-
turum rationem ministerij sui. Quum se veritatis
vitæ, salutis quæ in vno Christo sit, testem perhi-
beat: quum in nullo homine hoc inueniri disertè
testetur, cur non à se homine importunum hono-
rem amoliat? Quod Christo tribuit, omnibusq;
hominibus negat, sibi profectò homini non ne-
gat? A tua igitur calumnia non seipsum Petrus
vindicauit?

H A Y V S.

*Quorsum de Antichristo hac nobis ingeris?
quàm præclare omnia orationis tuæ membra sunt
inter se connexa! Saltatoria est hæc tua eloquen-
tia, Minister, quum à Petro ad Antichristum
κρηφότατος transeas. pag. 90.*

S E R R A N V S.

Cur hic
fiat Anti-
christi me-
tio.

In ipsa *ἀντιχριστός* clausula de Antichristo non
poteram tacere, quem ostendi in priore parte di-
sputationis, sedere in templo Dei, emérito Chri-
sti nomine quasi illius vicariū. alioqui non esset
Antichristus nisi & Christi & Ecclesiæ nomen v-
surparet. Ita significo Romanæ Ecclesiæ Pseudo-
catholicæ imaginarium principatum, id est Papa-
tum. Hóccine non pertinet ad meum institutum?
non poteram enim rectè definire Ecclesiam, nisi
Papatum, eius nimirum contrarium, remouerem.
Rectè verò cohærent orationis meæ membra.
Petti

Petri nomen prætexit Ecclesia Romana ad ementitum illum principatum stabiliendum. Ostenditur autem id Petro minimè quadrare, quòd Pontifex Romanus Petri nomine vsurpat: nihil tamen mirum cuiquam videri debere, quòd tanta lues Ecclesiam inuasit, quum disertè Spiritus Sanctus prædixerit, Antichristum in templo Dei sessurum, & Christi & ipsius seruorum nominibus ad blasphemiam & tyrannidem prætextis. Hanc rectam aptamque esse verborum meorum *ξυμάρτυριαν* & *ὑπερβολογίαν*, eruditi animaduertunt: luxatum verò & apoplecticum Hayi ingenium nõ minus ἀμείωτον quàm ἀδέλορον. Cur enim, Hay, hæc de Antichristo ingeris? Hac de re suo loco egimus: hic verò non est disputationis *ἑκτενωσία* siue tractatio, sed conclusio atque complexio. Sophisticum profectò est in conclusione nouum quiddam ingerere, vel eandem controuersiam iam agitatam in medium adducere tanquam nouum quiddam & inauditum ὁ δ' ἐν τῷ συμπερασματι ἐρωτῆσθαι, (inquit Philosophus) ἀδολογεί. Hoc ergo Hay, veraculum & verè tuum esto, vt semper loquendo vincere videare. At vincet sempiterna Veritas etiam præfractos Sophistas. Tractationem autem de Antichristo suo loco hætenus explicatam Lector recognoscito, & nugatoris ἀλορον ἀπεραντολογίαν aduersus bene demonstrandi leges manifestè peccantem damnando.

Hætenus igitur primariæ quæstionis fundamentum subtrauimus. Prima disputationis parte ostendimus quid nõ sit Ecclesia. Quod quidè primùm omnium disquiri & explicari debuit, cùm Ecclesie & nomè & faciè sacrilega Antichristi synagoga ementiatur. Euicimus autem Romanam Ecclesiam siue Patrum non esse Ecclesiam Catholicam, sed Antichristi sedem, à qua omnes qui saluti suæ consul-

Orationis
ocono-
mia & se-
ries.

Hayush's
ineptè lo-
quitur de
Antichri-
sto, quum
id proprium
sit prioris
disputa-
tionis.

Vniuersæ
disputa-
tionis ad
huc vsque
locum
COM-
PLEXIO.

tum volunt, abhorrere debent. Secunda verò disputationis parte, demonstrauius QUID SIT ECCLESIA, vera nimirum illa, vna & Catholica, in qua est salus. Haii Iesuite argumenta bona fide expendi & refutauit. Ea quoque omnia quæ ille aduersus me attulit vt Scripturæ & Antiquitatis testimonia à me citata, ad huius de Ecclesia veritatis fidem austruendam, oppugnaret, bona fide & quanta potui accuratione examinaui, & ostendit perperam fuisse mihi opposita: verè autem & opportunè à me fuisse laudata: quemadmodum ex ipso rerum examine eruditum Lectorem iudicatum

Hic duo
rū dispu-
tationis
partiū cū
tertia pro
ximè se-
quēti ne-
xus.

quandoquidem constat quidnam Ecclesia nomine intelligamus, (quod simplicioribus poterat imponere) nunc ad principem primariamque quæstionem accedamus, nimirum, QVÆNAM SIT ECCLESIA

AVTORITAS: quæ, non rectè explicata Ecclesie natura, haudquaquam poterat tutò definiri.

* * *

GRATIANVS

ANTIIE SVITA,

id est,

CANONVM, EX SCRIPTIS

Veterum Theologorum, à Gratiano in illud volumen (quod Decretum appellatur) collectorū, & Doctrinæ Iesuiticæ, ex variis istius nuperæ Sectæ Matæologorum scriptis exceptæ, COLLATIO: à quodam studio veritatis instituta, & nunc primùm in lucem edita.



*Distinct. 88. Can. 9. Ex D. Hieronymo ad Nepotian.
de vita Clericorum.*

Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge.

M. D. LXXXVI.

UNIVERSITATIS
VOMVM EX SCOLIS
IESVITICÆ LARVÆ PICTURÆ

Distinct. XXXVII. Can. III. ex D. Hieronymo, ad cap. 4. epist. ad Ephes.
lib. 2. comment.

Nonne vobis videtur in vanitate sensus, & obscureitate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in Dialectica arte torquetur? qui physicus persequitur oculos trans caelum leuat, & ultra profundum terrarum & abyssi in quoddam inane demergitur? qui iambum ferit? qui tantam metrorum sylvam in suo studiosus corde distinguit & congerit? & (ut ad alteram partem transeat) qui divitias per fas & nefas quaerit? qui adulatur regibus, hereditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

CHRISTUS



CHRISTIANO LE-
CTORI SALVTEM;



*Q*UUM ex librorum, à
Iesuitica secta magi-
stris in lucem edito-
rum, lectione animad-
uerterem, novos istos
homines de totius an-
tiquitatis in tuenda
Pontificia tyrannide orthodoxo consensu im-
pudenter gloriari, ex Gratiani rhapsodi De-
creto (tantisper dum veterum Patrū loci com-
munes Theologici conficiuntur) Canones quos-
dam melioris notæ & probata fidei seligere vi-
sum mihi est, quos Iesuitarum paradoxis op-
ponerem. Omnia autem, tum ex Gratiano
tum ex Iesuiticis scriptis ad verbum à nobis
collecta sunt. Canones & libri indicati: ne tibi
fucum fieri existimes aut patiaris. Crimē falsi,
cuius Iesuitæ & alij aula Romana Gnatho-
nes polluti sunt, sedulo vitauimus. Hoc unum

à te cupio & peto, Lector. Ex seria dictorum
 (quæ tibi offeruntur) collatione, veritatis amo-
 rem ac studium magis ac magis amplectent,
 sicut par est, & Christianum decet. De Gratia
 no quid sentiant Docti Theologi non ignorat.
 Ego verò, stipulis omissis, quod scripto Dei
 verbo consentaneum comperi, institutoque
 huic conueniens, tibi lubens dedico. Iesuuitas
 plerosque, admodum refractarios & arrogan-
 tes, summo Iudici relinquentes, alijs
 veram Iesu Christi notitiam tibi que in ea per-
 seuerentiam à Deo precamur.

CAPVT.



CAPVT PRIMVM.
DE VERBO DEI SCRIPTO
in Libris Veteris & noui Testamenti.

I. Sectio.

GRATIANVS.

SI IUXTA Apostolum Paulum Chri-
stus Dei virtus est, & Dei sapientia: Scripturæ
S. necessi-
tas.
& qui nescit Scripturas, nescit Dei
virtutem eiusque sapientiam, Scrip-
turarum ignorantia Christi est igno-
rantia. *Distin. 39. Can. 8. Ex Hieronymo ad Eustoch. in
proemio comment. in Isai.*

IESVVITÆ.

*Ex verbo Dei hæreses omnes, duce Satana hauriū-
tur. Item, verus & fallax ars ac fraus est, ad Scriptu-
ras prouocare. Canis. in præmonitione de nouis
corruptelis & Sectis, quæ est præfatio commen-
tariorū de verbi Dei corruptelis. colum. 3. & 4.*

*Gratian. ex Hieronymo Scripturarū meditationem, cen-
rem summè necessariam, omnibus commendat. Ca-
nis. illas tanquam hæreseon fontes & perniciosas
traducit.*

II.

GRATIANVS.

Ego Solis eis scripturarum libris, qui iam Cano-
Cc. iij.

Scripturæ
S. Autori-
tas.

nici appellantur, didici hunc timorem honorémque deferre, vt nullum eorum auctorem in scribendo aliquid errasse firmissime credam: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati; nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non affectum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate doctrinâque polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios auctores, vel Canonicas, vel probabiles rationes, quòd à verò non abhorreat, persuadere poterunt. *Item.* Quis nesciat Sanctam Scripturam Canonicam tam veteris quàm Noui Testamenti certis suis terminis contineri, eamque omnibus posterioribus episcoporum literis ita præponi, vt de illa omnino dubitari & disceptari non possit, vtrum verum, vel vtrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit: Episcoporum autem literas quæ post confirmatum Canonem vel scriptæ sunt, vel scribantur, & per sermonem forte sapientiore cuiuslibet in ea re peritiores, & per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem, doctiorumque prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiatum est? *Distinct.*
9. Can. 5. & 8. ex August. epist. 19. ad Hieronym. & de Baptismo adu. Donatistas, lib. 2. cap. 3.

IESVVITA.

CHRISTVS nec Ecclesiam suam à characteris scriptis pendere, nec membranis mysteria sua committere voluit (quod Moyses olim magna ex parte fecerat carnali populo) sed cum spirituale constitueret Ecclesiam, suo Spiritu S. informatam, vultus est sublimiori caractere scribens digito Dei in corde Ecclesie. Est autem Scriptura hæc Ecclesia Catholica

tholica consensus, & concurs Christianorum omnium,
 qui sunt per orbem terrarum, doctrina: non horum mo-
 do, sed & eorum qui per continuas successiones ab A-
 postolis vsque ad nos fidem propagauerunt, qua Scri-
 pturatur (ut ait Apostolus. 2. Corin. 3.) legitur ab omni-
 bus hominibus. Estque illa vndio qua docet nos de
 omnibus: quam qui percepit non necesse habet ab alio
 doceri, sicut Ioannes loquitur, cū sit ^{deus} id ^{ax} nos. Hu-
 ius Scriptura prestantia multis partibus superat Scri-
 pturas, quas nobis in membranis Apostoli relique-
 runt: primò quod illa sit exarata digito Dei, ha cala-
 mitas Apostolorū. 2. quod illa sit antiquior, nempe cum
 Ecclesia data, ha posteriores quia constat totis duode-
 cim annis sine scriptis Apostolicis Ecclesiam fuisse.
 3. quod ha prioris illius indiguerint cōfirmatione, quia
 Euangelio non crederem (ait D. Augustinus) nisi me
 Ecclesie autoritas commoueret. 4. quod ista sunt
 litera mortua, scripta atramento in membrana vel
 charta: quam si quis vel truncare velit, vel torquere,
 vel prauis expositionibus corrumpere, nihil sentiat.
 Illa verò cū scripta sit Spiritu Dei viuis in cordi-
 bus viuis Ecclesie, truncari & torqueri se non sinit,
 sed sui per omnia similis perseuerat. 5. Ista non om-
 nia continent religionis mysteria explicite, ut pote
 non ob id data, ut formulam exactam & omnibus nu-
 meris absolutam nobis prescribant fidei, administra-
 tionis Sacramentorum, aliorūque in Rep. Christia-
 na necessariorum: sed occasione quadam vel ad Iu-
 deos & hereticos confutandos, vel ad abusus quosdam
 tollendos, vel ad fideles consolandos, à quibusdā scri-
 pta, & nonnullis Ecclesiis missa. Illa autem quam Spi-
 ritus Sanctus in cordibus imprimere dignatus est, om-

nem veritatem in se habet, omnia fidei mysteria, omnemque rationem Christiane religionis complectitur, & omnia dubia, quae de fidei negotijs exoriri possunt, dissolvit. Spiritus S. (inquit Christus, Ioann. 14) docebit vos omnem veritatem. Ab hac Scriptura (in cordibus) hoc habet Ecclesia, ut ab Apostolo, 1. Tim. 3. columna & firmamentum veritatis vocetur. Et de ea à Christo, Matth. 18. dicitur, Si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus. Ex quo sequitur, hanc Scripturam (in cordibus) esse omnium scripturarum interpretem, omnium opinionum iudicem, omnium errorum expultricem, à cuius iudicio ad alium iudicem non liceat cuiquam provocare, immo cuius iudicium indices omnes inspicere & sequi teneantur. Costerus, Doctor Iesuita, in Enchiridio controuersiarum, à Iesuitis Colonien-sib. Moguntinens. & Treuerensib. approbatus: pag. 43. 44. 45.

Quam tribuit ex D. Augustino Gratianus auctoritatem verbo Dei scripto, eam è medio tollit Costerus, ut ad verbum Scriptum in cordibus, id est ad Tridentini conciliabuli decreta nos deducat, & sic Pontificibus Romanis ex quolibet quilibet confingere licebit. Sed, bone Deus, quis erit modus aut finis traditionum humanarum & superstitionum, si Scripturam istam inuisibilem, sine exceptione, ceu vitae normam Christianos amplecti oportet? Si in omnium Christianorum cordibus, unde tam crassa in papatu de reb. fidei ignorantia? Si in quorundam, Iesuitarum puta & eiusmodi hominum cordibus, unde tor plaustra mendaciorum quae nobis obtrudunt, testimonijs è verbo scripto de promptis fucata? Cur non miseros Papae cultores iubent, verbo scripto prorsus repudiato, ad dictata seu somnia horum magistrorū animos convertere. Dicant aperte, Annon scripta Canonica veritas &

ris & noui Testamenti sicut Canon & regula fidei: Negant cum Costero. Sed nos cum Augustino manemus Anti-Iesuitæ.

III.

GRATIANY S.

NOLI, frater, contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias ex Episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue (antequam pars Donati separaretur) ipsius vnitatis, sicut Cypriani & Agrippini: primo, quia hoc genus literarum ab auctoritate Canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium præferatur, vt contra sentire nõ liceat, sicubi forte aliter sapuerint, quam veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelabit. *Item.* Neque quorumlibet disputationes, quamuis Catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorũ scriptis improbare, atque respuere, si fortè inuenerimus quod aliter senserint quam veritas habet, diuino adiutorio vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Qualis ego sum in scriptis aliorũ, tales volo esse intellectores meorum. *Distinet. 9. Can. 9. & 10. ex D. Augustin. epist. 48. adu. Doatist. 3. ad Fortunatianum.*

Scripturæ S. perspicuitas & auctoritas omnium Patrum & Doctorum consensui præferenda.

IESVITAE.

Non est quod solliciti simus, vt vulgus hominum inde & indoctum difficiles Scripturas meditetur. Coplocenses, in censura Monhemij, pag. 17.

Quando in relegione questio mouetur de Christi

diuinitate, de Sanctorum inuocatione, de cultu & ma-
ginu, similibusque rebus, de quibus scriptura diuina,
in membranis relicta, quadam ad aliorum mentem
dicere videtur, veluti, Pater maior me est, De die
autem illa neque Filius nouit nisi solus Pater, Non
habebis Deos alienos coram me, non facies tibi scul-
ptile, &c. inspicienda atque peruoluenta sunt uisus
in corde Ecclesia diuinitus impressa atque inusta mo-
numenta, in quibus tanquam in clarissimis commen-
tariis ac certissimis explanationibus acquiescere
debemus: nimirum quid de his questionibus Eccle-
sia per orbem sparsa, & nunc, & hactenus ad Apo-
stolorum usque tempora longa serie deducta credi-
derit atque seruauerit, & quo sensu scripturas in con-
trariam partem allatas intellexerit. Cost. in enchir.
controuerfiarum. pag. 45. 46.

Augustinus uerbum Dei perspicue scriptum in libris Ca-
nonicis ueteris & noui Testamēti uide esse Canonem
Ecclesie. repugnant Colonienses & Costerus.

 IIII.

GRATIANVS

Scripturis
Canoni-
cis, non a-
liis, infer-
uendum.

NOLI meis literis quasi Canonicis inseruire.
Sed in illis & quod non credebas, cum inueneris,
incunctanter crede: in istis autem quod certum ha-
bebas, nisi certum intellexeris, noli firmu tenere.
Item. Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis
maioribus, ita multa esse in tam multis opusculis
meis, quæ possint nullo iudicio & nulla temeritate
damnari. *Distinct. 9. Can. 3. & 4. ex August. in prolog.
lib. 3. de Trinit. & lib. 4. de anima & eius origine. ca. 1.*

IESUITAE.

Per quos tandem nos docet Spiritus in Ecclesia
 veritatem? Per eos planè quos Apostolus testatur
 à Spiritu sancto, ut Ecclesiam regant, esse constitu-
 tos: quales vocat Episcopos, Prepositos, Pastores iti-
 dem atque Doctores. Et hi post Apostolos fuere sem-
 per, ac etiamnum sunt primarij Dei Ecclesiae³ mini-
 stri, & summi dispensatores mysteriorum Dei. paulo
 post. Quapropter magno se illi crimine contaminant,
 qui magistratibus Ecclesiasticis auctoritatem & o-
 bedientiam adeò non deferunt, ut etiam conuelleret
 & oppugnare palam audeant sacras summorù Pon-
 tificum Sanctiones, penes quos de Sacris definiendi
 suprema semper potestas fuit. Can. 5. in Catechismo
 Iesuitico, pag. 142.

Aliter Augustinus, aliter Iesuiticus Catechismus de au-
 toritate pastorum Ecclesiae loquitur. Deinde petit Ca-
 nis ille principium. Negamus enim Pontifices Ro-
 manos esse magistratus Ecclesiasticos. Deinde, etiam
 si verè Pastorum in Dei Ecclesia munere defungeren-
 tur, de sacris definiendi (nisi ex verbo scripto, quod
 versusus Canis omisit) haberent potestatem. Postre-
 mò, nullos agnoscimus Summos in Ecclesia Pon-
 tifices, quibus quicquid libet liceat, etiam contra ver-
 bum Dei scriptum: sed vnicum adoramus summum
 Pontificem Christum Iesum, cuius vocè, in libris Pro-
 pheticis & Apostolicis sonantem, audimus & magis
 ac magis obseruare percipimus.

V.

GRATIANVS.

Lex Dei cum legitur, non secundum propriam
 ingenij virtutem vel intelligentiam legatur &

Scriptura
 s. seipsum
 interpre-
 tatur.

doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpserit, sed non oportet. Non enim sensum extrinsecus alienum & extraneum debetis quærere aut quoquo modo ipsum Scripturarum autoritate confirmare; sed ex ipsis Scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere Scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit, vt ipse possit ea quæ rectè suscepit competenter asserere. Cùm enim ex diuinis Scripturis integram quis & firmam regulam veritatis suscepit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat; ita tamen vt vbi vera didicerit, falsa & simulata declinet. *Distinct. 37. Can. 14. Relatum est.*

IESVVITAE.

Sacra Scriptura hanc potestatem non habet, vt ab ipsa, si quando controuersum dogma occurrit, definitionem & sententiam prætinu. Non fuit semper in Ecclesia Catholica Scriptura, & tamen fuit semper de fidei controuersis quid sentiendum sit facultas statuendi. Deind, q. id si de ipsa Scriptura controuersa oriatur, quemadmodum prioribus temporibus nunc de Scriptura tota, nunc de partibus eius graues & multæ quæstiones fuerunt? An forte ipsa sibi Scriptura testimonium præbebit? In disput. de potestate Ecclesiastica, Mogontia habitata, prælide P. Thyraeo, doctore Iesuita, cap. 15. tertie partis.
Dubium esse non potest, quin Christus & Apostoli multa tum egerint, tum docuerint, quæ etsi scripta quidem

*quidem non sint, ad nos tamen posterósq̄ue maximè
pertineant.* Canis. in catechismo Iesuit. pag. 162.

Scriptura, inquit Gratianus, est sui ipsius interpres, & sensum veritatis ex se suppeditat, Thyraeus tergiversatur, quamuis eodem capite, sequente thesi, vi veritatis adductus, fateatur Scripturam ex se iudicium petendum clamare, sed non esse iudicem. Tamen non audeat suo Pontifici iudicium deferre, sed illis qui in Apostolorum locum successi sunt. Qui sint illi non declarat, vt Sophistam decuit. Canis. ludit in voce *multa*: Si enim intelligit multa dogmata ad salutem necessaria in verbo Dei scripto non contineri, fallit & fallitur. De hoc autem quaeritur, Iesuitæ. Si verò ex Scripturis integram & firmam veritatis regulam quis suscipere potest, quæ sunt ista multa quæ ad nos maximè pertinent?

GRATIANVS.

Vt veterum librorum fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum Græci sermonis normam desiderat. *Distinct. 9. can. 6.* Scripturæ sensus vnde eruendus.

IESVITÆ.

Expedi vnã esse latinã versionem, quam omnes recipiant, & ab Ecclesia approbatam sequantur. Ledesima, lib. de diuinis Scripturis quauis passim lingua non legendis. pag. 147.

De vulgata editione Ledesima loquitur, tametsi ea infinitis mendis, ex ignorantia Hebrææ Græcæ, & Latine linguæ, teateat. Reuocamus autem Iesuitas ad fontes: Ecclesiãque illam suã, id est nouam Romanam seu Papisicam, quæ Prophetarum & Apostolorum idioma negligimus.

VII.

GRATIANS.

Ecclesia-
sticæ Le-
ges, Con-
suetudi-
nes &
traditio-
nes ad
normam
verbi Scri-
pti exami-
nandæ: cui
si repu-
gnant, ab-
iiciendæ
sunt. Si
conueni-
unt, veri-
tas scripta
summum
obtineat
gradum:
consuetu-
dines &
leges Ec-
clesiasticæ
ad eius-
amulsum
perpetuò
reuoctur

Cùm Deus aliquid contra morem aut pactum quo-
rumlibet iubet, etsi nunquam ibi factum est, facien-
dum est, etsi omissum instaurandum est, etsi institu-
tum non erat instituendum est. Si enim regi licet in
ciuitate, in qua regnat, iubere aliquid, quod neque
ante illum quisquam, nec ipse vnquam iusserat, &
non contra societatem ciuitatis eius obtempera-
tur, immo contra Societatem obtemperatur (ge-
nerale quippe pactum est societatis humanæ obe-
dire regibus suis) quanto magis Deo regnatori
vninersæ creaturæ suæ, ad ea quæ iusserit sine dubi-
tatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus
societatis humanæ maior potestas minori ad obe-
diendum præponitur, ita Deus omnibus. *Distinct.*
Can. 2. ex 3. lib. Confess. D. August. c. 8.
Mala consuetudo, quæ non minus quàm perni-
ciosa corruptela vitanda est, nisi citius radicitus e-
uellatur, in priuilegiorum ius ab improbis assumi-
tur: & incipiunt præuarcationes & variæ præsum-
ptiones celerrimè non compressæ pro legibus vene-
rari, & priuilegiorum more perpetuò celebrari.
*Ead. dist. Can. 3. ex epistola Papæ Nicolai ad Hinc-
marum.*

Veritate manifestata cedat consuetudo veritati.
Planè respondeo, quis dubitet veritati manifestatæ
debere consuetudinem cedere. Item. Nemo consue-
tudinem rationi & veritati præponat: quia consue-
tudinem ratio & veritas semper excludit. *Ead. Dis-
tinct. Can. 4. ex August. lib. 3. de bapt. cont. Donatist.
cap. 6.*

Si consuetudinem fortassis opponas, aduertendum

dum est quod Dominus dicit, Ego sum veritas & vita. Non dixit, Ego sum consuetudo, sed veritas. Et certe (vt beati Cypriani vtamur sententia) quælibet consuetudo, quantumuis vetusta, quantumuis vulgata, veritati omnino est postponenda & vsus, qui veritati est contrarius, abolendus. *Ead. Dist. Can. 5.*

Qui contempta veritate præsumit cõsuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est & malignus, quibus veritas reuelatur, aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione Ecclesia eius instruitur. *Et infra.* In Euãgelio Dominus, Ego sum, inquit, veritas: non dixit, Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati. *Et infra.* Reuelatione facta veritatis, concedat cõsuetudo veritati: quia & Petrus, qui prius circuncidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti. *Et infra.* Cum Christus veritas sit, magis veritatem quàm consuetudinem sequi debemus, quia consuetudinem ratio & veritas semper excludit. *Eadem Dist. Can. 6. ex August. lib. 3. de baptis. cont. Donatist. ca. 5.*

Frustra quidam, qui ratione conuincuntur, consuetudinem nobis obiiciunt, quasi consuetudo maior sit veritate, aut nõ id sit in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit à Spiritu sancto reuelatum. Hoc planè verum est, quia ratio & veritas consuetudini proponenda est. Sed cùm cõsuetudini veritas suffragatur, nihil oportet firmius retineri. *Ead. dist. Can. 7.*

Consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quominus veritas præualeat & vincat. Nam consuetudo siue, veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem. *Item.* Ignosci potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus, qui primò, inquit, sui blasphemus & persecutor, & iniuriosus: sed miseri-

cordiam merui, quia ignorans feci. Post inspirationem verò & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perseuerat, prudens & sciens siue venia ignorantiae peccat: præsumptione enim atque obtinatione quadam nititur, cum ratione superetur. *Ead. Dist. Can. 8. ex Cypriani epist. ad Pompeium & Iubaianum.*

Si solus Christus audiendus est, non debemus attendere, quid aliquis ante nos faciendum putauerit; sed quid, qui ante omnes est Christus, prior fecerit. Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet, sed Dei veritatem: cum per Esaiam Prophetam Deus loquatur & dicat, sine causa autem colunt me, madata & doctrinas hominum docentes. *Eadem dist. 8. Can. 9. ex Cypriani epist. ad Caecilium.*

Vsus authoritati cedat: prauum vsum & lex & ratio vincat *Distinct. II. Can. 1.*

Consuetudinis vsusque longæui non vilis auctoritas est: verum non vsque adeo sui valitura momento vt aut rationem vincat, aut legem. Cum verò nec sacris Canonibus, nec humanis legibus consuetudine obuiare monstratur, inconcussa seruanda est. *Eadem distinct. Can. 4.*

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem Catholicam nihil vsurpare dignoscitur. *Distinct. II. Can. 6.*

In his rebus de quibus nihil certi statuit diuina Scriptura, mos populi Dei & instituta maiorum pro lege tenenda sunt: & sicut præuaricatores diuinorum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. *Ead. Dist. Can. 7. ex August. epist. ad Casulanum.*

Catholica Ecclesia per orbem terrarum diffusa, tribus modis probatur existere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est Scripturarum, aut traditio

ditio vniuersalis, aut certè propria & particularis institutio. Sed auctoritate tota constringitur: vniuersali traditione maiorum nihilominus tota priuatis verò constitutionibus & proprijs informationibus vnaqueque pro locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit & regitur. *Ead. Distinct. Can. 8.*

Novit fraternitas tua Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Gallicana, siue in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, sollicitè eligas: & in Anglorum Ecclesia quæ adhuc in fide noua est institutione præcipua, quæ de multis Ecclesijs colligere poteris infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus loco amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque Ecclesijs, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculû collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone. *Dist. 12. Can. 10.*

Illæ autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruatur, datur intelligi vel ab ipsis Apostolicis, vel plenariis Concilijs, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri: sicuti quod Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cælum, & aduentus de cælo Spiritus Sancti, anniuersaria solennitate celebrantur: & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacunque se diffundit Ecclesia. Alia verò, quæ per loca terrarum regionésque varantur, sicuti est quod alij ieiunant Sabbato, alij verò non: alij quotidie communicant corpori & sanguini Domini, alij certis diebus accipiunt: alibi nullus dies intermittitur quo non auferatur: alibi Sab-

bato tantum, & Dominico, alibi tantum Dominio
 est: & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest,
 totum hoc genus rerum liberam habet obserua-
 tiones. Nec disciplina vlla est in his melior obserua-
 prudentique Christiano, quam vt eo modo agat
 quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcumque forte
 deueuerit. Quod enim neque contra fidem, neque
 contra bonos mores iniungitur, indifferenter est
 habendum, & pro eorum, inter quos viuunt, so-
 cietate, seruandum est. Mater mea Mediolanum me
 consecuta inuenit Ecclesiam Sabbato non ieiui-
 nantem. Coeperat fluctuare quid ageret: tunc ego
 consului de hac re beatissimæ memoriæ virum Am-
 brosium. At ille ait: cum Romam venio, ieiuno
 sabbato, cum Mediolani sum non ieiuno. Sic etiam
 tu, ad quam forte Ecclesiam veneris, eius morem
 serua: si cuiquam non vis esse scandalo, nec quem-
 quam tibi. Hoc cum matri renunciaissem, libenter
 amplexa est. *Ead. Distinct. Can. 11. ex August. ad
 Ianuarium, epist. 118. cap. 1.*

Omnia talia, quæ neque Sanctarum Scriptura-
 rum autoritatibus continentur, nec in concilijs
 episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetu-
 dine vniuersalis Ecclesiæ roborata sunt, sed di-
 uersorum locorum diuersis moribus innumera-
 biliter variantur, ita vt vix aut omnino vnquam
 inueniri possint causæ, quas in eis instituendis ho-
 mines secuti sunt, vbi facultas tribuitur, sine vl-
 la dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim
 neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem
 sint: ipsam tamen religionem, quam paucissimis
 & manifestissimis celebrationum Sacramentis mi-
 sericordia Dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus
 premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæo-
 rum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint.

fiat, legalibus tamen Sacramentis non humanis
 presumptionibus subijciuntur. *Ead. dist. Can. 12. ex
 epist. 119. ad Ianuarium, cap. 19.* vbi post verbum su-
 biciuntur D. August. addit, Sed Ecclesia Dei inter
 multam paleam multaque zizania constituta mul-
 ta tolerat: & tamen quę sunt contra fidem vel bo-
 nam vitam, non approbat, nec tacet, nec facit.
 Adhuc Canonāsi appendas traditiones & con-
 stituciones Papisticas, necesse est vt Antichristi
 tyrannis tota corruat. Sed audiamus quid tot Ca-
 nonibus in hac VII. sectione ex Gratiano collectis
 anarchiæ Romanæ defensores opponant.

I E S V V I T A.

*Ecclesia visibilis columna & firmamentum ve-
 ritatis dicitur & est propter fidem quā corde & ore
 visibili profitetur & predicat: quæ fides ita firmat
 Ecclesiam credentium, vt porta inferi, sicut Domi-
 nu dixit, nunquam aduersus eam prouoluerint;
 neque futurum sit vt preualeant nulla schismata
 nec hereses, nulla vnquam tempestates, &c. fidem
 Ecclesie Catholice visibilis extinguere aut inter-
 rumpere ullo tempore potuerunt, neque facere quin
 sit vna magna Ecclesia per omnes mundi regiones
 & oras diffusa, in qua sit vna fides ex vna origine
 veritatis & fidei, eius scilicet pro quo secundum
 Euangelium rogauit Christus Patrem, ne deficeret
 fides eius, cui. s. orationis & promissionis heredes
 sunt Petri successores. F. Turrianus, lib. 1. de
 adu. Ant. Saduel. pag. 14. 15.*

*Ecclesie primum priuilegium est, in ea sola ve-
 ram esse notitiam Dei, diuinarumque rerum nullo
 permistam errore intelligentiam, eamque ita con-*

stantem, Christi Spiritu directore, in vera religione persistere, ut error in fide apud illam locum habere nequeat. Est enim Ecclesia firmamentum & columna veritatis, qua veritatem fidei sustentet, eique testimonium & auctoritatem praebeat. In hac sola igitur est Sincera verbi Dei predicatio, integra Scripturarum explicatio, Diuinæque voluntatis interpretatio. Secundum ex primo sequitur, In sola Ecclesia esse verum Dei cultum, sinceram Sacramentorum administrationem, sanctas Deoque acceptas ceremonias. Coster. in enchirid. contro- uers. pag. 69. 70.

Quot sunt praecepta Ecclesiae? Praecipua quinque numerantur, cuique Christiano & scitu & obseruatu certè ne cessaria. 1. statutos Ecclesiae festos dies celebrato. 2. Sacrum missae officium diebus festis reuerèter auditò. 3. Ieiunia certis diebus temporibusque in dicta obseruato. 4. Peccata tua Sacerdoti proprio annis singulis confitetur. 5. Sanctam Eucharistiam ad minimum semel in anno, idque circa festum Paschae sumito. Canis. in Catechismo Ieluitico, pag. 154.

Vbi necessaria est nobis Ecclesiae auctoritas? Primum in ed quidem, ut Scripturas Canonicas & veras ab adulterinis certò discernamus. 2. Vt constet de vero Scriptura sensu & apta interpretatione: ne alioquin sine fine dubitemus ac disceptemus de verborum sententia. 3. Vt in grauioribus de fide questionibus atque controuersis qua possunt incidere, Ecclesia index adsit, atque legitima illius auctoritas interponatur. Eodem Catech. pag. 156. 157.

Vnde petenda sunt ista, quaecunque vera, quaecunque iusta, quaecunque pudica & quae sequuntur, quae Apostolus dicit didicisse, accepisse, audisse ac vidisse Philippenses, cap. 4. Non enim ista omnia in Euangelio aut epistolis scripta esse dicitur sunt aduersarij. Turrian. lib. 1. pro Canonib. Apost. pag. 99.

Ecclesia non solum quae scripta sunt tradit, sed ea etiam quae tamen si scripta non sunt, tamen cum scriptis consentiunt Eodem opere, lib. 2. pag. 167.

Consuetudinis Ecclesiasticae tanta est auctoritas, ut vel propter eam solum omni contentioni credendum esse Apostolus doceat & praecipiat, nisi quis ita tardus sit ut quod dixit Apostolus, Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, nec Ecclesia Dei, de eo tantum dixisse putet, quod ipsa etiam natura docente & ad stipulante praecipiebat, ne mulier in Ecclesia non velato capite oraret: quasi nulla eiusmodi alia contentio vnquam in Ecclesia futura esset, quod si futura erat, cur non valeat & valere voluerit Apostolus, quod hic voluit, si de similibus, ut natura & ratio postulat, similiter iudicandum sit. Eod. opere, lib. 2. pag. 189.

Penes Ecclesiam est quaedam etiam in Sacris literis expressa (ut de praecipuo Apostolorum, Act. 15. & de seruando Sabbato S. literis mandato) commutandi auctoritas: nonnulla etiam pro ratione temporis loci & personae instituendi par facultas. Penes eam solum est Sacras Scripturas interpretandi & docendi inuiolabilis potestas, ut sine am-

*bignitate doceat, quid in ijs aperitè, quid in myste-
rio continetur, vel quid ex ijs elicium (qualis est
inter cetera Sanctorum inuocatio) omnino credi
debeat. Ac proinde nec minor illi, quam expresso
Dei verbo, vindicanda est authoritas. Iesuicæ
Colon. in censura dialog. Monhemij, pag. 231.*

*Omnis antiquitas recepit, probauit & docuit
Christianam doctrinam, quæ cuique ad salutem
proficenda est, partim scripta, partim verbo seruina
voce à primis fidei magistris Apostolis traditam, ac
in Ecclesia porro semper conseruatâ, hodièque no-
bis necessariò retinendam esse, ut multi veteres
Patres docuerunt, & plerique etiam Nouatores
confitentur. Canif. lib. 2. cap. 17. de Maria deipa-
ra virgine, pag. 177.*

*Etsi magna temeritatis sit aliquem cultum,
vel aliquod dogma contra expressum Dei ver-
bum in Ecclesiam inducere, non est tamen teme-
rarium absque expresso Dei verbo id facere. In
confesso enim est Catholicam Ecclesiam non solum
multa facere, publicèque obseruare, de quibus scri-
ptura expressè nihil cauent, sed nonnulla quoque
credere, quæ in Scripturis expressis verbis tradita
non extant. Quàm multa, bone Deus, occulta ve-
ritates Ecclesie nondum sunt patefactæ, nec ut-
quam fortassis patefient, quæ tamen eandem cre-
dulitatem eandemque fidem à nobis exigent, si
patefierent, atque illa quæ iam per claras Scriptu-
ras Christiano orbi patefactæ sunt? Insanire est
ergo cum ratione asserere id tantum admittendum
esse, quod Scriptura probant, ut quæ neque seip-*

fas quoque per seipsas probare queant, sed ut publicam fidem obtineant Ecclesia auctoritate & patrocinio indigent. Th. Peltanus, lib. de purgatorio, cap. II. pap. 411.

Verat Christus, Matth. 15. de traditionibus loquens, ne in ordinationibus humanis, contemptis Dei legibus, precipuū cultum ponamus. Quominus autem ad cultum diuinum, cultum etiam qui diuinæ legi non repugnet, sed rationi, ad eoque voluntati Dei, qui in Scripturis sanctis rationabile obsequium & iudicium in cultu probat, addamus, hoc ille minimè vetat. Quinimò, tanquam sapiens pater familias peregrè profectus in celum, relinquensque seruis suis, ut ait Marcus, cuiusque operis potestatem, Apostolis, ac imprimis Petro eiusque successoribus facultatem fecit, ut salua semper ordinatione diuina, ea que pro ratione temporum, ad adificationem Ecclesie expediunt, tum in aliis rebus, tum etiam in cultu constituerent, nobisque non in hoc aut illo genere, sed simpliciter per Apostolum suum (Hebr. 13.) mandauit, ut prepositis nostris, in omnibus videlicet quacunque pro munere suo iuste dicerent atque statuerent, obtemperaremus. Qua potestate tum ceteri Apostoli, tum Paulus usus est, & Titum etiam vicarium suum vti voluit, quem (ut ipse testatur) eius rei gratia reliquit Crete, ut ea que deessent corrigeret. Et ut ministerium episcopale Petri ac reliquorum Apostolorum, non in Petro & Apostolis expirauit, sed ad successores, quandiu Ecclesia durat, pertransit: ita non illis tantum, sed successoribus etiam ea potestas tribuitur, cum

omni tempore sit Ecclesia necessaria. Greg. de Valentia in Apolog. de Missæ sacrif. pag. 323. 324.

Ex Gratiani Canonibus hac VII. Sectione comprehensis colligere non difficile est.

1. *Malas consuetudines in Ecclesiam Dei irreperere posse.*

2. *Veritatem firmissimam & absolutissimam in verbo Dei Scripto contineri: eamque separandam esse ab istis consuetudinibus, quas semper & omnibus locis excludit, & discernendam ab illis traditionibus quæ ad ecclesiasticam *intra* pertinent.*

3. *Vsum huic veritati contrarium esse abolendum. Consuetudinem sine hac veritate, vetustum errorem, & Christum in Evangelio loquentem per omnia sequendum esse.*

4. *Consuetudines, Traditiones, constitutiones Ecclesiasticas nullo modo huic veritati prescribere posse: cum Dominus sic veritatem non consuetudinem appellet.*

5. *Veritatem rectis etiam consuetudinibus & traditionibus esse præponendam.*

6. *Consuetudinarios, Traditionarios [veritatis desertores] esse invidiosos & malignos erga Ecclesiam, & circa Deum ingratos. Traditionarios novos esse deploratos homines.*

7. *In ceremonijs & Constitutionibus Ecclesiasticis instituendis & recipiendis modum & decorum esse observandum.*

8. *Ecclesiarum particularium institutis nos esse alligatos.*

9. *Romanam Ecclesiam, veterem illam, & non*

noua infinitis spatiis separatum, in alias Ecclesias, etiam quod ad ceremonias & constitutiones positivas attinet ius non habere: per consequens non esse caput aliarum, sed dum pura mansit, fuisse membrum purum Ecclesie Catholicae.

10. Ceremonias & traditiones nimias esse tollendas: multò magis constitutiones supersticiosas & idololatricas.

11. Ecclesiam Catholicam verbo scripto esse alligatam. Traditionem uniuersalem (qua explicatur distinct. 12. Can. 11.) ab Ecclesia retineri: priuatas cõstitutiones unicuique Ecclesie particulari pro uatione locorum, temporum, &c. recipiendas aut omittendas relinquere.

12. Traditiones, consuetudines, constitutiones & ceremonias istas omnes, qua Ecclesijs commendantur non eandem cum verbo scripto habere auctoritatem, nec esse dogmata fidei, sed Ecclesiastica disciplina ornamenta: Diligenter enim & perpetuò auctoritatẽ solis Scripturis Canonicis tribuit Gratianus, quo nomine fidei normam Catholica traditam Ecclesie à Iesu Christo per uerbum Prophetici & Apostolici in libris Canonicis Testamenti ueteris & noui comprehensum intelligit.

Contra uerò,

1. Iesuita ludunt in uoce Ecclesia, Orbem in urbe includunt, Ecclesiam uniuersalem, particularem constituunt, Veterem Romanam cum noua seu Papistica impudenter confundunt.

2. Quam tribuunt Ecclesie pontificie Spiritus S. presentiam eò spectat, ut malas consuetudi-

nes in eam ingressas esse negent, Christo, Sanctis Angelis, & infinitis pijs hominibus reclamantibus.

3. Omnia dogmata ad salutem necessaria in Scripto Dei verbo contineri nondum ingenuè fassi sunt aut perspicuè negarunt: sed ut impostores & subdolos hereticos decet de præceptis Ecclesie, de successione Apostolica, de traditionibus non scriptis (quarum Catalogum integrum ab illis expectamus) adraim vs, ue vociferantur. Præterea, quæ firmiter semper ab omnibus sunt credenda ad salutem, cum præceptis Ecclesie, ut vocant, confundunt. Quod autem Canis. lib. 2. cap. 17. pag. 177. allegat non explicamus aut refutamus: nulla enim exempla profert de dogmate quopiam ad salutem necessario, quod viva voce non scripta in libris Canonicis sit nobis traditum. Quod enim adfert de baptismo paruulorum, de Symbolo Apostolico, de Canone librorum bibliorum & de Confessione veterum Synodorum, puerile est: omnia enim ista Christiani recipiunt, ceu firmum in verbo scripto fundamentum habentia.

4. Vsum ceremoniarum ad veritatis diuinæ examen, quæ omnia in Ecclesis ordine & decenter fieri iubet, reuocari minime patiuntur. Consuetudines partim supersticiosas, partim impias, veritatem erroris esse fatentur quidem, sed quum ad hypothesin ventum est, & de horrenda illa superstitionum Papisticarum mole questio agitur, ne harum vnã & quidem crassissimã sepultã volunt: immò manifestas & deprehensas Ecclesie præcepta

cepta appellant.

5. Quid aliud est Papatus, quam Chaos ceremoniarum ridicularum & impiarum, quibus verbi scripti auctoritatem & efficaciam noni isti tenebriones extinguere conantur?

6. Christus est illis veritas cum consuetudine: nam si ad verbum Scriptum eos alligare contendis, tunc Sacram Scripturam librum hereticorum, nos Ecclesie, patrum & totius orthodoxe antiquitatis hostes esse declamitant.

7. Traditionum inutilium aduersarios, cuius pestem in mundo, & abominationem coram Deo execrantur.

9. De modo & decore in ceremonijs & constitutionibus Ecclesiasticis conseruando luculenter Augustinus, Canone à nobis in medium producto. Iesuus contra Pontificibus Romanis omnia licere in Ecclesia contendunt: multaque posse ad salutem reuelari, quae adhuc latent, ut nos ab ore & nutu idoli sui pendeamus.

10. Ceremonias & traditiones positiuas à necessarijs nondum distinxerunt. Quae olim in particularibus Ecclesijs viguerunt, aut à Romana veteri probatae sunt, Catholicae obrudunt Ecclesiae, membrum Christi laqueum iniicientes.

11. Romanam veterem Ecclesiam caput aliarum constituunt in omnibus quae ad religionem pertinent. Sed Can. 10. Dist. 2. repugnat, alioqui non constaret permissio illa de qua agitur: & euidenter Gallicana & aliae Ecclesiae veteri Romanae equiparantur, quae si fuisset caput, ab ea tanquam

à fonte, recta disciplina forma erat haerēda. Nec
exigui ponderis est ratio quae sublungitur, Non pro
locis res, sed pro rebus loca esse amanda.

12. *Alia Iesuuitarum sophismata non excu-
timus: prestat enim lectori Christiano diligentem
Gratianorum & Iesuuiticorum Canonum colla-
tionem absolue ndam relinquere ne libellus noster
in immensum crescat.*



CAPVT. II.

DE SCRIPTORIBVS ECCLĒ-
STICIS, Patribus & Conciliis.

Sectio I.

GRATIANVS.

SANCTA Romana Ecclesia post
illas veteris & noui Testamenti
Scripturas, quas regulariter suscipi-
mus, etiam has suscipi non prohi-
bet: Sanctam Synodum Nicenam
cccxviii. &c. Paulò post. Iam nunc subiicien-
dum est de opusculis Sanctorum Patrum, quae in
Ecclesia Catholica recipiuntur. Opuscula Beati
Cypriani martyris & Carthaginensis Episcopi.
Item opuscula beati Athanasij, &c. *Et infra.* Gesta
Sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormen-
torum cruciatibus, & mirabilibus confessionum
trium

trium his irradiant, quis ita esse Catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpeffos, nec suis viribus, sed Dei gratia & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum auctoritatem antiquam vel consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia eorum quæ scripsere nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut dictis superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur, sicut cuiusdam Quirici & Iulitæ matris eius, sicut Georgij, aliorumque passionum huiusmodi, quæ ab hæreticis probantur conscriptæ, &c. *Et infra* Scripta de inuentione Sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem reuelationes sunt, & nonnulli eas Catholici legunt: sed cum hæc ad Catholicorum manus peruenerint, beati Pauli Apostoli sententia præcedat, Omnia probate, quod bonum est tenere. *Et infra.* Cæterum quæ ab hæreticis conscripta vel prædicta sunt, nulla tenus recipit Catholica & Apostolica & ecclesia Romana. Quibus & pauca quæ ad memoriam venerunt, & Catholicis vitanda sunt, decreuimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodum à Constantino Cæsare Constantini filio congregatam, mediante Tauro præfecto, ex tunc & in æternum confitemur esse damnatam. Item itinerarium, nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, lib. 8. apocryphi, &c. Liber Canonum Apostolorum Apocryphus, &c. Epistola Iesus ad Abigarum Apocrypha, &c. *Distinct. 15. Can. 3. ex Concilio Gelasij habito Romæ cum 70. episcopis, circa annum Domini. 496.*

Canones, qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti

Patres illis assensum præbuerunt, pro eo quod ab hæreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscuntur: quamuis in eis vtilia inueniantur, tamen ab auctoritate Canonica atque Apostolica eorum gesta constat esse remota atque inter Apocrypha deputata. *Dist. 16. Ca. 1.* Sexaginta sententias Apostoli præscripserunt cum quamplurimis episcopis, quas seruandas esse censuerunt. *Can. 2.* Clementis librum, id est Petri Apostoli Itinerarium & Apostolorum Canones numerant patres inter Apocrypha, exceptis capitulis quæ decreuerunt orthodoxæ fidei tractatoribus adiungenda. *Can. 3.*

Ex superioribus Canonibus sequitur.

1. Scripturas veteris & noui Testamenti esse regulam quam Ecclesiæ Dei suscipiunt. Ea autem est regula fidei & norma vitæ Christianæ.
 2. Alia scripta aut decreta veterum ab ea regula ita distingui, vt ad illam examinari debeant. Cur enim Concilia & scripta quædam approbat. *Canon. 3. Distinct. 13.* alia verò aut damnat, aut inter Apocrypha reiicit si regula (ad iudicandum) destituitur?
 3. Ecclesiam ex se iudicium non ferre, sed ex verbo scripto, ceu certissima regula iudicium illud depromere.
 4. Multos impostores variis temporibus inepta & impia commenta, Catholicæ doctrinæ fæco oblita, Ecclesiis Dei obtulisse, quæ à superstitiosis hominibus arrepta, conseruata & posteritati tradita sunt.
 5. De quibusdam veterum scriptis, nomine Apostolorum insignitis, Ecclesias inter se dissensisse, & liberiùs iudicasse.
- Ista verò omnia variis artibus à Iesuuitis impugnantur, vt sequentia eorum pronuntiata constantur.

Quando quaritur utrum omnia, quæ ad fidem pertinent sint scriptis (i. in verbo Dei scripto) expressa: dicendum est, Omnia fidei mysteria ceteraque creditu & scitu necessaria in corde Ecclesiæ esse clarissimè exarata: in membranis tam noui, quam veteris Testamenti multa desiderari. Cost. in enchirid. controuers. pag. 47.

Si multa creditu & scitu necessaria in verbo Dei Scripto (quod per contemptum & non sine blasphemia Colsterus membranas appellat) desiderantur, quomodo regulatè à Gelasio & veteri Ecclesiæ Romana, id est, pro regula fidei & vitæ rectè instituendæ susceptum est? nisi forte velit bonus Iesuista Pontificum suorum traditiones infinitas, quas tanquam creditu & scitu necessarias, & quas etiam verbo Dei scripto longè anteposuerunt, in Scripturis, omnino, seu verba seu sensum spectes, desiderari. Nulla fidei mysteria in verbo Dei desiderantur. Quod enim postea querit Costerus, eadem pag. 47. Vbi numerus Euangeliorum & Epistolarum Euangelicarum: vbi Euangelium Matthæi & Marci in Scripturis diuini potius quam Nicodemi aut Thomæ commendatur: vbi habetur duodecim articulos fidei ab Apostolis esse relictos: illud, inquã, nihil Costero fauet. Ecclesiæ canonice nouo Testamento comprehensa ab Apocryphis libris separauit ex ipsismet Canonicis scriptis iudicium illud deprompsit. Putantne, Iesuistæ, pios illos Patres, pro suo arbitrio, & ex sensus humani regula, Canonicos libros reuerenter ceu normam fidei suscepisse, Apocryphos abiicisse: vnde mendacia in Apocryphis sparsa deprehenderunt, certè ex ipsorum lectione. Articuli fidei Christianæ omnes ex libris Canonicis cōcinnati sunt, vt à Theologis orthodoxis sapius ostensum est. Sed de his plus satis: disputationem enim integram non instituis, sed Gratianum anti-Iesuistam offero.

Pro sacrosanctis habēda firmissimāque fide comprehēdenda sunt, quae Spiritus sanctus credenda nobis reuelat, pronūciat, quae per Ecclesiam, siue scripro illa, siue uina uocis traditione nobis comendantur. Canis. in Catechism. Iesuuit. pag. 42.

De praecipis Ecclesiae, idem Catechismus prolixè differit, pag. 124. 125. 126. &c. regulam fidei in uerbo scriptificias cum constitutionibus Ecclesiasticis confundens, quāuis idem fateatur uarium esse debere iudicium de traditionibus Pharisaeicis & Apostolicis, de Iudaicis & Ecclesiasticis, de priuatis seu particularibus, & iis quae totius Ecclesiae consensu receptae sunt. Illas nobis accuratè demonstrari, adhibitis ex Canonica Scriptura probationum fundamentis: quod miramur in hunc uique diem omissum esse à Iesuuitis qui artem differendi inhiatis buccis totque scriptis editis iactitant, & de plaustro aduersum nos, tanquam nihili homunciones superbè loquuntur.

Esse Traditionum eam vim, ut questionibus de S. Scriptura sententia exortis & robur suppeditare queant, docet praeter eos, quos iam appellabo, antiquissima Ecclesiae praxis. Dum haec uerba, In principio erat uerbum, contra latentissimas, Arij & Samosatēni deprauationes, in Concilio Niceno enucleanda essent, nonne grauisissimus ille patrum Senatus Ecclesiae traditionem, ita confutauit, ut huius potius quàm scripturae armis illos refutaret. In alijs Concilijs idem obseruatum est. Rapēdus in disput. de duodecim Sanctis Apostolis, thesi 59.

Si Rapēdio fides est adhibenda, regula fidei tenebricosa & debilis lucem & robur à traditionibus mutuabit.

trahat. Quæ sint autem illæ Traditiones, Costerus aperte docuit, videlicet Consensum perpetuum Ecclesie, id est à vris ipsâ Iesuuitarum, qui quotiescunque de religione ageretur, clamabunt. Sic Ecclesia sentit. Quare? quoniam summo Opt. Max. Pontifici Romano ita visum est. Porro quod de refutatione Arrianorum Rapedius addit, luce indiget. Ecclesie traditio Arrianis obiecta, ex regula verbi Scripti petita est. Deinde firmissimis Scripturæ Canonice testimonijs Ecclesie sententiam confirmarunt Patres, sicut ex eorum disputationibus & scriptis liquidò constat.

Diuinam Institutionem, non solum sacris literis expressam esse, sed etiam Traditione maiorum haberi cum alia multa, tum vel sola Christiana Ecclesia infantia magno argumento probat. Siquidem hac multis annis de diuina voluntate non dubitabat, literas tamen quibus eandem probaret, nullas proferre poterat. Sine autem Scripto ad nos perueniat, siue Traditione aliorum, eandem & habet & habere debet vim. Neque enim illa ex literis, sed litera ex institutione sua habet auctoritatē. Neque quia per manus à maioribus traditur, de auctoritate eiusdem quicquā decedit. P. Thyraeus in disput. de Sacramentali Confessione, thes. 352. & 353.

Ecclesia Christiana antequam Scriptis Euāgelistarum & Apostolorum frueretur, habebat libros Propheticos. falsum est igitur, quod asserit Iesuuita, Canonica & Apocrypha confundens, regulam fidei & controuersiarum de Religione iudicem incertam imperfectamque reddens, Apostolicorum scripta aut dicta, denique impostorum multorum præstigijs cum libris Propheticis & Apostolicis impudentissimè admiscens.

II.

GRATIANVS.

De Patri-
bus.

REGVLA Sanctorum Patrum pro tempore,
loco, persona, & negotio, instante necessitate, tra-
ditæ sunt. *Distinct. 29. Can. 2.*

Non offeramus stateras dolosas, vbi appenda-
mus quod volumus, pro arbitrio nostro, dicentes,
hoc grane est, hoc leue est: sed afferamus diuinam
stateram de Scripturis Sacris, tanquam de thesau-
ris Dominicis, & in illa quid sit grauius appenda-
mus. *Causa 24. quest. 1. Can. 21. ex August.*

Confirmat hic Canon, & causa 25. quest. 1. Canon 9.
infra adscriptus, quæ superius dicta sunt de regula &
norma fidei in solo verbo Dei scripto comprehensa.

Sunt quidam dicentes, Romano Pontifici sem-
per licuisse nouas condere leges: quod & nos non
solum non negamus, sed etiam valde affirmamus.
Sciendum verò summopere est, quia inde nouas
leges condere potest, vnde Euangelistæ aliquid &
Prophetæ nequaquam dixerunt. Vbi verò aperte
Dominus vel eius Apostoli, & eos sequentes San-
cti Patres sententialiter aliquid definiuerunt, ibi
non nouam legem Pontifex dare, sed potius quod
prædicatum est, vsque ad animam & sanguinem
confirmare debet. Si enim quod docuerunt Pro-
phetæ & Apostoli destruere (quod absit) nitere-
tur, non sententiam dare, sed magis errare con-
uinceretur. Sed hoc procul fit ab eis qui semper
Domini Ecclesiam contra luporum insidias opti-
mè custodierunt. *Causa 25. quest. 1. Can. 6. ex Vr-
bano Papa.*

Contra statuta Patrum credere aliquid vel mu-
tare,

tate, nec huius quidem sedis potest autoritas, Apud nos enim inconuulsis radicibus uiuat antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reuerentiam.

Ibid. Can. 7. ex Zosimo Papa.

Omne quod irreprehensibile est Catholica defendit Ecclesia. Iniustum iudicium & definitio iniusta regio metu vel iussu à iudicibus ordinata nõ valeat. Nequaquam, quod contra Euangelicam, vel Propheticam, vel Apostolicam doctrinam constitutionemve eorum, siue Sanctorum Patrum actum fuerit, stabit: & quod ab infidelibus vel hæreticis factum fuerit omnino cassabitur. *Ibid. Can. 8. ex Marcello Papa.*

Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis Patrum nullatenus deuiare. *Ibid. Can. 9. ex Hormisda.*

Satagendum est, vt pro auferendo suspicionis scandalo obsequium confessionis nostræ legibus religionis ministremus, quibus nos etiam subditos esse Sacræ Scripturæ præcipiunt. *Ibid. Can. 10. ex Pelagio Papa.*

IESVVITÆ.

Voluit Christus fideles suos ad æternam felicitatem, ad quam hoc vitæ spatio piè transacto consequendam creati erant, per vicarios suos in via salutis, ne aberrarent dirigi: quamobrem talem eis potestatem dedit, quæ ad hanc rem vel necessaria vel utilis fore videretur. Duo verò sunt quibus in celestem Patriam ducimur: fides recta & Christiani mores. In his igitur Christus, vt Ecclesia filij probè instituerentur, vicarijs suis de auxilio prospexit. Error in fide, vt grauissimum est malum, ita facile, multisque modis in eum incurritur: ingeniorum te-

meritate, que ad intelligentia iudicii que examina
omnia reuocant & expendunt: & prauitate huma-
na, que ad cupiditates suas omnia trahit & esti-
mat. Opus itaque fuit certam constituere normam,
& Iudicem veracem, que & clarè ediceret omni-
bus credenda, & que corrumpi, mutilari, detor-
querive in alienos praposterosque sensus ab alijs
non posset. Ipsam Scripturam Sacram nõ esse hunc
iudicem, ex varijs, qui in ea nituntur erroribus, cui
uis manifestum esse debet: quã si solam nobis Chri-
stus iudicem reliquisset, hoc indice non satis promi-
sum & consultum fuisset Ecclesia, quod (ut est rei
sententia distracta, nihil queratur, nulloque externo
iudicio se in falsum improbumque sensum detor-
queri & usurpari coarguat. Vnum igitur hunc
iudicem esse conueniebat, qui sua mentis esset in-
terpres errantesque corrigeret. Et quidem penes
Ecclesiam Catholicam est iudicium veritatis, sed
quod ea per vastum orbem diffusa, sine grauissimis
incommodis vnum in locum coire nequeat, & pro-
re nata quæstiones difficiles non raro exoriantur,
necessum erat maiori compendio Christianorum
commodis, fideique integritati prospicere. Christus
igitur summa sapientia & charitate, vnum iudica-
minem, cui sic suam præsent am, sanctique Spiritus
gratiam addiceret, ut de quæstionibus fidei & reli-
gionis decernens nunquam erraret, sed fidem ab
Apostolis plâratam, inuiolatam integrâque con-
feruaret: ad quem in dubijs recurrerent omnes, do-
ctrinam suam ad eius fidem collimarent, & eius
quem

quæ non posse errorem proponere nossent, sententiã sequerentur. Hoc quidem tanto privilegio donati fuerunt primis Ecclesiã in itis Apostoli omnes atque Euangelistæ, quando seminandum erat per orbem terrarum & diuulgandũ Christi Euangelium, ut conformis esset atque consentiens omnium doctrina, quam maior eorum pars sine scriptis tradidit. Sed plantata ubique iam fide sufficiebat vnus (ad occultandum miraculum, & humilitatis obedientiãque augendum in ceteris meritũ) qui Christi vice, Doctor Ecclesiã, catholicam fidem tueretur, hereses omnes damnaret, & in se conuersos haberet ceteros: à quo, tanquam Dei vicario, Christi sententiã & veritatem omnes expeterent. Hunc sanè non conueniebat alium esse quàm illum hominem, cui cura totius Ecclesiã commitẽda erat, beatum Apostolum Petrum, eiusque successores. Et ne dubitationi in quoquam locus relinqueretur, nõ erat tale donum Sanctitati, doctrinã, aliãve id genus qualitati, dotibusve corporis vel animi alligandum (quæ virum in homine sit ab aliis plerunque ignoratur) sed homini ipsi & officio: Vt quisquis in ea beati Petri Cathedra, seu pius, seu sceleratus, seu doctus, seu imperitus, seu nobilis, seu obscurus, dummodo ex officio pronunciaret, Christum haberet directorem. O magnum beneficium in Christianos collatum, quod cum summis beneficijs Dei merito conferatur: esse hominem in terris, similem nobis, peccatorem, quem in gratiam nostri Deus constituit veritatis suã testem, sententiã interpretem, & Christiani populi Doctorem, cuius linguam sic mouet, vt nõ fallat: sermonem sic moderatur, vt er-

rorem non doceat: calamum sic temperat ut heresis
destruat: & hæc quidem non tam in hominis illius
gratiam, quandoque fortassis improbi, flagitiosi &
nullius pensi, quam Christi fidelium & electorum,
in quos beneficia sua omnia retulit Deus. Fatemur
si quidem fieri posse, ut Petri successor idola colat,
apud se forte de fide non rectè sentiatur, adeoque Dia-
bolicis artibus operam naues, qua ut sunt hominis
peccata, ita nobis Dei benignitatem clarissimè te-
stantur, qui per tam putidos canales sua ad nos do-
na transfundit: hoc unum cogitās, ut commoda ha-
beamus, cuiusmodi cumque eadem illi sint per quos
habeamus. Sed id constanter negamus, vicarios
Christi, Petrique successores Romanos vel heresim
docere alios posse, vel errorem proponere. Non con-
dunt igitur illi novum ullum fidei articulum, sicut
heretici calumniantur, neque fidem novam Chri-
stianis proponunt, à maioribus suis non acceptam:
sed divini Spiritus presentia & ope, singularique
beneficio, sic in Apostolica fide retinentur, sanam-
que doctrinam conservant, ut ex officio Christianos
doceant quid pro dogmate fidei sit hæcenus credi-
tum & ab omnibus credendum, quid pro errore rej-
ciendum. Hanc Romanorum Pontificum constan-
tem fidei doctrinam duobus potissimum Scriptura
locis (Math. 16. Tu es Petrus, &c. & Luc. 22.
Ego pro te rogaui, Petre ut non deficiat fides tua)
docuerunt Patres. Coster. in enchirid. contro-
uers. pag. 133. 134.

Audiuimus mirificum rhetorem alterumque Parme-
nium, qui multa dicit & nihil probat. Tameñ verò
istius Iesuitæ garrulitas Pontificum primatum perpetuo
ferè

ferè verborum filo asserere velle videatur, nihilominus
quum Gratiani Canones superiori sectione citatos obli-
què etiam impugnet, vtiulque sententiæ examen lecto-
ri reliquimus.

1. Verbum Dei scriptum Gratianus vocat
stateram de thesauris Dominicis depromptam, &
recte fidei regulam. Costerus negat: & male (in-
quis) consultum Ecclesiæ fuisset hac norma & hoc
indice, verbo Scripto videlicet, quod rē sine anima
vel sensu appellat.

2. Gratianus ex Gregorio traditas regulas
Patrum ad tempora, loca, personas & negotia ac-
commodatas à regula fidei distingui debere probat.
Costerus in fidei dogmata Pontificem Romanum
habere testatur: illorum enim est (ait) Christia-
nos docere quid pro dogmate fidei sit hactenus cre-
ditum & ab omnibus credendum, quidque pro er-
rore reiiciendum.

3. Romanum Pontificem leges condere posse
Gratianus negat, si Propheta & Apostoli senten-
tialiter de re agitata definiuerunt. Vult Costerus
istum mentis diuine esse nobis interpretem. Nihil
ergo definiuerunt Canonice Scriptura. totum istud
negotium sententialiter definiendi vno iudici Ro-
mano (qui scilicet in scrinio pectoris omnia iura te-
net inclusa, & qui Dei est consiliarius) commissum
est, inquit Iesurita.

4. Sedis Romanae auctoritatem contra statu-
ta Patrum aliquid condere vel mutare minime posse,
ex Zosimi Papæ decreto Gratianus affirmat. Si au-
tem Costero credere fas est, Pontifex, quamuis im-
purus, sceleratus, idolorum cultor, infidelis, ma-

gus modo Rome (quam Cathedram Petri nominat) sedem fixerit in discernendis questionibus fidei & religionis nunquam errat, perpetuo sequendus est, ut qui Christum habeat directorem, sit veritatis diuinae testis, sententia Dei interpretas, Christiani populi doctor: cuius lingua sic mouetur à Deo ut non fallat: sermo ita moderatur ut errorem non doceat: calamus sic temperatur ut hereses destruat. Denique Papatus est summum beneficium in Christianos collatum, quod cum summis Dei beneficijs merito conferendum est.

Gratianus Pontifices Romanos legibus religionis ex verbo Scripto alligat. Costerus, disruptis istis vinculis à vniuersis iudices extraque omnem reprehensionem positos infinitis alijs Canonibus repugnantibus, Pontifices suos depingit.

II.

GRATIANVS.

De Concilijs.

Quotiescunque in gestis Conciliorum discors sententia inuenitur, illius concilij sententia magis teneatur, cuius antiquior & potior existit auctoritas, *Distinct. 50. Can. 15. Domino Sancto.*

Iudices qui debeat esse.

Iudices autem esse non debent, nisi quos ipse qui impetitur, elegerit: aut quos suo consensu hæc sancta sedes aut eius primates, auctoritate huius sanctæ sedis, delegauerint. *Causa 11. q. 1. Can. 3. ex Niseno Concilio.*

Testes, Accusationes Defensiones.

Nullus vnquam præsumat accusator simul esse & iudex, vel testis: quoniam in omni iudicio quatuor semper personas necesse est esse, id est, iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices autem debent vti æquitate, testes veritate, accusatores in-

tentione ad amplificandam causam, defensores ex
tenuatione ad minuendam causam. *Item* Nullus
introducatur personaliter ad causam, sed accusa-
tores & accusati æqua audiantur ratione, iuxta
quod ordo exigit. Accusatores verò & iudices nõ
ijdem sint, sed per se accusatores, per se iudices,
per se testes, per se accusati, vnusquisque in suo
ordine. *Causa 4. q. 4. Can. 1. & 2.*

Quòd suspecti & inimici iudices esse non de-
beat, & ipsa ratio dicitur, & plurimis probatur ex-
emplis. Nam quid gratius & amabilius dare quis
inimico potest, quàm si ei ad impetendum com-
miserit, quem ledere forte voluerit? Quòd proui-
dè Constantinopolitana Synodus Canonum suo-
rum sexto dignoscitur prohibere capitulo, & in-
fra. Veniamus ergo & ad sanctam Chalcedonen-
sem Synodum, & quid nobis de Athanasio Paræ-
norum Episcopo referat, audiamus. Is enim anti-
stes tertio euocatus ad Synodum, quia non occur-
terat, à Patriarcha suo canonicè condemnatus exti-
terat: sed solùm quia cùm vocaretur ad Synodum,
quod inimicus esset eius ipse qui iudicabat, cla-
mauit; à sancta Chalcedonensi Synodo, ad causas
illas sibi examinendas reseruatur: & nisi denuo
conuinceretur, recipere propriam iudicatur Ec-
clesiam. Quòd si Athanasius à Patriarcha suo de-
positus, quia de inimicitia eius conquestus est, i-
teratò ad iudicium renouandum dirigitur, etsi
manifesta sibi officiant crimina, tamen suæ reddi
Ecclesiæ præcipitur: quantò magis Ignatius, qui
non à patriarcha, sed ipse potius existens patriar-
cha, minimè debuit Ecclesia propria (inimicis &
suspectis iudicibus decernentibus) expoliari? *Et*
paulo post. Veniat & facundissimus noster Papa
Geladius, hæreticorum expugnator fortissimus, &

quod de Constantinopolitanis episcopis more solito tunc ægrotantibus dixit, etiam nunc nobis edisserat. *[Quæro, inquit, tamen ab his iudicium, quod prætendunt, ubinam possit agitari? an apud ipsos? ut eisdem inimici sint & testes & iudices? Sed tali iudicio nec humana debent committi iudicia.]* Quod si iudicio, ubi eisdem sunt inimici qui iudices nec humana debent committi iudicia, quanto minus diuina, id est Ecclesiastica? Qui sapiens est, intelligat. Et re vera Iustinianus, Imperator pius, legibus suis promulgasse dignoscitur, dicens *[licet ei qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium recurratur. Nã quodammodo naturale est suspectorum iudicium insidias declinare & inimicorum iudicium semper velle refugere.]* Hinc S. Athanasius inimicorum sæpe declinauit insidias. Hinc S. Ioannes Chrysostronus concilij contra se congregati renuit intrare collegium. *Causa 3. q. 15. Can. 15.*

C. de Iudici.

L. apertissimi.

Accusatores non sint testes

Accusatores & testes esse non possunt, qui antehæsternum diem aut nudius tertius inimici fuerunt, ne irati nocere cupiant, vel læsi se vlcei uentilint. Inoffensus igitur accusatorum & testium affectus querendus est, & non suspectus. *Ibid. Can. 2.*

Accusatori omnino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit, ante uerique partis iustam discussionem. *Causa 3. q. 9. Can. 1.*

In absentes sententia non fertur.

Caueant iudices Ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia irrita erit: immo etiam & causam in Synodo pro factodabunt. Proditoris uero nec calumnia nec vox audiatur. *Ibidem. Can. 2.*

Omnia quæ aduersus absentes in omni negotio aut loco aguntur, aut iudicantur, omnino euacuantur: quoniam absentem nullus addicit, nec ulla lex damnat. *ibid. Can. 4.*

Non oportet quenquam iudicari vel damnari, priusquam legitimos habeat præsentés accusatores, locúmque defendendi accipiat ad abluenda crimina. *Ibid. Can. 5.*

Absente aduersario nõ audiatur accusator, nec sententia absente alia parte, à iudice dicta, vllam obtineat firmitatem. *Ibid. Can. 11.*

Absens verò nemo iudicetur, quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges. *Ibid. Can. 13.*

Necesse est secundum Sacrarum Scripturarum documenta, ac secundum iustitię tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse, & vnâ partem quâacúmque & qualicúmque prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium irrogetur. *Ibid. Can. 21.*

I E S V V I T A E.

Vt tueantur tyrãnidem quam ab aliquot sæculis Pontifices Romani in Ecclesias Christianas exercuerunt, multa suffragantur Iesuítæ ex patribus & historicis: veteris & nouæ Ecclesiæ Romanæ doctrinam, disciplinam, statum, malo animo confundentes. Deinde has assertiones in hæc buccis detonat, sicut constat ex eorũ Scriptis, quorum summa comprehenditur in thesibus Iesuítæ. Posuaniensium, à pag. 181. ad 217. Ea autem est huiusmodi:

Patriarchæ omnes, cœli omnia, Patres, S. Romani Pontifices veteres, Imperatores, heretici, Ethnicæ primatum Romani Pontificis agnoscunt.

Vt autem Primatum istum confirmet, addunt.

Romanus Pontifex summam in Ecclesia potestatem semper exercuit.

Semper agnitus est summus Iudex controversarum de fide.

Primatũ in hereticorũ cõdénatione semper exercuit.

Tulit leges ab vniuersa Ecclesia asseruatas.

In Cõcilis general. sepe presuit, ea deniq; cõfirmavit.

In oēs Iurisdictionis Episcopus iurisdictionẽ exercuit.

Assertionum istarum infinita mendacia detegere nostri non est instituti, quum etiam id iam pridem à doctissimis Theologis abunde præstitum sit. Sed illud queritur (etiam si daremus, D. Petrum fuisse Caput Ecclesiarum, fuisse Episcopum Romanum, Episcopos Romanos eius esse successores & Ecclesie Catholice capita: quamuis cum Petri Apostolatu, Doctrina, disciplina & pietate de successores) an qui à multis Christianorum & populorum myriadibus, hæreseos, aetichristianismi multiplicisque sacrilegij crimine accusatur, quum sacrorum suorum reddenda ratio est in Concilijs, ibi testis & iudex sedere debeat? Canones ex Gratiano hac sectione collecti firmissimis argumentis iniquitatem istam profligant. At enim (inquiunt Iesuitæ) vos hæretici, solenni diplomate ad Concilium Tridentinum vocati estis. Ad Romani imperio & iussu iudicati. Sed turpissima hæc fuit omnis æquitatis abolitio. Et quando de hæc Pontificis vestri potestate disputatur, in ipso limine petitur principium.

Ne reperamus autem quæ vobis mille obiecta sunt, ex Gelasij verbis responsam accipite, An potuit agitari iudicium apud vos (Romani Pontifices & Pontificij) qui iidem inimici estis, & testes, & rei, & iudices? Si iudicio, vbi iidem sunt inimici (addamus testes rei, & iudices, nec humana debent committi iudicia, quanto minus divina, id est Ecclesiastica? Qui sapiens est, intelligat. Hactenus Gelasius. Sed quidam novus Turrianus, aut alius Scholæ Iesuiticæ magister, ingens volumen nobis conficiet in hos Canones, quos Papisticorum Conciliorum anathemata Pontificiamque tyrannidem funditus evertunt.

ADVER-

ADVERSUS CONCILII TRI-
dentini bruta fulmina, seu Anathemata in-
iusta, quorum Patrocinium Iesuuitæ susci-
piunt.

GRATIANS.

Cui est illata sententia, deponat errorem &
vacua est: sed si iniusta est, tantò eam curare non
debet, quantò apud Deum & Ecclesiam eius ne-
minem potest iniqua grauare sententia. Ita ergo
ea se nõ absolui desideret, qua se nullatenus per-
spicit obligatum *Causa xi. quest. 3. Can. 46.*

Nec etiam bruta fulmina Tridentini conciliabuli
formidamus.

Secundum Catholicam fidem, & sanam doctri-
nam & intelligentibus perspicuam veritatẽ, nec
naturæ Dei nocere potest quisquam, nec natura
Dei nocere iniustè cuiquam: nec nocere iniustè
paritur quemquam. Qui enim nocet (vt ait Apo-
stolus) recipiet hoc quod nocuit. *Ibid. Can. 47.*

Christianas Ecclesias à Pontifice Romano damna-
tas, & crudeliter oppressas, Christus tandem respiciet
& liberabit.

Cœpisti habere fratrem tuum tanquam pu-
blicanum. Ligas illum in terra: sed vt iustè alliges
vide. Nã iniusta vincula dirûpit iniustitia. Cùm
autem correxeris & concordaueris cû fratre tuo,
soluisti illum in terra: cum solueris in terra, solu-
tus erit in cœlo. *Ibid. Can. 48.*

In Synodo legitima placidè nobiscum agant Iesuui-
tæ & alij pontificiæ sedis patroni: errores (si quos foue-
mus) aperiant, veritati oblatae locum dabimus. Inaudi-
tor & innocentes verò si anathemate ferire pergunt,

quid iusto iudici responsuri sint. ipsi, videant.
 Temerarium iudicium plerumque nihil poteret ei de quo temerè iudicatur. Ei autem qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat.
Ibid. Can. 49.

Iudicati & Iudices, attendite.

Quid obest homini quod ex illa tabula non vult eum recitari humana ignorantia, si de libro viuorum non eum delet iniqua conscientia? *bl. Ca. 50.*

Catalogum Pontificum, Cardinalium, Legatorum, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, &c. qui Tridenti adfuerunt, ut Ecclesias Christianas damnarent, pastorum & Theologorum in his Ecclesiis docentium nomina non continet. Sed bene habet. De libro viuorum humana potentia nos delere minime potest.

Senti de Augustino, quicquid libet: sola me in oculis Dei conscientia non accuset. *Ibid. Can. 51 ex D. Aug. contra Secundum Manicheum, cap. 1.*

Sentite de nobis, Iesuista, quicquid splendoris vobis suggererit: Sola nos in oculis Dei conscientia non accuset. Iterum prouocamus ad legitimam Synodum, in qua testes & iudices nos non sumus, vos non sitis: sed aut accutatores, aut defensores.

Et si ad tempus damnaris ab homine, & si dixerit sententiam pro consul in Cyprianum, aliud est sella terrena, aliud tribunal caelorum. Ab inferiore accepit sententiam à superiore coronam. *ib. Ca. 51.*

Aliud tribunal Tridentinum, aliud Christi solum. Homines maledicant: benedic verò tu Domine.

Plures alios canones ex ead. causa & quæst. e. usque atque argumenti non descripsimus: locum designasse sufficiet, si quis plura testimonia desiderat.

I E S V V I T A.

Tertij generis Scriptura est in decretis Conciliorum generalium, quæ Christus grauisimo suo testimonio & autoritate communiuit. Qui vos audit me audit: & si Ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam Ethnicus & publicanus. Itē, Ego vobiscum sum omnibus diebus;

bus usq; ad cōsummationē seculi. Hac sanè decreta, si veritatē si ob signationē Spiritus S. si præsentiā Christi spectes, idem habent pōdus & momentū, quod sancta Dei Euangelia. Si autē verba ipsa decretorū cōsideres, nullo modo sūt cū sacris literis cōferenda: cū hæc dicitur à Spiritu S. nec iota unū vel unū apicē habet cui non insit suū pōdus & efficacia, unde tanquam diuina eloqui a mētem hominis admirabili dulcedine & suauitate afficiunt: Conciliorū verò decreta à Sanctis Patribus conscripta fuerunt, qui suis verbis veritatem diuinam nobis loquuntur, non aliter atque Scriptor qui regis voluntatem suo stylo literis mandat. Atque hinc rectē dixit D. August. se nullius hominis libris tantum deferre atque diuinis literis, nō quidem ob veritatem, quæ par est in utrisque, sed ob verba & phrasim dictantis qui fuit Spiritus S. Confer. in enchirid. controuerf. pag. 46. 47.

Penes summos pontifices Sacra deseriendi suprema semper potestas fuit. magno se illi crimine contaminant, qui oppugnare palam audeant venerandas Conciliorum generalium constitutiones, quorum in Ecclesia, ut Augustinus loquitur saluberrima est auctoritas. Illud præclare dictum est à piis imperatoribus, Inisuriam facit iudicio Synodi, si quis semel iudicata et rectē disposita reuolueret & publicè disputare contendit. Canil. catechil. Iesuit. pag. 142.

Hic deprehendes, Lector, Spiritū vertiginis qui Iesuitas exagitat. In omnibus suis disputationibus accusant obscuritatis verbum Dei scriptū: Sacrarum literarū expositionē nō in verbis, sed in sensu cōsistere asserunt: traditionum æque atque verbi scripti eandem vim esse libros Canonicos veteris & noui Testamenti esse literam mortuam: Ecclesiæ consensum (quem vocant) esse viuam Dei Scripturā in cordibus, quæ sui per omnia similis per seuerat, traditiones denique pontificum suorum, ceu ex eodem fonte haustas, prophetis & Apostolicis scriptis persimiles esse clamitant. Nunc autem Costerus

præstantiam S. Scripturarum in nescio quibus apicibus
 includit, & verbis solummodo à Papisticis Concilijs (de
 his enim queritur) distinctam esse prædicat. At verò
 iidem sunt Bibliorum & Canonum concilij Tridentini
 apices: nisi forte in literis aut syllabis variorum idiotismo-
 rum aliquid arcani latere Colterus somniet. Si rem at-
 tendas petimus à Iesuuitis, an nulla extet Conciliorum
 hæreticorum & orthodoxorum regula seu differentia?
 qualis ea sit? num statuta Conciliorum ad sola verba Scri-
 pturæ expendi debeant? an verò Scripti verbi & Conci-
 liorum discrimen in apicibus, v oculis & periodis sit con-
 stitutum? Postremò, si verbum scriptum à Spiritu S. di-
 ctatum est, cur litera mortua, obscura, difficilis, charta-
 cea, atramento scripta, quæ truncari, torqueri & pravis
 expositionibus corrumpi possit, à Iesuuitis vocatur? Eua-
 gelium potentia Dei est ad salutem omni credenti: Om-
 nis Scriptura diuinitus inspirata utilis est vt perfectum red-
 dat hominem Dei: Habemus firmissimum Sermonem
 Propheticum. Obscuritas autem & perplexitas hæreticis
 hominum animis, non in verbis aut sententijs S. Spiritus. Quæ
 truncantur, torquentur & corrumpuntur ab hæreticis, vt
 commenta sua stabiliant, authoritati Spiritus S. per Pro-
 phetas & Apostolos loquentis, nullum preiudicium affe-
 runt: nec Scriptura est liber impiorum, qui ea abutantur.
 Quod ad Canisium, modò probet accusatos, accusatores,
 reos & reos, simul, in vna eademque causa indices esse
 debere, pronuntiat: eius assentiamur. Concilium Tri-
 dentinum à generalibus orthodoxis tota via recedere,
 nec non in eo omnia pessimè disposita fuisse, in legitima
 Synodo Christianarum Ecclesiarum Theologi, probare
 parati sunt.

CAPVT. III.

DE PRIMATV IN

Ecclesia.

GRATIANS.

Sectio I.

MINISTRISacrorum Canonum Origo Hie
 & decretorum sunt summi Ponti- rachia,
 fices, & infra præfules, & reliqui sa- seu anar-
 cerdotes, quorum institutio est in chia, Papi-
 veteri Testamento inchoata, & in sticæ teite
 nouo plenius cõsummata. Summus etenim Pon- ipfomet
 tifex & minores Sacerdotes à Deo sunt institu- Gratiano.
 ti per Moysen, qui ex præcepto Domini Aaron in
 summum pontificem, filios verò eius vnxit in mi-
 nores sacerdotes. Postea verò Dauid, cum mini-
 stria domus Domini ampliaret, ianitores & can-
 tores instituit. Porrò Salomon quendam modum
 inuenit, quo dæmones adiurati, ex obsessis corpo-
 ribus pellebantur. Huic officio mancipati exorci-
 stæ vocati sunt: de quib. Dominus in Euangelio, si
 ego in nomine Beelzebub eiicio dæmonia, filij ve-
 stri (s. exorcistæ) in quo eiiciunt. Hęc omnia in no-
 uo Testamento Ecclesia imitata habet ianitores
 suos, quos ostiarios appellant: pro cantoribus le-
 ctiores & cantores instituit. Exorcistas autem no-
 mine antiquo & officio permanente recepit. Pro
 filiis verò Aarõ, omnes infra summum Pontificem
 sacerdotium administrantes sunt consecrati. Inter

Ff. j.

eos quædã discretio seruata est, vt alij appellentur simpliciter Sacerdotes, alij archipresbyteri alij chorepiscopi, alij episcopi, alij Archiepiscopi seu metropolitę, alij primates, alij patriarchę, alij summi pontifices. Horũ discretio à Gẽtilibus maximè introducãta est, qui suos flamines alios simpliciter flamines, alios protoflamines appellabãt. Simpliciter verò maiorũ & minorũ Sacerdotũ discretio in nouo Testamẽto ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos, tanquam maiores sacerdotes, septuaginta duos discipulos quasi minores Sacerdotes instituit. Petrum verò quasi in summum sacerdotẽ elegit, dũ ei præ omnibus & pro omnibus clauis regni cœlorum tribuit: & à se petra Petri nomen sibi imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt ipse ceteros confirmaret subiunxit, dicens. Ego pro te rogauĩ, Petre, vt non deficiat fides tua: & tu ali-quando conuersus confirma fratres tuos. Hanc eandem formam Apostoli secuti, in singulis ciuitatibus episcopos & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apostolis ordinatos legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus, Subdiaconos & Acolyhos procedente tempore Ecclesiã sibi constituit. *Præfat in Can. 5. distin. 21.*

IESVVITAE.

Præsentis instituti nomen est, quã singulis ordinibus functiones & leges præscriptæ sunt enucleare. Illud sanè constat, magno in pretio cunctos ordines habendos, ac sedulo retinendos esse. Firmum enim testimonium illis præbet sacra traditionis Apostolica Ecclesiastica obseruationis disciplina.

que ad nos vsque transmissa perdurat. Et paulò post, Extant Apostolorum Canones, in quibus hoc modo statuitur Episcopus à duobus aut à tribus episcopis ordinetur. Presbyter ab vno Episcopo ordinetur: iùe diaconus & reliqui clerici. Tum infra, Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut hypodiaconus, aut lector, aut cantor sacram quadragesimam non ieiinauerit, ordine mouetur, &c. Caius verò ante annos 1300. Pontifex & martyr illustris, hos ipsos gradus & ordines sigillatim recenset, quum ait: Si quis Episcopus esse meruerit, primò ostiarius, deinde lector, post exorcista, deinde sacretur acolythus: dehinc verò subdiaconus, diaconus, & postea presbyter: exinde, si meretur, Episcopus. Canis. Catechism. Iesuuit. pag. 308. & 313.

In insula Creta, à Tito vsque in hodiernum diem est metropolitanus qui primatem suum agnoscit: infra metropolitanum sunt singuli episcopi per singulas ciuitates non paruas. Hac eadè dispositio Ecclesiarum per totum Orientem & Occidentem cernitur. Et infra. Quis non intelligit (prater vos qui non vultis credere) in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, Bithymia, non solum Episcopos, sed Archiepiscopos, vel metropolitanos, ac Patriarchas, secunàum Apostolicam dispositionem uisse? Turrian. libr. 2. pro epist. Pontif. pag. 167. b.

Gratianus hierarchiam partim Pontificiam: Iudaicà, partim Ethnicam & Christianam constituit. Iesuuitæ verò ex traditione Apostolica eius originem deducunt.

II.

GRATIANVS.

Adu-pri-
matus af-
fectatio-
nem.

Quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in caelo; nec inter seruos Christi computabitur qui de primatu tractauerit: ne vnusquisque eorum festinet quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur. Quoniam non qui maior fuerit in honore inter homines ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. *Distinct. 40. Can. 12. Multi, ex Chrysostomo.*

Primæ sedis episcopus nõ appelletur princeps Sacerdotũ, vel summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantũ primæ sedis episcopus. Vniuersalis autem, nec Romanus pontifex appelletur.

Distinct. 99. Can. 3. ex concil. Africano.

Nullus Patriarcharum vniuersitatis vocabulo vnquam vtatur: quia si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc à fidelibus, hoc sibi velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorum minuere ex quâulacunque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem vnquam, etiam suis in epistolis, vniuersalem nominet, ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem infert in debitum. *Ead. distinct. Can. 4. Ex epist. Gelasij ad omnes Episcopos.*

Ecce in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum qui prohibui, direxistis, superbè appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicens, imprimere curastis, quod (peto) mihi dulcissima sanctitas vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur quod alteri plusquam ratio exigit proberetur. Ego non verbis quæro prosperari, sed moribus: nec honorem

remesse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque est honor, vniuersalis Ecclesie: meus honor, est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me Papam vestra Sanctitas dicit, negat se hoc esse quod me fateretur vniuersum. Sed absit hoc: recedant verba quae vanitatem inflant & charitatem vulnerant. *Ead. distinct. Can. 5. ex Gregorij Epist. ad Eulogium patriarch. Alexand.*

IHSVVITA.

Ita est necessarium in Ecclesia caput visibile, vt si nullum à Christo constitutum foret, vehementer optari ab omnibus oporteret. Paulo post. Quid sequetur incommodi, si quod in omni repub. est optimum, id etiam fateamur. Christum in sua Repub. constituisse? Scriptura enim sacra id non aduersatur, qua in utroque testamento nihil horum vlla vquam cautione vetuit. In Iudeorum nempe Synagoga, in qua tanquam primis lineamentis maiestas Ecclesie Catholice adumbrata fuit, vnus Aaron cum posteris suis praefectus est sacris, illisque rebus quae ad populi institutionem & spirituale directionem faciebant: non modò vt Doctòr, vel inspector, vel ceremoniarum curator: sed vt verus cum imperio & auctoritate princeps. Qui (inquit lex) noluerit obedire Sacerdotis imperio, ex decreto iudicis moriatur. In Euangelio qua fuerit mens Christi in constituenda Ecclesiastica poluina, vel ex ipsa Apostolorum ambitione intelligitur. Quoties enim saluator discessus sui ex hoc mundo mentionem se-

cisset, statim vel taciti secum cogitabant, vel inter se disceptabant, quis ipsorum esset maior, vel etiam quarebant quis futurus esset maior in regno cœlorum, in Ecclesia nempe, quam nomine regni cœlorum toties à Christo vocari audierant: adeoque primatus iste animis rudium cogitationibusque adhuc insidebat, ut nouissima Cœna, cum audita mentione proditoris, & mortis instantis mœrore afflicti debuissent, facta sit tamen contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Intelligebant enim necessarium esse pastorem, qui discedente Christo vniuerso gregi præset. Audierant illi quidem Petro alias dictum: Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claves regni cœlorum, &c. Scriebant quoque staterem datum Christi & Petri nomine, tributum in ciuitate Capharnaum, qui à Patribus familias pro domesticis pendebatur, vnde videri poterat committendam Petro Christi familiam. Sed quod obscurius Christus sæpe loqueretur, varijsque parabolis veritatem tegeter, non aperte intelligebat. Petrum ad hoc minus obcundum designari, donec post contentionem in postrema Cœna, his verbis Petrum compelleret: Ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: & post resurrectionem à mortuis, Pasce agnos meos, pasce oues meas. Ex eo enim tempore, nulla amplius controuersia vel questione mota, omnes Beato Petro primas detulerunt: & ipse Petrus, curam commissi gregis agnoscens, officio suo nõ defuit. Collet. enchirid. controuers. pag. 123. &c.

Petamus pro Petri successore ex veteri Testamento

mento haud infirmum argumentum. Cum enim in eo vnus perpetuò fuerit summus Pontifex, cui successum fuit, Aaron primò, tum Eleazarus & deinceps alij: quid ni summo Sacerdoti noui Testamenti, Petro videlicet succedatur? Aduersarius, sacris, respondebit summum Pontificem Iudeorum non fuisse typum & figuram alterius Pontificis quam Christi: & hoc in primis falsum est. Sed demus ita esse. Argumentum aque atque primò firmum est. Neque enim ex figura argumentamur & typo, sed à minore ad maius, euidenti sane ratione. Incredible enim est Synagogam auctore Deo indicem habuisse, qui controuersias de fide, de lege, de religione componeret: Ecclesiam non habere, praesertim cum Ecclesia id sit multò magis necessarium, quae ex tam varijs nationibus, linguis, ingenijs, institutis emergerit. Iesuitæ Posnanienses, in disputationib. pag. 163. 164.

Angelus dixit virgini de Iesu, Luc. 1. Et dabit illi Dominus Deus, sedem David Patris eius. Hoc enim promiserat Deus David regi, de Salomone filio inquitens, & firmabo regnum eius, & stabiliam thronum eius vsque in sempiternum. Impletum est ergo hoc in regno Ecclesiae, hoc est enim regnū Christi, non temporale, sed Spirituale: quia huius regni non solum in corpora est potestas, sed etiam in animas: quae potestas est de caelo data, sicut ipse Dominus Pilato dixit, regnum meum non est de hoc mundo. Hoc, inquam, est regnum quod Iesus Christus regnat in terris de caelo secundum humanita-

tem, in quod transtulit regnum David terrenum. Hac est monarchia Romanorum, id est, Ecclesie catholice Romanae, cuius fides, ut Apostolus testatus est, annuntiatur in uniuerso mundo, quam monarchiam elegit Christus, ut hic ait Apostolica doctrina. Quod si Ecclesia Catholica est monarchia Christi, quae visibilis est, ergo elegit Christus in ea monarchiam, qui esset quoque visibilis. Natura enim ipsa docet nos, quod si quis in aliquo loco regnare vult, ubi non est per se visibiliter versaturus, necesse est, ut aliquem constituat, in quo & per quem regnat visibiliter, & non tantum inuisibiliter. Christus igitur quia noluit regnare visibiliter in hoc regno, quia neque decebat, oportebat ut eligeret, qui loco inuisibilis monarchiam visibilem visibiliter gereret, qui fuit primus B. Petrus, cui commisit ut uniuersi mundi oues pasceret, cum ei dicit, Pisce oues meas. Sic enim omnes interpretes & doctores Sancti, Graeci & Latini, semper intellexerunt & interpretati sunt. Nec vllum vnquam veterem auctorem Catholicum, qui aliter intelligeret aut interpretaretur, Protestantium magistri & scriptores producere poterunt, nec vnquam poterunt. Cura itaque omnium & potestas in eas, monarchia est & dicitur: & monarcha qui huic curae praest, & hanc potestatem à Christo monarcha inuisibili & omnipotente accepit. F. Turrian. defens. adu. Sadecelem. lib. 2. pag. 97. 98.

Gratia

Gratianum audiuius primatum in ecclesia Ca-
 tholica cuiusque affectatores damnantem: nomen princi-
 pis sacerdotū, aut Sacerdotis summi, aut episcopi vniuer-
 salis nulli permittentem. Gregorij, cognomento magni,
 ad Eulogium, scriptæ epistolæ de eodem negotio frag-
 mentum ex Gratiano subiunxit. Iesuuitæ contra, Pon-
 tificem Romanum caput visibile totius Ecclesiæ, Sacro-
 rum principem, pontificem maximum, Sacerdotem sum-
 mum, & Monarcham indignant: argumentis huic sectæ
 perpetuis, id est homonymijs, petitionibus principij, i-
 gnoracione elenchi, & eiusmodi Sophisticis argutijs te-
 roni Regnum Christi cum polijs mundi confundunt, Aa-
 ronis Pontificatum in Ecclesiam Christianam inuehunt:
 Ambitiosos dicunt Apostolos fuisse, cum de primatu
 contendere: & tamen volunt à Petro primatum ita su-
 ceptum fuisse, vt solis episcopis Romanis tantæ super-
 biae nomen & effectum reliquerit. Quam impudenter
 autem Posuanenses axioma illud Theologicum, sum-
 mum Iudaeorum Pontificem non fuisse typum & figu-
 ram alterius Pontificis quàm Christi, falsum esse in pri-
 mis asserunt: Minime autem illos iuvat Sophisma, quod
 vocant à minore ad maius, & apodicticum: videlicet, Si
 Ecclesiæ Iudaicæ necessarium fuit Iudicem habere qui
 controuersias de fide componeret, id Ecclesiæ Christia-
 næ multò magis esse necessarium, quæ ex tam varijs na-
 tionibus, linguis, ingenijs, institutis emerfit. Nā Christus
 ascendens in altum dedit Ecclesiæ Catholicæ dona, reli-
 quitque functiones Ecclesiasticas, partim extraordinarias
 & temporarias, vt Apostolos, Prophetas, Euāgelistas: par-
 tim ordinarias & perpetuas, vt pastores & doctores, ad æ-
 coagmentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad æ-
 dificationem corporis Christi, donec euadamus omnes in
 unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum,
 ad mensuram staturæ adulti Christi: vt ne simus amplius
 pueri, qui fluctuemus & circumferamur quouis vëto do-
 ctinæ in hominum alea, veteratoria ad insidiosè fallen-
 dum versutia: sed veritatem sectantes cum charitate
 prorsus adolescamus in eū per omnia, qui est caput, nem-
 pe Christus. Hæc sunt verba D. Pauli ad Ephes. cap. 4. qui-

bus si Iesuuita repugnare pergunt, infania sua fruuantur. Apostoli enim auctoritatem istorum nebulis opposuisse sat est. Cæterum Turrianus, more suo pergens, Monarchiam Pontifici tribuit, Gratiani Canones palam conspuens. Priori autem disputatione adu. Sadeelem cap. 18. multis paginis seipsum & lectores miserè agitat, ut iouitis Gratiano & Gregorio summum Sacerdotium, principatum, & vniuersalis episcopi nomen Pontifici suo conferuet. Pauca quædam describemus, ut ingenium Iesuuiticum appareat.

Qua fronte (inquit) quod in Synodo Mileuitana decretum est, seu potius renouatum, & ex tertia Synodo Carthaginensi, c. 26. repetitum, ut episcopus primæ sedis non appelletur princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, aut aliquid huiusmodi, sed tantum primæ sedis Episcopus, hoc ad Episcopum Romanæ sedis referre audetis? & quod magis ridiculum est, non aduertistis, vos vobis contradicere. Cum enim Episcop. Rom. episcopum primæ sedis vocari & esse conceditis, primatum ei, licet inuisi & nescientes, conceditis. Quomodo enim primatum inter reliquas alias sedes esse poterat, nisi primatum inter eas haberet? Cum enim Romana non sit prima sedes in his aut illis prouincijs, ut est Carthaginensis prima in prouincijs Africa, Alexandrina prima in prouincijs Egypti, Antiochena item prima in suis, relinquatur ut sit prima sedes in omnibus prouincijs Ecclesiæ Catholice, aut nusquam est prima. Habet igitur potestatem in episcopos omnium prouinciarum, ut habet, propter eius formam, Alexandrina sedes potestatem in suarum prouinciarum episcopos, Antiochena item in suarum, & Carthaginensis in episcopos Africæ. Aut dicant aduersarij, si sciunt aut vsquam legerunt, in

quarum provinciarum episcopos habeat private potestatem prima sedes episcopi Romani, quam ipsi confitentur appellatam esse in Synodo Carthagin. primam sedem. Aut si dicere non possunt, superest ut confiteantur esse quidem illam primam sedem, sed inter nullas alias, quo nihil potest esse magis delirum, vel primam esse inter reliquas omnes. Sic isti sapientes, iuxta verbum Domini, in astutia sua comprehensi sunt.

Hoc vulg. Tutrianus:

Quicumque est primæ sedis Episcopus, is in alias sedes habet primatum.

Pontifex Romanus est primæ sedis Episcopus.

Ergo in omnes Ecclesias habet primatum: & vi consequentis est princeps Sacerdotum, aut summus Sacerdos, & monarcha visibilis Ecclesiæ Catholicæ.

Primum omnium dico pugnacem istum Iesuitam verba Gratiani conuellere non posse, nec, præ iracundia, Canonum mentem aduertisse. De nominibus enim & superbis titulis agebatur, quibus sublatis de re ipsa inter dissidentes theologos placidè agendum fuit. Sed Iesuita veritus ne superbiæ appellatione sublata tyrannis Pontificum tandè tolleretur, ac rē *λογιστικῆς* instituit. Quum verò à Sadeele validis telis, ex theologico & Scholastico armatario depromptis, gloriosus iste miles, pridem sit confossus, paucis vni istius argumenti expendere nobis liceat. Quod ad minorem propositionem attinet, prima sedes quidem à veteribus Roma dicta est, tum propter urbem & imperij dignitatem, tum quod de Petri & Pauli in ea Ecclesia predicatione & passione multa præclara à veteribus proposita, episcoporumque nonnullorum Romanæ Ecclesiæ fides, doctrina constant: æque, maximo in pretio apud omnes haberetur. Inde frequenter factum est ut Episcopo Romano prima sedes in Concilijs tribueretur: quemadmodum necesse est in consensibus Ecclesiasticis & secularibus aliquem cæteris præesse, qui prior loquatur, collegarum suarum sententiam audiat, actionem denique totam moderetur, ut omnia decenter

& ordine fiant. Pontificem Romanum autem primis illis temporibus perpetuū ~~destitit~~ fuisse negamus. Quum verò diuinus episcopatus in humanum degenerauit, & Romani Pontifices primatum in Ecclesia ambierunt, tituli istius eos fuisse amantiōres non diffiteor, ita tamen vt ab alijs episcopis in ordinem aliquoties cogereatur. Tandem post varias de primatu contentiones, Romanus alijs patriarchis depulſis, & Imperatorum fauore armatus, Pontificum omnium Pontifex & ipsorum etiam Imperatorum Imperator apparuit. Maior verò luce icciget, nec enim qui primus sedet aut loquitur, aliorū prima & princeps perpetuus nec semper est: neque id ordinis aut honoris necessitas postulat. Sed quid ista omnia ad Antichristum Romanam, qui nec est episcopus, neque aliam sedem quam tyrāni & hominis perditū retinet? Veterem sedem nobis restituat, Episcopi munere fungatur: tunc cum alijs Episcopis non de primatu, sed de Christi gloria promouenda regnōque instaurando certe cogitabit. Conclusio autem Turrianica, vt maior propositio, falsa est & malè cohæret, sicut ex rectè differēti legibus cordato lectori est manifestum.

Alio Sophismate postea Gratianum adoritur Turrianus, quando addit,

Canon igitur Concilij Africani, à Gratiano relatus, distinct. 99. c. primæ sedis, de episcopo Romano non potest intelligi. Sancitus est de primatibus Africa, id est, de Episcopis primarum sedium in Africa. Illud autem (vniuersalis autem nec etiam Romanus pontifex appelletur) non est ex Canone Concilij Africani, sed ex Gratiani rubrica (sic vocant summas capitum inscriptas singulis capitibus) in caput proximè sequens epistola Pelagij pontificis. Qui quidem prohibuit, vt nullus patriarcha vniuersalis appellaretur, quia qui se sic appellaret, se solum patriarcham appellari velle videretur.

Sed

Sed etiam, si Turriano demus verba ista (*vniversalis autem nec etiam Romanus pontifex appelletur*) esse rubricam Gratianicam in caput sequentis epistolæ: cur Romanus pontifex vniversalis appellatus est, quâ Canone sequenti Gratianus obiectioni Turrianicæ velut occurrens, ex Gregorio neminem vniversalium Papam aut Episcopum vellet appellari? Hic Turrianus multa effutit, quorum summa est, Episcopum Romanum vniversalis Ecclesiæ esse episcopum, sed vniversalium episcopum nolle se vocari. Quid ita? Vniversalis episcopus (inquit) significat non alium esse episcopum, vt si de aliquo diceremus eum esse vniversalium hominem, significaremus scilicet esse eum vniversalium hominem, id est, nullum hominem præter ipsum esse in mundo. Audis acutum disputatorem, accidens cum substantia confundentem, ludentem homonymiis, & argentias nescio quas nobis fabricantem, vt, episcopo suo, non amplius Catholico, fideat. Sed iam longius progressi sumus, quam huius collationis ratio postulat. Alias igitur tertij huius capituli Sectiones persequamur.

III.

GRATIANVS.

Non est facile stare in loco Petri & Pauli, scilicet tenere cathedram regnantium cum Christo: quia hinc dicitur, Nō sanctorum filij sunt qui tenent loca Sanctorum: sed qui exercent opera eorum.

Distinct. 40. Can. 2. ex Hieronymo.

Nos qui præsumus, non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus: nec urbium claritate, sed fidei puritate.

Ibid. Can. 3. ex Gregorio.

Non loca vel ordines creatori nostro nos proximis faciunt: sed nos aut merita bona ei coniungunt, aut mala disungunt. *Ibid. Can. 4.*

Sine doctrina sincera seu fidei puritate & bonis operibus. personalem successorem seu rem nihili dānar Gratianus; & optimè quidem Maius enim iudiciū sibi accersit tyrannus qui pio principi succedit. Porro videtur Gratianus tacitè refutasse inanem Symmachi pontificis iactantiam, priore huius distinctionis Canone expressam, in qua ille, sibi met contradicens, ait, Non nos beatum Petrum (sicut dicitis) à Domino cum sedis privilegio, vel successores eius peccāci iudicamus licentia accepisse. Deinde addit. Ille quippe perennem meritorum dotem cum hereditate innocentie transmissit ad posteros. Quod illi concessum est per actum lucem ad illos pertinet quos per conversationis splendor illuminat. Ille quippe sanctum dubitat esse, quem apex tantæ dignitatis attollit. In quo si desinit bona acquisita per meritum, sufficiens quæ à loci predecessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut eos qui eriguntur illustrat.

Ita fiet, si Symmacho fides adhibetur, ut lupus pastori succedens, fidus custos gregis evadat. Noxæ pontificiæ, quas sequentes Canones dissipant. Sed quid letuitæ, Symmachi commilitones, affirmant, iudicamus.

I E S V I T A.

EST O, fuerint quidem Pontificum, in propria salute promovenda negligentiores, aluerint si mul. ates, studuerint congerendis pecuniis, qua siverim familia splendorem: ut autem ad se nihil pertauerint pertinuisse ovile Christi, quibus rationibus probabitur, aut quis huius criminis testes producentur? Item. Sed fuerint negligentiores, non solum in propria, verum etiam totius Ecclesie salute procuranda (neque enim homines esse desinunt qui Petri successores & Christi vicary in Romano sede conspiciuntur) quomodo probabitur, quod controuersie caput est, communem omnium salutem ipsos vel oppugnasse, vel impedivisse? Item. Non asserimus Romanos Pontifices labi non posse: neque

que asserimus leuia tantum fuisse, & facile prome-
 misse veniam quacunque ab illis patrata sunt pec-
 cata. Duxerit licet ipsorum pars maxima vitam
 inculpata & praluxerit egregia virtute: omnes ta-
 men à crimine absoluerit, & asserere humanū pas-
 sus esse nihil, omnium est se vocibus opponere. Non
 enim par ipsis collata est potestas in iis definiendis
 statuendisque, quæ communem salutem concernunt
 & propriis moribus componendis. Possunt propria
 salutis iacturam facere: labi possunt, & lapsi sunt
 quidem illorum grauius: ne verò à fide quandoque
 deficiat, Christi obrinuit oratio, &c. P. Thyreus, in
 disput. de nouo & falso Antichristo, the. 178.
 180. 262. 263. 264. 265.

Fatentur fieri posse ut Petri successor idola co-
 lat, apud se forte de fide non rectè sentiat, adeo-
 que diabolicis artibus operam nauet, quæ ut sunt
 homines peccata, ita nobis Dei benignitatem cla-
 rissimè testantur, qui per tam putidos canales, sua
 ad nos dona transfundit. Coster. enchirid. con-
 trouerf. pag. 137.

IIII.

GRATIANS.

Paulus Petrum reprehendit: quod non aude-
 ret, nisi se non imparè sciret. *Causa 2. quest. 7.* De Apo-
 stolorum inæquali
Can. 33. ex Hieronymo super epistolam ad Galatas; potestate.
 Caput hoc (inquit noua editio decreti, Gregorij 13. iussu fa-
 cta) quod citatur in plerisque exemplaribus ex B. Hie-
 ronymo, & in aliquot ex B. Augustino, in neutrius li-
 bris inuentum est: sed in glossis ordinaria adeo verba ig-
 noris epistolæ ad Galat. In faciem eius restitui additur hæc in-
 terlinearis explicatio, quod non audeat, nisi se non imparè senti-
 re. Et in cōmētariis Ambrosii in eundem locū hæc legatur.

Nam quis eorum auderet primo Apostolo, cui clauis euelorum dominus dedit, resistere, nisi alius talis qui fiducia electionis sua sciens se non imparem, constanter improbare, quod ille sine consilio fecerat?

Quod Gratianus addit, Hoc non de officio Ecclesiasticæ dignitatis sed de puritate vite & sanctitate conuersationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat. caret ratione & à D. Hieronymi sensu prorsus est alienum, vt etiam liquet cordato lectori ex diligenti consideratione circumstantiarum huiusmodi quæ recitatur 2. cap. ad Galat.

Beati Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt: verum inter ipsos, quis cui præponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione, & simili eos martyrij gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putemus, quod vna die, vno in loco vnus tyranni tolerauere sententiam. Vna die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent: vno in loco, ne alteri Roma deesset: sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? In vrbe Roma, quæ principatum & caput obtinet nationum: scilicet vt vbi caput Superstitionis erat, illic caput quiesceret Sanctitatis: & vbi gentilium principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morarentur. *Causa. 2. quest. 7. Can. 37. ex Ambrosio.*

Loquitur Dominus ad Petrum, Ego dico, tibi, inquit, quia tu es Petrus, & super istam Petram ædificabo Ecclesiam meam. Super vnum ædificat Ecclesiam: & quamuis Apostolis omnibus post resurrectione

surrectionem suam, parem potestatem tribuat, & dicat, Sicut me misit Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum Sanctum: tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vti que & ceteri Apostoli, quod fuit & Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis. Sed exordium ab vnitatem proficiscitur: vt Ecclesia vna monstreretur. *Paulo post.* Hanc vnitatem tenere firmiter & vendicare debemus, maximè Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus: vt episcopatum ipsum vnum atque indiuisum probemus. Nemo fraternitatem mēdacio fallat, nemo fidei veritatem per fida præuaricatione corrumpat. Episcopatus vnus est: cuius à singulis in solidum pars tenetur: & Ecclesia vna est, quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur. *Et infra.* Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit: vnum tamen lumē est quod vbique diffunditur: nec vnitas corporis separatur. Ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit: profluentes largiter riuos latius pandit: vnum tamē caput est, & origo vna, & vna mater est fœcunditatis successibus copiosa. *Causa 24. quest. 1. Can. 18 ex Cypriano Papa, lib. de vnitatem Ecclesie.*

I E S V V I T A.

Potestas remittendi peccata transit ab Apostolis in omnes eorum successores per hierarchicam ordinationem. Quæ enim Apostolis ad communem Ecclesie vnitatem data sunt, ea per ipsos posteris sunt etiam communicata. Paulo post. Ex his verò verbis, qui ita omnium Apostolorum æqualem potestatem & dignitatem colligunt, vt inter eos Pe-

Gg. j.

trus principatum nullum obtineat male sanè ra-
 tiocinantur. Et si enim omnibus equalis esset po-
 restas, non eodè tamen modo omnibus concessa est.
 Petro enim singulariter & primò hæc potestas con-
 cessa est: aliis verò, quia vnus vnus domus Dei gu-
 bernationi aliter sufficere nõ poterat, per illum v-
 num Petrum scilicet. Alioquin sanè eadem ratio-
 ne colligere licebit, reliquos etiam discipulos Apo-
 stolis æquales fuisse. Ex his enim quidã adertant,
 cum hæc verba Dominus enunciarer, vt ex 24. ca.
 Luca manifestum est. Et tamen etiam si omnia o-
 mnibus hæc paria darentur, in quarta tamen appa-
 ritione omnibus Petrus præponitur. Item. D. Pau-
 lus, quamuis D. Petro inferior, cum Gentiliũ salu-
 tis ardenti studio flagraret, ad quod potissimum mis-
 sus erat, D. Petro in faciem restitit eumque repre-
 hendit. Vbi enim de fide agitur, ibi etiã ab infe-
 riore superior iurè reprehenditur. Sed cur, quem
 paulò ante Græcè Petrum vocabat, hic Syriacè po-
 tius Cepham vocat? An vt Chrysostomus, & ex
 Clemente Eusebius aiunt, quia hic Cephas non il-
 le Apostolorum princeps, sed ex 70. discipulis v-
 nus fuit? qui ab aliquibus putatur Martialis Epi-
 scopus Lemonicensis, ab aliis Cania præsul. An ve-
 rò, vt mutatione nominum, modum quoque repre-
 hensionis indicaret, vt non tanquam superiorem,
 sed tanquam Cepham, id est priuatum quempiam
 errantem reprehenderit, vt non male vult Catha-
 rinus. Sed quod prius ex eodem dixi magis pla-
 cet, authorib. D. Aug. Gregorio, Cypriano, quorum
 hic Petrum laudat, quòd se primatum habere non
 indicarit, vt modestè inferioris admonitionem fer-
 108a

ret. Rapedius, disput. de Sanctis Apostolis,
 ches. 34. 36. 75.

Miris Strophis Gratiano illudit Rapedius, vt Aposto-
 lo Petro inferiores esse probet. Sed, lector, expende hu-
 ius magistri sophismata. Vario modo (inquit) potestas
 Apostolis concessa est. Petro autē singulariter & primō.
 Ergo Petrus & eius successor est caput Apostolorum
 totiusque Ecclesiæ. Maior falsa est. Minor item: nulla e-
 rit singularis potestas Petro concessa est, quæ ab alio-
 rum a singulis diuisa sit: immo vnus est Apostolatus, cu-
 ius inferior pars in solidum tenebatur. Paulum Petro
 esse inferiorem negatur, non probat. Ridiculum autem
 est quod de Petro & Cepha garris: verba enim Apo-
 stoli ad Galatas somniū illud satis superque refellunt. Si
 primatum habuit Petrus, id Paulum non latebat, qui ta-
 men acriter eum obiurgauit, nec principem Apostolo-
 rum aut totius Ecclesiæ agnouit. Si non, vnde nobis tot
 plastra mendaciorum Iesuiticorum de Petri primatu,
 esto verò, fuerit Petrus primus Apostolus, & collegarū
 suorum primus: quid hoc ad Ecclesiam Catholicam? quid
 hic obtendere potest Romanus pontifex, Iuda: prodi-
 toris non Petri prædicatoris successor?

*Illud verò Cypriani quod secum facere, non in-
 telligentes, falso existimant: (hoc erant vtique
 ceteri Apostoli quod fuit Petrus, pari confor-
 matione præditi & honoris & potestatis) non signifi-
 cat quales remanserint Apostoli post primatum Pe-
 tro datum, sed quales antea erant. Antea primatum
 Petri pares erant honore & potestate: omnes
 numerantur Apostoli. Sed hoc non obstitit, quin
 vnus praponeretur: id est, licet omnes antea essent
 æquales, vnus tamen Petrus deinceps ceteris A-
 postolis prapositus est. Et infra. Si Episcopatus
 vnus est, vt dicit Cyprianus, est igitur vnus Epi-
 scopus, qui præest Episcopatu qui vnus est. Non
 enim potest esse, immo neque cogitari Episco-*

patus, sine episcopo, sicut neque sacerdotium sine Sacerdote. Dicit Cyprianus quis iste vnus Episcopatus: Ecclesia (inquit statim) vna est. Quæ prius dixit episcopatum vnum, dicit nunc Ecclesiã vnã, quæ (ut statim ait) per orbem totum radios suos porrigit. Itaque Ecclesia vna Catholica, cuius partes sunt omnes particulares Ecclesie per cunctum orbem diffusa est ille vnus Episcopatus, cuius à singulis in solidum pars tenetur: quia vnusquisque episcopus de episcopatu particulari, qui est pars illius vnus episcopatus, vniuersalis sibi ascripto redditurus sic rationem in solidum, id est vnusquisque de ea parte quã tenet solus rationem Domino est redditurus. Turrian. i. lib. Defension. aduerb. Sadeclẽm, pag. 212. 213.

Plura alia, Iesuitica fide congerit Turrianus, quæ lubens omitto: hic est enim scopus noster vt Gratianum anti-Iesuitam esse lector, & nouæ istius sectæ insignem tum in peruertendis Sacris literis, tum in corrumpendis patribus audaciã agnoscat. Attamẽ multiplicẽ fraudem Turriani in Cypriano torquendo paucis annotare libet.

I. Apostolos ante primatum Petri, æquales Petro fuisse concedit: non autem post. Cõtra Gratianum ex Cypriano, *Apostolis omnib. post resurrectionem suam Christum primatrem potestatem tribuit.* Constituunt autem Iesuitæ sunt ante Christi mortem. Respondet fortasse Iesuita, primatus potestatem absolutam fuisse quum Petro dictum est, *Pasce oues meas,* post resurrectionem. At etiam alijs dictum est, *Sicut me misit Pater, & ego mitto vos.* Missus autem est Christus, pastor bonus, vt colligeret & pasceret oues & agnos. Igitur Apostoli missi sunt cum Petro ad pascendum gregem. Ratio autem huius dicti ad Petrum, *sepis* explicata est ab Orthodoxis Theologis, quã repetere colla-

collatio à me instituta non patitur. Præterea, ostendat Ieruita an Petrus magis quàm Paulus gregem Christi pascit: nec enim seculi huius vanos honores captauit D. Petrus. Deinde, etiam si concederem quod miserè & futi- liter postulat Turrianus, quid ista ad Romanum Anti- christum?

2. Si episcopatus vnus est, & vnus etiam Episcopus, sicut vna Ecclesia: Ergo Pontifex Romanus Petri succes- sor est vnus vnus Episcopatus seu Ecclesiæ Catholiciæ Episcopus. Hoc dicit Turrianus, qui alibi Episcopi vni- uersalis nomen Pontifici suo denegat: & tamen vult vñ esse Episcopum & Episcopatum. Oedipus ille ænigmata ista nobis aperiet. Quid respondebit autem Cypriano addenti, (quod à Gratiano omissum est) *Pastores sunt om- nes, sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus vnani- mæ consensione pascitur?* Illud videlicet, super Cathedram Petri fundatam esse Ecclesiam: fraternitatem vniuersam vni Episcopo obtemperare debere. Quod ad Cathedram Petri attinet, Cyprianus seipsum explicat. *Vt vnitatem Christus manifestaret, vnam Cathedram constituit, & vnitatis eisdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Postea addit, Quam vnitatem firmiter tenere & vindicare de- bemus, maxime Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, ut Episco- patum quoque ipsum vnum atque indiuisum probemus.* Sacra- tum istius vnitatis addit à beato Paulo fuisse osten- sum, dicente, *Vnum corpus & vnus Spiritus, vna spes vocatio- nis vestre, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.* Vnitas veræ fidei & sinceræ Charitatis est Cathedra à Christo constituta, & ab vno inchoata, id est Petro, qui omnium nomine respondens vnā & solam fidem professus est. Cathedra verò: Iesuuitis est primatus, quem & si Petro apostolicæ sedis idolum Ecclesiæ Catholiciæ esse monar- cham. Singulis pastoribus est quidem portio gregis as- scripra, nec vnitas scinditur, aut grex dissipatur, sed vt v- nanimi consensione ab Apostolis, ita etiam à Christianis Episcopis & pastoribus pascitur. Si autem vnusquisque de parte sua rationem Domino est redditurus, in vtram- que aurē summus ille Pontifex quiescat, quippe cui curis

soluto, ambitionem & luxū in sinu fouere licebit. Si verò episcopus vnus est & vnū possidet Episcopatum, quā partem alijs relinquet? At ineptum seu Turrianicum est cfugium illud, A singulis in solidum pars episcopatus tenetur, id est vnusquisque de ea parte quam tenet rationem Domino est redditurus. Immo verò, ad vnitatem ista referri debere tota Cypriani disputatio euidenter ostēdit.

Alterum Sophisma, de fraternitate vniuersa quæ vni Episcopo obtēperare debet, excutiamus. Inde colligunt Iesuuitæ, Cyprianum (cuius ista sunt) iussisse Christianos omnes, per vniuersum orbē sparsos, vnius episcopi Romani dicto audientes esse debere. Extant verba in epist. Cypriani ad Cornelium, quem fratrem nominat, cuius incitium est, *legi literas tuas: ex quibus attento lectori constabit Cyprianum id sentisse, ad vitanda schismata vnum in vna diocesi, non vnum qui omnibus Ecclesijs impeteret, episcopum esse debere: quod colligi facile potest ex alio loco, epist. ad Antonianum, Accepi literas, &c. & refertur à Gratiano, caus. 7. quest. 1. Can. 5. cum post primum secundus esse non possit, quisquis post vnum, qui solus esse debet, factus est, non iam secundus illo, sed nullus est.* Pamelius hæc accommodat ad Pontificis primatum & vnicum Episcopatum, sed non aptè, vt cuius non cursim legenti patefiet. Aliquot testimonijs sententiā nostram confirmamus. Quum Nouatus hereticus nefarijs artibus subnixus populum Romanum in partes distaxisset, sub quoque omnes, nunquam se ad Cornelium Episcopum Romanum redituros, solenni Sacramento obligasset, atque hoc modo vnum episcopatum in duos diuulisset, duosque episcopos in vnam ciuitatem inuexisset. Cornelius ea de re, vt refert Euseb. lib. 6. cap. 35. apud Fabium episcopum Antiochenum per literas conquestus, inter multa hæc ait, *Nouatus omnino præterijt vnum solum Episcopum oportere esse in Ecclesia Catholica, in qua tamen non ignorabat presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, &c.* Certè, de vniuersa orbis terrarum Ecclesia non est loquutus, sed suā solummodo Romanam, propriamque Ecclesiam significauit. Similiter cum Episcopus Ioannes (teste Socrat. lib. 6. cap. 20.) Silinnium Nouatianorum Episcopum

pum videret, sic ad eum inquit, *Una ciuitas non potest duos episcopos habere.* Sic Hieronymus, in 1. ca. epist. ad Titum, & si omnium presbyterorum, diuinæ legis auctoritatem vnam æqualēque potestatem agnoscit, tamen homines postea vitandæ cōtentionis causa ait vnū in singulis vrbibus constituisse qui ceteros fratres ordine quodam & disciplina contineret. Hoc modo totius Ecclesiæ concordia est conseruata: hoc modo omnes Ecclesiæ instar vnus facte sunt, omnesque episcopi quasi vnus extiterunt. Quisquis enim ab vno dissensit ab omnibus diuinctus est. *Ecclesia* (inquit Cyprian. lib. 4. epist. 9.) *coheretium sibi inuicem sacerdotum glutine copulatur.* Et Hieronymus: *Episcopi nouerim in commune debere se Ecclesiam regere.* Hoc modo qui vnus Episcopus ad suum tēpus est Christi vicarius, & ad huiusmodi omnes Christus ait, *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit, me spernit.* Proin Ignatius ad Trall. inquit, Episcopus (in Ecclesia sua) *Dei Patris omnium typus est.* Cyprianus vero, *Hinc oriuntur schismata & hereses nascuntur, quod sacerdoti Dei (in particulari sua diocesi) non obtemperant.* lib. 1. Epist. 3. Alibi etiam, id est lib. 4. epist. 9. *Quis vnus episcopus (in particulari sua diocesi) non sunt, in Ecclesia non sunt.* Ignatius perinde loquitur in epist. ad Philadelph. *Quicumque Christi sunt, hi etiam cum episcopo (i. pastore Ecclesie in qua viuunt) sunt.*

Quare, ista verba Cyprianus generatim est loquutus de omnium episcoporum auctoritate quam in sua quisque diocesi obtinet: non autem de particulari aliquo episcopi Romani iure.

Fraternitas autem illa vniuersa Cypriano non est vniuersa totius Christianitatis communio per orbem sparsa, sed vniuersa distinctæ cuiusque dioceseos fraternitas. Sic enim in 4. epist. 1. lib. scribit fere per vniuersas provincias tenetur, vt ad ordinationes ritè celebrandas, ad eam plebem cui prepositus ordinatur, Episcopi eiusdem provincie proximi quique conueniant, & episcopus deligatur plebe presente, &c. Quod & apud nos factum videmus in Sabini collega nostri ordinatione, vt ex vniuerso fraternitatis suffragio episcopatus ei deferretur. Item, lib. 2. epist. 12. Merito illos reuertentes summo gaudio & clerici & plebi fraternitas omnis excepit. Vt autem huic

collationi finem imponamus, ex Cypriani epist. ad Fl. Papiam, lib. 4. aduersus Turriani cauillationes perspicuum addamus testimonium. Vnde (inquit;) schismata & hereses abortiæ sunt & oriuntur, nisi dum Episcopus qui vobis est & Ecclesie præest superba quorundam presumptione contemnitur, & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur? Quæ præcedunt & sequuntur conuincunt ista omnia Cyprianum Episcopum Carthaginensem de se dixisse. Quapropter eiusmodi locos Romanum tantum pontificem torquere, nec ad quemquam alium pertinere posse confidenter iactare, summæ cuiusdam fraudis fuit.

IIII.

GRATIANYVS.

De verbis
Christi,
Tu es Pe-
trus, &c.

FIDELIOR factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse desleuit, atque ideo maiore gratiam reperit quam amisit. Tãquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit: vt qui sibi ante infirmus fuit, fieret omnibus firmamentum: & qui se interrogationis tentatione murauerat, ceteros veræ fidei stabilitate fundaret. Denique propter soliditatem deuotionis Ecclesiarum Petra dicitur, sicut ait Dominus, Tu es Petrus, &c. Petra enim dicitur, eo quòd primus in nationibus fidei fundamentum posuerit, & tanquam saxum immobile totius corporis Christianitatis compagè molèmq; cõtineat. *Distinct. 50. Can. 48. ex Ambros. Serm. 47.*

Quoniam Christus est vnicum fidei fundamentum, nec aliud poni potest, teste Apostolo, quod additur tanquam saxum immobile, &c. ad Christum omnino referendum est. Petrum enim, quis ausit dicere esse fundamentum aut immobile saxum quod totius Ecclesie molè continet? Legendum ergo videtur, post *ro posuerit*, quod tanquam saxum immobile totius corporis Christianitatis

tis compagem moléque contineat, alioquin erunt ista
 & absurda. Siverò ex Serm. Ambrosij, cuius frag-
 mentum excerptum est à Gratiano, quod sequitur adda-
 mus, nihil erit difficultatis *Petra ergo* (inquit) *pro deuo-*
tione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur,
sicut ait Apostolus. 1. Corinth 10. Bibebant autem de Spiritua-
li consequente eos Petra. Petra autem erat Christus. Rectè con-
sortium meretur nominis, qui consortium meretur & operis. In
eadem enim domo Petrus fundamentum posuit, Petrus plantat;
Dominus incrementum dat, Dominus irriguum subministrat.
 Hactenus Ambrosius. At si Paulus plantauit, si fundamen-
 tum posuit, 1. Cor. 3. ex sententia Ambrosij æqualis Petro
 pronunciandus est. Idem dico de ceteris Apostolis. Porro
 Soliditas deuotionis seu solida deuotio Ecclesiarum ni-
 hil aliud est quam vera fides quæ in Christum recumbit:
 vt ex sequentib. Canonibus colligere licet.

Quodcūque ligaueris super terrā, erit ligatum
 & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictū est, nō hoc
 facit Ecclesia. Si autem in Ecclesia fit, vt quæ in
 terra ligantur, in cœlo ligentur, & quæ soluūtur
 in terra soluantur in cœlo (quia cū excommuni-
 cat Ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus, cū
 reconciliat Ecclesia, in cœlo soluitur reconcilia-
 tus) Petrus quando clauas accepit, Ecclesiam san-
 ctam significauit. Si in Petri persona significati
 sunt in Ecclesia boni: in Iudæ persona significati
 sunt in Ecclesia mali. *Caus. 24. quest. 1. Can. 6. ex*
August.

Ne autem Sophista quispiam Petri personā cum vera
 Ecclesia confundat, illud obseruandū est, Augustinum
 prius dixisse, tractatu videlicet 50. in Ioannem, *Si in Pe-*
tro non esset Sacramentum, non ei diceret Dominus, Tibi dabo
clauas regni cœlorum: quodcūque ligaueris, &c.

Tu es Petrus, & super istam Petram [i. inquit
 glossa, super fidei tuę soliditatem] ædificabo Ec-
 clesiam meam. Super vnum ædificat ecclesiam: &

quauis Apostolis omnibus post resurrectionem suam patrem potestatem tribuat, & dicat, Sicut mihi sit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum: tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit. Hoc erant vtique & ceteri Apostoli quod fuit & Petrus, pari consortio prae-dicti & honoris & potestatis. Sed exordium ab vnitatem proficiscitur, vt Ecclesia vna monstraretur. *Ibid. Can. 8. Loquitur, ex Cypriano, de vnit. Eccles.*

Superiori sectione in hunc Canonem satis multa scripta aduersus Turriani sophismata. Illi autem expendas lector, ceteros videlicet Apostolos pari consortio & honoris & potestatis cum Petro fuisse participes.

Omni-bus consideratis, puro me non temere dicere, salios ita esse in domo Dei, vt ipsi etiam sint eadem domus Dei, quae dicitur edificari super petram. Inquit glossa, *supra firmam Petram. Petra autem erat Christus.* de consecr. distinct. 2. re vera quae vnica columba appellatur, & c. quae domus etiam clauis accepit, ac potestatem soluendi & ligandi. *Ibid. Can. 20. ex August. lib. 7. de baptismo. cap. 51.*

Quia ex sola Ecclesia Catholica veritas conspicitur, apud se esse locum Dominus perhibet, de quo videatur. In Petra Moyses ponitur, vt Dei speciem contempletur, quia nisi quis fidei soliditatem tenuerit, Diuinam praesentiam non cognoscit. De qua soliditate Dominus dicit, Super hanc Petram edificabo Ecclesiam meam. *Ibid. Can. 22. ex Greg. in moralib. lib. 35. cap. 6.*

Ex superioribus Canonibus concludo, non vni sed vnitati, non membro quidem, sed Ecclesiae, id est Christi vnico

vnico Episcopatu, cuius à singulis Episcopis in solidum pars tenetur, clauces regni cœlorum fuisse datas. Deinde, Petram illam supra quam Ecclesia fundata est, non esse Petrum sed Christum ipsum & solidam in eum fidem. Anti-Gratianos autem audiamus.

I E S V V I T A E.

Potestatem clauium Christus ad remittenda peccata ministris Ecclesie, & imprimis Apostolo Petro, eiusque successoribus legitimis, ut potest summis Ecclesie rectoribus, commendauit. Canis. catechism. Iesuit. pag. 35.

Ministris Ecclesie non Apostolis dixit Iesuita, ut fucum incauto lectori faceret. At expressis verbi scripti testimonii istius vafrities refellitur. Ioan. 20. 23. Act. 1. 8. Ceterum Pontifices nouæ Ecclesie Romane legitimos esse Petri successores negamus. Tabulas diuinas exhibeant Iesuitæ, aut primum Pontificium primò humanum, tandem Satanicum euasisse, agnoscant.

Hanc Petri Cathedram, hunc Petri primum qui oppugnant, primum illi quidem magnificas promissiones Christo factas (Matth. 16. Ioan. 21. Luc. 22. Matth. 10. Ioan. 1. Matth. 17. Act. 1.) & mysticas regni cœlestis clauces illi vni traditas, aliæque multa de Petro, Apostolorum principe, ore, vertice, scripta non intelligunt Canis. catech. Iesu. pa. 132.

Promissiones Petro, sunt etiam facte cæteris Apostolis. Quod eius nomen mutatur, quod prior aut solus loquitur, primum potestatis minimè constituit. Vni illi autem clauces traditas fuisse, Iesuitæ nunquam euincunt ex verbo Dei: & quicumque veterum scripta (quæ Canis. ad marginem huius 132. pag. affixit) diligenter perleget, cæteros Apostolos clauis potestate priuatos fuisse, aut à Christo non donatos nunquam facietur. Quid sint autem illæ clauces, quo tempore datæ sunt, quo-

modo ijs Petrus sit: vsus, an solus, an eas alijs Apostolis tradiderit, quomodo, quo loco & tempore, acutissimi disputatores Iesuitæ nobis ostendant. Petimus & aliud, quas videlicet clauēs episcopis Romanæ Ecclesiæ reliquerit, quomodo veteres & noui isti Pontifices clauibus vsi sint? An ceteri Apostoli nullas clauēs habuerint, nullas reliquerint? Plaustra nugarum Iesuiticarum de Petri primatu, & de clauibus, possem Lectori exhibere: sed de his quaestionibus apud illos altum silētium. Vt autē Camisianæ fidei specimē habeat lector, percurramus quem citat ad marginem pro primatu Pontificis, locum ex Basilio magno. Busseus Iesuita, integrum adscribit, pag. 334. his verbis. *Petrus tertio abnegauit, & collocatus est in fundamento. Petrus dixerat iam antea, & beatus pronunciatu fuerat. dixerat, Tu es filius Dei excelsi, & vicissim audierat se esse Petram, ita laudatus à Domino. Licet enim Petra esset, non tamen Petra erat vt Christus. Vt Petrus petra erat. Nam Christus vere est immobilis Petra. Petrus vero propter petram. Accidit namque sua dignitate. Iesus largitur alii. Largitur autem ea non euacuatus sed nihilominus habens. Lux est: & vos estis lux mundi, inquit. Sacerdos est, & facit Sacerdotes. Ouis est, & dicit, Ecce ego vos mitto vos sicut oues in medio luporum. Petra est, & petram fecit. Quæ sua sunt largitur seruis suis. Argumentum hoc est opulenti, habere videlicet, & alijs dare. Andreas fuit lux, ouis, pastor, & missus à Christo sicut Petrus, cum Petro, ad pascendum gregem: Iacobus, Ioannes, &c. Si Christus petra, propter Christum Petra Ioannes, Paulus: alioqui non Apostoli, nec stat Basilij argumentatio. Vicissim fuit seruis Petrus, aut pastor? Evangelistæ aliter sentiunt & loquuntur. Viginti alia testimonia, eadē fide à Canisso producta non excutio, ne instituti nostri metas transilire velle videat.*

Quid clarius pro Petri supra omnes principatu à ceteris potuit quam illud Matth. 16. Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam? Christum enim ædificare Ecclesiam suam super hanc Petram, nihil aliud est, quam Christum Petrum

trum tanquam fundamentum in Ecclesia edificio constituere, quod tanquam saxum immobile, ut ait Ambrosius, Serm. 47. totius operis compagem molimque contineat. Si autem fundamentum Petrus, primum profecto locum in edificio habere debet (à fundamento enim incipit domus) is à nulla etiam edificij parte dependebit, ab ipso tamen vniversa, ut qua eius ope subsistant, inuicemque aptè cohereant. Petro igitur tanquam basi nitentur huius edificij columna & robora, Apostoli videlicet ceteri, non modo partes minutiores, alij nimirum pastores, ouiumque tota multitudo. Iesuuit. Posnaniés. in disputatione de principatu Petri. pag. 105.

Doctores Papistici de capite ministeriali varijs scriptis egerunt ut Antichristi tyrannidem fucarent. Nunc vero larua ista detracta, Posnanienses apertè constituent Petrum fundamentum Ecclesie, cui totum edificium innitatur. Distinctio aliorum hic prorsus tollitur. Christus, vnicum fundamentum, à Petro, Paulo, 1. Pet. 3. 1. Corinth. 3. Ephes. 2. reliquis Apostolis & Apostolicis vitis positum, euertitur. Quomodo autem explicandus sit locus epist. ad Galat. cap. 1. vbi Petrus columna appellatur, ipsi Posnanienses videntur. Vario (dicent) respectu: sed eadem questio recurrit, quis sit ille respectus. Nemo enim aliud fundamentum ponere potest, præter id quod est positum, quod est Iesus Christus. 1. Corinth. 3. 11. Locum Ambrosij paulo ante expendimus.

Aduersarij per Petram in verbis Christi, Christum intelligi volunt: alij confessionem fidei, vel ipsam fidem quam Petrus confessus est. Sed utriusque falluntur æquè: nam in primis, si diuine Scripture interpretes patres illos veteres consulamus, doctissimam quæmque ut modo Catholicos Christi verba

explanasse (videlicet, super hanc Petram, id est, super te Petrum) comperiemus: quorum eò certior & verior habenda est expositio, quo magis in re se consentiant, & ab etate presente, qua hac de verborum Christi sententia controuersia orta est, remotiores extiterunt. Hi sunt Hieronymus in Matthæum, Chrysostomus in Matthæum, Cyprianus in epistola ad Quintum, 71. 69. 55. 63. libr. de unit. Eccles. lib. de exhort. ad Mariyr. c. 11. l. de habit. l. de pudic. Hilarius in Matth. & lib. 6. de Trinit. ante medium. Augustinus in Psal. 15. & 69. lib. 1. retract. cap. 21. Epiphanius in anchorato. Basilus lib. 2. cont. Eunomium, & in Esai. 2. Cyrillus lib. 2. in Ioannem, cap. 12. & lib. 2. thesau. Ambrosius, Serm. 47. Maximus item, Leo, Gregorius, Athanasius, Theophylactus, Psellus, Euthymius, Origenes, Procopius Gazæus, Nazianzenus: quos omnes in unam fidem errasse, ut Tertulliani verbis utar, per mirum est, & scribas doctos in regno caelorum verum sensum Scripturae non percipisse, homines autem animales, non percipientes ea quae sunt Spiritus Dei, veram Christi sententiam affecutos. Iesuuit. Posnan. ead. disp. pag. 106. 107. &c.

Aduersarios vocat Iesuuitæ quosdam nostræ ætatis theologos: sed quis non videt eos in Veteres à Gratiano citatos impetum facere? Multorum autem multa congerunt testimonia, quibus ostendere se putant, hæc verba [super hanc Petram] idem significare, ac si Christus dixisset super te Petrum. Ne verò Thrasones isti, ut solent, nimium gloriatur, necesse est locos ab ipsis citatos, in lectoris

lectoris gratiam excutere, vt fides & conscientia Iesu-
tica magis conspicua fiant.

1. Hieronymum aiunt scripſiſſe, Quid eſt quod
ait, & ego dico tibi? quia tu mihi dixiſti, Tu es
Chriſtus Filij Dei viui: & ego dico tibi non ser-
mone caſſo, & nullũ habente opus, ſed dico, quia
meum dixiſſe & ſeciſſe eſt. Quia tu es Petrus, &
ſuper te ædificabo Eccleſiam meam. At omiſerunt
precedentia & ſubſequentia Hieronymi verba,
quæ addemus, vnde colligere non difficile erit.
Hieronymum aliud quàm Ieſuicæ putant ſenſiſ-
ſe. Petrus inquit, ex persona omnium Apoſtolorum
proſequitur: Tu es Chriſtus filij Dei viui. Paulo poſt.
mercedem recepit vera confeſſio. Et infra. Quid eſt
quod ait, & ego dico tibi? Quia tu mihi dixiſti, Tu es
Chriſtus Filij Dei viui: & ego dico tibi, non ſermone
caſſo, & nullũ habente opus ſed dico tibi (quia meum
dixiſſe ſeciſſe eſt) Quia tu es Petrus & ſuper hanc
Petræm ædificabo Eccleſiam meam. Sicut ipſe lumen
Apoſtoliſ donauit, vt lumen mundi appellaretur, ca-
teræque ex Domino ſortiti ſunt vocabula: ita & Si-
moni qui credebat in petram Chriſtum, Petri largitus
eſt nomen. Ac ſecundum metaphoram petræ, recte
dicitur ei, ædificabo Eccleſiam meam ſuper te.

Vides, Lector, verba illa [*ſuper te*] referri ad ea
quæ prius dicta ſunt, videlicet ad Petrum, ex
persona Apoſtolorum, in Chriſtum Eccleſiæ pe-
træ, credentem. *Super te*, igitur, id eſt, ſu-
per Petræm quam omnium nomine confeſſus es,
in quam credis & quam ceu ſolidum fundame-
tum pones, vt hæc doctrina quæ Ieſum Chriſtum
Filium Dei viuentis proponet, appellabitur fun-
damentum Apoſtolorum, id eſt, ab Apoſtoliſ

positum ita vt etiam super Apostolos Ecclesia fundata dici possit, quoniam videlicet vt periti architecti fundamentum illud, quod est Christus, posuerunt. Porro audiamus quæ subficiuntur à Hieronymo. *Vt porta inferi non preualebunt aduersus eam. Ego portas inferi reor vitia atque peccata: vel cerè hæreticorum doctrinas, per quas ille Et homines ducuntur ad Tartarum. Nemo itaque putet de morte dici, quod Apostoli [nominat Apostolos, non Apostolū aut vnicum Petrum, vnde liquet superiora ad omnes applicanda esse] conditioni mortis subiecti non fuerint, quorum martyria videat coruscare. Et dabo tibi clauēs regni cælorū. Er quodcunque, &c. Istum locum episcopi & presbyteri non intelligentes, aliquid sibi de Phariseorum assumunt supercilio: vt vel damnent innocentes, vel solueret se noxios arbitrentur: cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur.*

Nullum hîc verbū, vel in sequentibus (quæ describere nimis prolixum foret) audio de primatu aut principatu Petri, aut pontificū Romanorum, sed de potestate Ecclesiastica, Episcopis & Presbyteris, id est, Apostolorum successoribus, commissa.

Citant præterea Posnaniens. locum epist. Hieronymi ad Damasum, vbi ait: *Cathedram Petri & fidem apostolico ore (Rom. i.) laudatam, census consulendam, inde nunc meæ animæ postulās cibum, unde olim Christi vestimenta (baptismum) suscepisti. Ita mihi liuāt interpretationem Iesuuiticam. Vetus Ecclesia Romana est Cathedra Petri. Ergo super Petrā ædificata est Ecclesia vniuersalis. Tertio proferunt locum excommentario in 2. cap. Esaïæ. Super unum montium Christus fundat Ecclesiam, & loquitur ad eum, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam. Sed omittit præcedentia*

cedentia: domus Dei ædificata est super fundamētum Prophetarum & Apostolorum, qui & ipsi montes sunt quasi imitatores Christi. De interpretatione Hieronymi disputare, huius non est operis. In .16. cap. Hieremiæ, scribit *Non solum enim Christus Petra, sed & Apostolo Petro donauit ut vocaretur Petra.* At de missione Apostolorum prius loquutus est, nec de primatu vllum verbum, aut super Petrum fundatam esse Ecclesiam. Præterea, Hieronymus seipsum exponit in 6. ca. comment. in Amos, ad finem. *Petrus* (inquit) *Christus est, qui donauit Apostolis suis, ut ipsi quoque Petra vocentur: tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Qui in istis petris fuerit, aduersaria potestates persequi eum non poterunt.* Aliquoties, singulari numero, ut vnitatem representet, de Petro agit, ad finem commentar. in Abdiam, *Lumen Dominus Lucem appellat Apostolos: & ipsa Petra Petro donauit ut petra sit. Pastor quoque bonus illis pastorum largitus est nomina, & quodcumque dicitur de domino seruis tribuit ut dicantur.* Sic ipse Saluator Apostolos suos mundi esse voluit saluatores. 4. Quarto testimonium, ex lib. 1. contra Iouinian. allegant, quem non exprimant. Eum verò esse ex ultimo circa medium. Hæc sunt Hieronymi verba. *Ac dicitur super Petram fundatur Ecclesia, licet id ipsum in alio loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claves regni cælorum accipiant, & ex equo super eos Ecclesia fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, ut capite constituto schismatis tollatur occasio.* Illa verò, quid iuuant fundamētum Iesuuiticum? De primatu ordi-

nis agit Hieronymus, & supra, ita apertè Christum Petram constituit, vt Iesuicæ aliud fundamentum, præter id vnum, sine manifesta blasphemia ponere nequeant. Nunc accedamus ad Chryso-
stomum, qui non vno in loco, inquit Iesuicæ, Hieronymo astipulatur.

Chryso-
stomus.

Chryso-
stomus ergo, homilia 55. in 16. cap. Mat-
thæi, ait, Super hanc petram ædificabo Ecclesiam
meam, 1. fidem atque confessionem. Græca autem
habent *ἐπὶ τῆς πέτρας τῆς ἰσχυρίας*, id est super fidæ cōfessionis, vt etiam fert postrema parisiensis editio latina Chryso-
stomi, anno 1581. apud Niuellium. 2. In breui enarratione Matthæi, à Christophoro Serrario Italo ex Græco conuersa, hæc insunt: Super hanc Petram, hoc est super hanc fidem & confessionem. 3. Serm. de Pentecoste, tomo 3. Dixit Christus, cœlum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Qui sermones? quæ verba? Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Super hanc petram, non dixit super Petrum: non enim super hominem, sed super fidem ædificauit Ecclesiam suam. Quid autem erat fides? Tu es Christus Filius Dei viui. Petram vocauit Ecclesiam, fluctus suscipientem & non titubantem. Et enim Ecclesia tot suscipit tentationes, non tamen vincitur. Quid est super Petram? Hoc est super confessionem, super sermones pietatis. 4. In demonstratione adu. Gentiles, quòd Christus sit Deus, tom. 5. Duodecim erant discipuli sequentes ipsum, & Ecclesiam referebant, quanuis nullus tunc eam mente conciperet: siquidem nec nomen Ecclesiæ erat, sed florebat Synagoga. Quid igitur dicit? Orbe fermè toto in impietate detento, præ-
dixit,

dixit, Super petram hanc ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Examina quid hoc verbum sibi vult, & videbis perspicuam eius veritatem. Nam non solum hoc mirum est, quod ædificauit eam per totum mundum, sed quia inuictam fecit.

Iudicium nunc esto penes te, Lector, an Chryso-
stomus Ecclesiam super Petrum ædificatam esse dixerit, ut
asserunt Iesuuitæ Posnanienses, nisi forte boni isti viri
nouū Chrysoptomū nobis cudunt, aut existimant nos à
lectione veterū theologorum prorsus esse alienos: ita ut
nouis istis Sectariis ad somnia sua stabilenda quicquid
libet confingere liceat? Eandem fidem produnt, citato
Chrysostomo, homil. 38. de humilit. in fine. In ea enim
nullum extat verbū cōfessionis Petri & ædificij Ecclesiæ.

Cyprianus Iesuuitis est primatus Pontificij for-
tissimus assertor. Primū autem locum citant ex <sup>Cypria-
nus.</sup> Quintum, numero 71. nouæ editionis. Nec
epist. ad Petrus, inquit, quem primum Dominus elegit,
& super quem ædificauit Ecclesiam suam, se vin-
dicauit. Sed omittunt Posnanienses præcedentiæ
& sequentia Cypriani verba. Per omnia (inquit)
debemus Ecclesiæ Catholicæ vnitatem tenere, nec
in aliquo fidei & veritatis hostibus cædere. Non
est autem de consuetudine præscribendum, sed
ratione vincendum. Nam nec Petrus, quem pri-
mum Dominus elegit, & super quem ædificauit
Ecclesiam suam, cū secum Paulus de circūcissione
postmodū disceptaret, vindicauit sibi aliquid in-
solēter aut arrogāter assūpsit, ut diceret se primatū
tenere, & obtēperari à nouellis & posteris sibi potius
oportere. Nec despexit Paulum, quod Ecclesia prius
persecutor fuisset, sed consilium veritatis admisit, &

482 DE PRIMATV IN ECCL.
rationi legitima quam Paulus vindicabat facile con-
sensit: documentum scilicet nobis & concordia &
patientia tribuens, ut nō pertinaciter nostra amemus,
sed quæ aliquando à fratribus & collegis nostris viri-
liter & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima,
ipsa potius nostra ducamus.

Primum igitur scopus & disputatio Cypriani non
est de primatu, sed de audiendis fratribus & collegis vtilia
suggerentibus. 2. Quod addit super Petrum fundatam
esse Ecclesiam, alijs locis vbi expressè de hoc Christi di-
cto disputat, explicandum est, iuxta rectè differendi leges
& eruditionis modū. Libro. autem de vnitae Ecclesiae,
seipsum exponit Cyprianus. Hoc (inquit) erant vtrique &
cæteri Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi
& honoris & potestatis: sed exordium ab vnitae profi-
ciscitur, ut vna Christi Ecclesia & Cathedra vna mōstre-
tur. Hæc perpetua est S. Martyris sententia, quemadmo-
dum, ex attenta omnium eius operum lectione, Chri-
stiano Lectori constabit. Idem responsum esto alijs te-
stimonijis à Posnaniensib. citatis ex epist. 55. 63. 69. &c.
Sæpius repetit Cyprianus Petrum pro omnibus esse lo-
quentum, & Ecclesiae voce respondisse. Sed de Cypriani
consilio plura superius à nobis dicta sunt.

Hilarius. Hilarius Cyprianum sequitur, quæ Iesunitæ ita
de Petro scripsisse aiunt, *O in nūcupatione noui no-
minis scilicet Ecclesiae fundamentum, dignaque adifi-
catione illius petra, quæ infernas leges, & tartari &
omnia mortis claustra dissolueret!* At præcedentia
fatis superque euincunt non Petrum sed fidem
qua Christum cæterorum collegarum confessus
est, intelligi: *Dei filium caelestis patris reuelatione
cōspexit, dignusque est iudicatus qui quod in Christo
Dei esset, primus cognosceret.* Deinde citant Posna-
nien. locum ex lib. 6. de Trinitate. quorsum verò
vt

vt frons Iesuuitica appareat? In eo quod responde-
tur à Petro, Tu es Christus. confitentis agnitio est. Su-
per hanc igitur confessionis Petram ecclesie adificatio
est. Et 2. lib. Hæc est una felix fidei Petra, quam Pe-
trus ore suo confessus est.

Prior ergo Hilarij locus fundamentum & Petram
Petrum appellat, propter soliditatem fidei quam ore suo,
omnium nomine, confessus est. Ad Augustinum porro
deuenimus, cuius testimonio audent Posnanienses abuti,
vt falsum istud dogma de fictitio Ecclesie fundamento
confirmet. Esto autem nobis venerandus ille Pater, in-
filar multorū in hac explicatione sententiæ Christi, &
prestantissimi huius veteris Theologi auctoritatem Ie-
suuitarum scholis opponamus. Primum verò, quid Pos-
nanienses proferant pag. 108. expendamus.

Augustinus (inquiunt) eandem cū ceteris patri- Augusti-
nus.
bus non vno in loco explicationem securus est, & im-
prim. Ser. 15. de Sanctis, hæc eius verba discretissima
sunt: Petrum fundamentū Ecclesia Dominus nomi-
nauit, & ideo dignè hoc fundamentū Ecclesia colit,
supra quod Ecclesiastici edificij altitudo consurgit.
Et in Ps. 69. Petrus, qui paulo ante confessus erat
eum Filium Dei, & in illa confessione appellatus
erat petra, supra quam fabricaretur Ecclesia. Si
autem interdum & de Christo exposuit, nihil cau-
se nostre id officit: nam saltem ex verbis qua modo
attulimus, habemus clarè non repugnare fidei Chri-
stiana, vt in Petro velut in Petra fundari Ecclesia
credatur. quod tamen aduersarij volunt, & nos pro-
inde impietatis arguunt.

Vestra certè hæc causa est Iesuuitæ, quæ adeo contētiōse
pro primatu Pontificis agitis. quid enim queratis testan-
Hh. iij.

tur: præclara sodalitatæ vestræ acta & negotiationes. Quæstus, vobis maxima est pietas. Augustinus autem à vobis citatus, non in scriptis dogmaticis, sed in homilia vna aut altera, non modò ex eius, sed etiam ex Ambrosij & aliorum concionib. ad populum, vreamque excepta, regulam fidei constitueret. Non vos laetè obscuros locos per magis perspicuos, & pauciores per plures debere exponi. De analogia fidei ad quam exigendæ sunt omnia in Ecclesia scribentium aut loquentium ininterpretationes vobiscum agere minimè est opus, quum id à doctissimis Theologis iam olim præstitum sit. Seipsum exponat Augustinus. Testimonium ex Psalm. 69. peticam, de Petri confessione agit, supra quam Ecclesia fabricata est. Nulla enim est Ecclesia sine Christo eiusque vera cognitione. Libri retractationum, cap. 21. à vobis fit mentio. Quid ita? ut videlicet casæ, ad est culinæ vestræ congruentem expositionem retineretis, alias omnes, tanquam hæreticas, exploderetis. Ut autem fraus vestra manifesta sit, age, locum Augustini apponamus.

Dixi in quodam loco (inquit) de Apostolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in versibus beatis. Ambrosij, vbi de gallo gallinaceo ait, Hoc ipsa petra Ecclesia canente culpam diluit. Sed scio me postea sapissimè sic exposuisse quod à Domino dictum est, Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam: ut super hanc intelligeretur quem confessus est Petrus dicens, Tu es Christus filius Dei viui. Ac si Petrus ab hac petra appellatus personam Ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur, & accepit claves regni cœlorum. Non enim dictum est illi, Tu es petra, sed Tu es Petrus: petra autem erat Christus, quem confessus Simon, sicut eum tota Ecclesia cõfiteretur, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior, eligat lector.

Poste-

Posteriores expositionem esse probabiliorem & sequendam, Augustini verba ostendunt: nam priorem quodam in loco attulit, alteram verò sapiensimè. Istam olim, presbyterii sui tempore: hanc postea & extra feruorem disputationum. Posteriores autem cogitationes priorum virorum, Augustini nominatim, sæpius sapiëntiores & solidiores apparent. Ideo sinceræ expositiones eius à vobis callidè dissimulatas, minus probabilibus locis eiusdem Augustini à vobis supra citatis, lectori Christiano proponimus, vt quam indicauerit regula fidei orthodoxæ congruentem eligat & sequatur. Ea autem regula est, fundamentum aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus. 1. Corinthior. 3. 11.

D. Augustinus itaque, *Serm. 13. de verbis Domini in Euang. secund. Matth.* Petrus (inquit) in Apostolorum ordine primus, in Christi amore promptissimus, sæpe vnus respondit pro omnibus. Ipse denique domino Iesu Christo requirenti, quem nam homines dicerent eum esse, & opiniones varias hominum discipulis respondentibus, rursumque Domino interrogante & dicente, vos autem quem me esse dicitis? respondit Petrus, Tu es Christus Filius Dei viui. Vnus pro multis dedit respõsum, vnitas in multis. Tunc ei Dominus ait, Beatus es Simon Bar-Iona, quia non reuelauit tibi caro & sanguis, sed Pater meus qui est in cœlis. deinde addidit, Et ego dico tibi: tanquam diceret, Quia tu mihi dixisti, tu es Christus filius Dei viui: & ego tibi, Tu es Petrus. Simon quippe ante vocabatur. Hoc autem nomen ei vt Petrus à domino appellaretur impositum est, & hoc vt ea figura significaret Ecclesiam. Quia enim Christus petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomē est: ideo Petrus à petra, nõ petra à Petro: quomodo nõ à Christiano Christus, sed à

Christo Christianus vocatur. Tu es ergo, inquit Petrus, & super hanc Petram quam confessus es, super hanc Petram quam cognouisti, dicens, Tu es Christus Filius Dei viui, ædificabo Ecclesiam meam: id est, super me ipsum Filium Dei viui ædificabo Ecclesiam meam. Super me ædificabo te, non me super te. Nam volentes homines ædificari super homines, dicebant, Ego quidem sum Paulus, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ipse est Petrus. Et alij qui volebant ædificari super Petrum, sed super petram, ego autem sum Christi. Apostolus autem Paulus ubi cognouit se eligi, & Christum contemni: diuisus est, inquit, Christus? nunquid pro vobis Paulus crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Quomodo non in Pauli, sic nec in Petri, sed in nomine Christi, vt Petrus ædificaretur super Petram, & non petra super Petrum.

Christianus & non imperitus lector ex hoc Augustini testimonio argumenta firmissima colligere facile potest, quibus tota Iesuitarum de Christi dicto (super hanc Petram) sententia funditus euertatur. Sed alios locos addamus.

Tractatu 124. in Ioannem. Vniuersa Ecclesia (inquit) fundata est super petram, vnde & Petrus nomen accepit. Non enim à Petro petra, sed Petrus à petra, sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo vocatur. Ideo ait Dominus, Super hanc Petram quam confessus es, ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat Christus super quod fundamentum ipse ædificatus est Petrus. Fundamentum quippe nemo aliud nemo ponere potest, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, clauis regni cælorum ab eo accipit.

pit in Petro, id est potestatem ligandi soluendi-
que peccata: quod enim est per proprietatem
in Christo Ecclesia, hoc est per significationem
Petrus in Petra: qua significatione intelligitur
Christus Petra, Petrus Ecclesia.

Tractatu 50. in Ioann. Iudas malus corpus malo-
rum significat, quomodo Petrus corpus bonorum,
corpus Ecclesie, imò corpus Ecclesie, sed in bonis,
Nam si in Petro non esset Ecclesie Sacramentum,
non ei diceret Dominus, Tibi dabo claves regni
cælorum: quæcūque solueris in terra soluta erunt
& in cælo: & quæcūque ligaueris in terra ligata
erunt & in cælo. Si hoc Petro tantum dictum est,
non facit hoc Ecclesia. Si autem & in Ecclesia fit,
vt quæ in terra ligantur, in cælo ligentur, & quæ
soluuntur in terra soluantur in cælo, Petrus, quan-
do claves accepit, Ecclesiam Sanctam signifi-
cavit.

Tractat. 10. in epist. Ioannis. Quid est, Super hanc
Petram ædificabo Ecclesiam meam? Super hanc
fidem, super id quod dictum est, Tu es Christus
Filius Dei viui. Super hanc Petram, inquit, fun-
dabo Ecclesiam meam.

Orat. contra Iudeos, Pagan. & Arrian. cap. 12.
Cum ipse Dominus Christus discipulos suos in-
terrogaret, quem dicerent homines esse Filium
hominis, responderunt, alij Heliã, alij Hieremiam,
&c. Hunc cognouit Petrus dicens, Tu es Christus
Filius Dei viui. Agnouit montem & ascendit in
montem. Testimonium dixit veritati, & dilectus
est à veritate. Supra Petram fundatus est Petrus, vt
mortem susciperet illum amando, quem ter ne-
gauerat timendo.

Habes Lector quædam D. Augustini fragmenta, ex
quibus tibi manifesta fit Iesuitarū impudentia quæ tam

omnium, eo sensu quem Basilius ipse exprimit in homil. de penitentia: *Licet* (inquit) *Petrus* *petra* *esset*, non tamen *petra* *erat* *ut* *Christus*. *Ut* *Petrus* *petra* *erat*. Nam *Christus* *verè* *est* *immobilis* *petra*. *Petrus* *verò* *propter* *petram*. Item, Serm. in verba Moſis, *Attende* *tibi* *ipſi*, ait, *Architectus* *es*: *ſi* *ſi* *fundamentũ* *firmum* *ac* *tutum*, *quod* *est* *Ieſus* *Chriſtus*, *ſacias*.

Alter locus ex Basilio à Iesuicis citatus, is est, cõment. in 2. cap. Eſaiæ, Tilmanno, Cartuſiano monacho, interprete. *Domus* *Dei* *in* *ſublimi* *vertice* *montium* *collocata*, *Eccleſia* *est*, *iuxta* *Pauli* *ſententiam*, *dicens*: *videte* *quomodo* *oportet* *vos* *conuerſari* *in* *domo* *Dei*. *quæ* *est* *Eccleſia* *Dei* *viuentis*, *cuius* *fundamenta* *in* *montibus* *Sanctis*. *Est* *enim* *ædificata* *in* *Apoſtoliſ* *et* *Prophetiſ*, *qui* *eius* *fundamenta* *iecerunt*, *quorum* *vnus* *erat* *Petrus*. *ſuper* *quam* *Petrã* *pollicitus* *fuerat* *ſuam* *ſe* *ædificaturũ* *Ecclẽſiam*. *Intellectus* *enim* *in* *ſublime* *erecti*, *à* *terreniſ* *iſtiſ* *diſparatiſ*, *ſupra* *que* *hæc* *ſuſ* *tollentes* *ſe*, *iure* *optimo* *montes* *appellantur*. *Anna* *autẽ* *beati* *Petri*, *meritò* *est* *petra* *ſublimiſ*, *quod* *in* *fide* *radices* *ſolidè* *deſixerit*, *et* *aduerſus* *plagas* *per* *tentationeſ* *illataſ* *ſtabiliter* *nec* *perfunctoriè* *ſe* *geſſerit*. *Quicunque* *capaceſ* *ſunt* *diuine* *cognitioniſ*, *propter* *celſi* *udine* *in* *uelligentiã*. *et* *earũ* *actionũ* *que* *per* *eius* *intelligentiã* *perficiũtur* *ſublimitatẽ* *hi* *ob* *vitæ* *integritatem* *verticeſ* *ſunt* *montium*, *in* *quibũ* *ædificatur* *domuſ* *Dei*. *Hactenus* *Basiliuſ*, *qui* *lib. de* *Spiritu* *S. in* *Plal. 44.* *et* *alibi* *Chriſtum* *petrã*, *fundamẽtũ*, *et* *caput* *Eccleſiæ* *vocat*, *nec* *capitiſ* *aut* *fundamentiſ* *miniſterialiſ* *vnquã* *meminit*.

Ad Cyrillũ venio, cuius duo testimonia adscribunt Iesuicis. Prius est, lib. 1. in Ioana. cap. 12. Posterioris verò, li. 2. Theſauri. Quod ad prius attinet, hæc sunt Cyrilli verba. *Ieſuſ* *discipulũ* *inſtruit*, *eum* *ſe* *eſſe*, *qui* *cunqta* *etiam* *antequam* *ſciãt* *nouit*: *nec* *Simon* *fore* *iam* *nomen* *sibi*, *ſed* *Petrus* *prædicat*: *vocabũlo* *ipſo* *commode* *ſignificans*, *quod* *in* *eo* *tãquam* *in* *petra* *lapidẽ* *que* *firmiſſimo* *ſuam* *eſſet* *ædificaturuſ* *Eccleſiam*. Posterioris testimonium neque pictum neque scriptum reperitur lib. 2. Theſauri. lib. 12. cap. 14. fit mentio confessionis Petri: nulla autem syllaba ibi extat de Petri primatu aut fundamento.

Cyrillus.

Verum quo ad prius illud, si nullus extaret aut libet
 aut locus in Cyrillo qui de Ecclesie petra & fundamen-
 to differeret, explicanda esset ex superioribus verbis Cy-
 rilli sententia. Sed quoniã alia dicta extant, à seuius
 callidè prætermittã, Cyrillum audiamus seipsum expo-
 nentem.

Lib. 4. Dialogorum de Trinitate, adu. Heremiam: Tu es Petrus, & super hanc Petram
 ædificabo Ecclesiam meam, & portę infero-
 rum non præualebunt contra illam. Petram
 opinor (inquit) per agnominationem aliud ni-
 hil, quã in concussam & firmissimam disci-
 puli fidem vocauit, in qua Ecclesia Christi ita
 fundata & firmata esset, vt non laberetur, &
 esset inexpugnabilis inferorum portis in per-
 petuum manens. *Commentar. in Isaiam. lib. 3. Tom. 3.*
exponens hæc verba, hic habitabit in ex-
celsa spelunca petra fortis. Securus (inquit) enim
 erit, & veluti in petra domum habens, immo-
 tam inueniet in omoibus optabilibus per-
 mansionem. Quinimo consentaneum est, his
 verbis petram nobis vocari, dominum no-
 strum Iesum Christum, in quo tanquam spe-
 lunca quædam vel ouium stabulum Ecclesia
 intelligitur, habens tutum & inconcussum,
 ita vt bene sit domicilium. Tu es enim, inquit
 Seruator, Petrus, & super hanc petra fundabo
 Ecclesiam meam. *Comment. in Esai. li. 4. orat. 2.*
 in hæc verba, *Canite tuba, fundamenta terra.*
 Quare euangelicorum, vaticiniorum mini-
 stros dicimus vocari terræ fundamenta? Est
 enim omnium fundamentum & basis incon-
 cussa

cussa Christus, qui omnia coerceat ac conti-
 ner, vt bene firma sint: in ipso enim omnes
 ædificamur, domus Spiritualis, compacti per
 Spiritum in templum Sanctum, in habitacu-
 lum ipsius. habitat enim in cordibus nostris
 per fidem. Fundamenta etiam proxima & vi-
 ciniora nobis intelligi possunt, Apostoli &
 Euangelistæ, oculati testes, & ministri ser-
 monis, facti in confirmationem fidei. Nam v-
 bi cognouerimus ipsorum traditiones esse se-
 quendas, rectam & minime alienam aut de-
 uiam à Christo fidem seruabimus. Ab ipso e-
 nim dictum est Diuino Petro, Tu es Petrus,
 & super hanc petram ædificabo Ecclesiam
 meam: petram, opinor, vocans immotam fi-
 dem discipuli. *Turrian. Iesuuit. lib. 2. pro epist.*
Pontificum, pag. 136. eandem causam de prima-
tu agēs, locum Cyrilli ἐν τοῖς ἰσοπλάτοις profert:
 quem latinè cōuersum hic offero lectorib. vt
 Andabatarū istorū tenebricosam pugną adq-
 ueritatem, magis ac magis miretur & dete-
 ctetur. Petra inquit vocatur, & ei clauēs Ecclē-
 siæ creditæ sunt. petra verò nihil aliud, vt arbi-
 tror, vocatum est, nomine ducto à Petro, quā
 immobilis & firmissima discipuli fides, super
 quam Ecclesia Christi ita fundata ac fixa est,
 vt subuerti non possit, & à portis inferni per
 petuò tuta ac incolumis duret. Sed de Turria-
 no postea nam cum Posnaniensib. Sophi-
 stis nunc est nobis negotium.

Ambrosij locus, Serm. 47, à nobis supra est *Ambrosi-*
 explicatus. Etsi autem non diffiteor quædam *us.*

in eius operibus inueniri quæ ad confirmationem sententiæ Iesuuiticæ recidere videtur: tamen si quis integram omnium, quæ de Petro protulit Ambrosius, collationem instituire velit, tandem comperiet pleraque omnia ad fidem quam Petrus confessus est referenda esse: tum multa ita dici ut varium sensum facile recipiant: deinde quædã aut ab imperitis assuta, vel ab improbis venerandi illius Patris operibus admixta: quæ si quis vrget, insulsus omnino erit, qui quæcunque occurrunt tanquam merè Apostolica dicta tractare vel detegere, quemadmodum Iesuuitæ, nonnullique malè feriat: qui dum singula papatus somnia ceu Dei veritatem obtrudunt, Christianam religionem profanis hominibus exponunt ludibrio. Si quis Iesuuita aliter sentit, candido & placido animo cum dissentientibus agat. Quæ de Ambrosio, de nonnullis aliis inter veteres dico, quibus obscuriores quidem, nec ita magni nominis, Græcos aut Latinos adiugo. Nã si numero certare Iesuuitis aut aliis aduersariis est animus, theologos recentiores opponam. Si obiiciunt meos esse primatus esse iuratos patronos. Quid fiet tandem? Eò res deueniet, ut totam Hierarchiam suam, quam vocant, humani & positiui iuris esse, ipsi met non negabunt. Deinde, quum de humano aut positiuo isto iure agendum erit, Pontifices Romanos, reos, accusatores, testes & iudices in propria sua causa fuisse constabit. Sed de his aliàs. Ad Posnanienses redeamus.

Leo. |

Leonem, cognomèto magnum, Ecclesiæ Romanæ Episcopum, nobis deinde obiiciunt Posnanienses,

les, Serm. i. in natali Apostolorum Petri & Pauli. Quorsum autem non video, nam de expositione verborum Christi, Tu es Petrus, nulla fit mentio à Leone. Præterea, eò tēdit tota ferè eius oratio, vt Petrum & Paulum coequales laudet: quem admodum ex sequentibus constat. *Vbi precipuum Apostolorum glorificatus est exitus, ibi in die martyri eorum sui latius principatus. Isti enim sunt viri, per quos tibi, Roma, Euāgelium Christi respenderit, & qua eras magistra erroris facta es discipula veritatis. Isti sunt Patres tui verique Pastores, qui te regnis cælestibus inferendā multò melius multòque felicius condiderunt, quàm illi quorum studio prima mœnium tuorum fundamenta locata sunt. Isti sunt qui te ad hanc gloriam prouexerunt, & Quæ addūtur postea, fortè interpretabuntur à Leone, ac si Catholicæ Ecclesiæ caput Petrus à Leone constitueretur. Sed integram periodon adscribamus.*

Cum (inquit magnus Leo) duodecim Apostolis accepta per Spiritum Sanctū omnium locutione linguarum, imbuendum euangelio mundum, distributis sibi terrarum partibus suscepissent: beatissimus Petrus, princeps Apostolici ordinis, ad arcem Romanam destinatur impery, vt lux veritatis, qua in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus effunderet.

Ombus conspicillis, nisi Iesuiticis, poteris, Lector, hic legere. Super Petrum fundatam esse Catholicam Ecclesiam? Verūm, si sententiam Iesuiticam amplectamur, Paulus erit alterum Ecclesiæ vniuersalis fundamentum: & ita noui isti architecti, cōtra expressum Dei verbū

1. Corinth. 3. non super unam Christum petram, sed super tres Petras Ecclesiam edificabunt. At Petri primatum Iesuiticum minime agnoscit, qui duodecim Apostolos terrarum partes sibi distribuisse, & Petrum ad arcem Romani imperij destinasse, asserit. Non autem Petrus, sed Roma, caput mundi appellatur: nisi veint Iesuitæ Pontificis primatum in mundanam monarchiam commutare: quod strenuè & à Pontificibus Romanis, eorūque conuictis iam olim procuratum est, & etiamnum tum per Iesuitas, tum per alios emissarios procuratur.

Sed ad Leonem. *Gloriæ Petri Paulum Apostolum consortem, coapostolum & consocium nominat. Tandem addit, In horum excellentia gratia Dei merito est exultantius gloriandum, quos gratia Dei intantum apicem inter omnia Ecclesiæ membra prouexit, ut eos in corpore, cui caput est Christus, quasi geminum constitueret lumen oculorum, de quorum meritis atque virtutibus, quæ omnem loquendi preperant facultatem, nihil diuersum nihil debemus sentire discretum: quia illos & electio pares, & labor similes, & finis fecit æquales.*

Quid apercius dici possit aduersus glossam Iesuiticam de Petri & Romani episcopi principatu, de fundamento visibili Ecclesiæ Catholicæ, de inæqualitate Apostolorum, minime video: nisi fortassis istorū Lycaeorum qui tam acutum cernuot, sum talpa cæcior.

Cæterum ex iam dictis sumenda est interpretatio eorum quæ Ser. 2. ab eodem Leone subiiciuntur. *Tu es Petrus, id est, cum ego sim inuolabilis Petra, ego lapis angularis, qui facio vtræque vnum: tamē tu quoque petra es, quia mea virtute te solidaris, ut quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi merum participatione communia.* Super

per hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Super hanc, inquit, firmitudinem aeternam extruam templum, & Ecclesia mea caelo inferenda sublimitas, in huius fidei firmitate consurget. Hanc confessionem portae inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt. Vox enim ista, vox vita est: & sicut confessores suos in caelestia prouehit, ita negatores ad inferna detrudit. Propter quod dicitur Petro, Et dabo tibi claves, &c. Transiit quidem in alios Apostolos vis istius potestatis, sed non frustra vni commendatur quod omnibus intinetur. Petro enim singulariter hoc creditur, quia cunctis Ecclesiae rectoribus Petri forma proponitur.

Expende, Lector, vim singularum vocum, quarum diligentem considerationem tibi relinquo. Quod postea Leo Petrum totius Ecclesiae principem à Christo factum esse ait, ad principatum ordinis inter Apostolos refertur, vt ex veterum testimonijs liquet. Iesuuita aliter profus iudicant, sed audire eos velim quae de successione Pontificum Leo Pontifex ibidem etiam subiungit. Post resurrectionem suam, Dominus beato Petro Apostolo post regni claves, ad irinam aeterni amoris professionem, mystica insinuatione ter dixit, *Pasce oves meas*: quod & nunc proculdubio facit, & mandatum Domini pius pastor exequitur confirmans nos exhortationibus suis, vt nulla tentatione superemur.

Confirmat nos exhortationibus, i. scriptis suis. hic appositus erat locus de successione pontificia, cuius negari quidem apud Leonem: sed Iesuuita reclamabant & dicent me omittere quae sequuntur: item praclarum pro Sanctorum intercessione locum expunxisse. Etenim post verba illa, *confirmans nos exhortationibus suis*, addit exemplar Colonienſe. & pro nobis orare non cessans. At non disputamus de Sanctorum intercessione, nec quaeritur an & quomodo animae Sanctorum in caelis orant pro Ecclesiae salute. De his suo loco. Reliqua autem addamus ex Leone.

Si autem (inquit) Petrus hanc pietatis suae curam omni populo Des, sicut credendum est, ubique protendit, quanto magis alumnis suis opem dignatus impendere, apud quos in sacro dormitionis thoro, eadem qua praesedit carne requiescit?

Si quid inde elicere potest ad suae sententiae confirmationem Posnaniensis disputator, sit mihi aliter Apollonio. Ista autem, sicut credendum est, petunt principium, & à nobis reuocantur ad Augustini Canonem. Distincta. 9. *Ego solus.* Sermone. 3. Leonis à Iesuuitis in testimonium adducto eadem qua supra annotauimus continentur. Porro non satis mirari possum, qui fiat ut pro sedis Romanae principatu Iesuuitae litigantes, Romanos ipsos Pontifices in causa sua testes & Iudices nobis constituent. Nec enim contenti Leonis testimonio, Gregorij, cognomento magni, & pontificis quidem Romani, auctoritate Papistae Christianos oppugnant. Veruntamen alterum hunc ex ipsa Roma eductum testem, de sede Romana differentem adducimus.

Gregorius.

Epistola 37. lib. 6. ad Eulogium episcop. Alexandrinum. *Quis nescit sanctam Ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam, quia firmitatem mentis traxit in nomine, ut Petrus à Petra vocaretur? Deinde addit. Cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate (Romana) conualuit, qua in tribus locis unius est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & praesentem vitam finire dignatus est. Ipse decorauit sedem (Alexandrinam) in qua euangelistam discipulum misit. Ipse firmauit sedem (Antiochenam) in qua septem annis, quauis discessurus, sedit. Cum ergo unius atque una sit sedes cui ex auctoritate diuina tres nunc episcopi praesident: quicquid ego de vobis boni audio, hoc mihi tribuo.*

Firmata est Ecclesia, teste Gregorio, in Apostoli soliditate, qui Petrus à Petra vocatus est. Etsi vero Turrianus fidem Petri & Petrum non re sed cogitatione tra-

tum separari existimet. lib. 2. pro epist. pontif. pag. 136. tamen si quis verba & mentem Christi attentè considerat, fidem Petri, non vnus sed vnitatis esse fidem & confessionem ab vno omnium nomine factam inueniet. Quæ præterea de triplici patriarchatu in vnum conflatò adduntur, requirunt tabulas diuinas, quas si Iesuitæ non proferunt, garrulitas non habet fidem.

Antequam verò ad alia Gregorij testimonia, quæ primatum pontificium evertunt, accedã, reperenda est acuta Turriani distinctio, qui vniuersalem Episcopum Pontificem negat esse: Ecclesiæ verò vniuersalis episcopum asserit, vt antea dictum est, pag. 459. Eo pacto eludit Iesuita quæcunque in Antichristi superbiam veteres & recentiores scripserunt. Sed inanis est hæc *λογολαχία*: quis enim existimet Gregorium in epistolis pro vocula tam acriter contendere voluisse adu. episcopum Constantinopolitanum. Sanè de summa rerum agebatur, mysterium imperiæ, Bonifacio Papa procurante, circa annũ à Gregorij morte 10. & Christi incarnatione 611. Præterea quid sibi voluit ista perpetua epitheta, Sūmus Pontifex, Pontifex Optimus maximus, Caput Ecclesiæ, & (per ridiculam antiphrasin) seruus seruorũ Dei? Ad damus alia. Distinct. 96. Can. 7. Ex Nicolai Papæ epistola ad Michaelē imperatorem, Satis ostenditur (inquit) à seculari potestate, nec solui potest nec ligari Pontificē, quem cōstat à pio principe Deum appellatum: cū nec posse Deum ab hominib. iudicari manifestũ sit. Item glossa in præfat. Clementin. Papa nec Deum est, nec homo: sed nemo est inter vrũque. Item, Papa vulli subest: infinita potentia Pontifici est collata: Data est ei potestas in celo & in terra: Dominatur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Et c. quoniã. de immunit. in 6. Papa Ecclesiam Catholicam sponsam suam appellat, Nos iustitiam nostram, inquit, & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligenter. Canonistarum adulationes præter eo, nã istam Camarianam detexisse satis est. Et ex superioribus constat vanũ esse Turriani subterfugium, quod ex infinitis decreti testimonijs refellere possem, nisi me ad Gregorium collationis institutiõ ratio reuocaret.

Videamus ergo, quid de ambitione successorum suo.

rum in ecclesia Romana, variis locis adscripserit, & quam acutus sagittis confixerit totam illam tyrannidem quæ postea per Occidentis Ecclesias longè lateque grassata est. Nec existimandura est, vt volunt Iesuitæ, Gregorium dicere, Constantinopolitanum episcopum vniuersalis nomen ita appetisse, vt nullus esset in orbe alius episcopus. Sed primatum in Ecclesias ambiebat, & episcopi episcoporum nomen. Firma autem est consequutio, Si quis est episcopus episcoporum, in omnes episcopos seu vniuersum habet. Per consequens est Catholicus seu vniuersalis episcopus. Item qui est Catholicæ Ecclesiæ episcopus, tam episcoporum seu pastorum quam omnium omnium est episcopus. Ideo solus & vniuersalis. Si non est vniuersalis, nec vniuersalis Ecclesiæ caput aut fundamentum. Vnus est episcopatus, sicut vna Ecclesia: vnus ergo Episcopus, pastor, caput vnum, & vnicum fundamentum, nempe Christus, qui dedit Apostolos, Evangelistas, deinde Pastores & doctores ad coagmentationem Sancti Corporum, ad opus ministerij, ad edificationem corporis Christi: non vt dominarentur cleris, non vt quisquam in omnes imperium haberet. Ista addere volui, ne quis de vobis cula & re nihili Gregorium disceptasse, aut Constantinopolitanum singulos omnium Ecclesiarum episcopatus re ipsa ambuisse potest, ita vt vniuersalis, id est vnicus in terris esset episcopus, quemadmodum Turrianus somniat. Sed ad Gregorium accedo.

I. *Epistola 32. lib. 4. ad Mauricium Augustum.*
 Non solus ego, inquit, sed tota turbatur Ecclesia: quia piæ leges, quia venerandæ Synodi, quia ipsa Domini nostri Iesu Christi mandata superbi atque pompatici cuiusdam sermonis inuentione turbantur. *Et infra.* Petro cura totius Ecclesiæ & principatus committitur: & tamen vniuersalis Apostolus non vocatur. & vir sanctissimus, confessor meus, Ioannes, vocari vniuersalis Episcopus conatur! *Paulo post.* Ecce cuncta in Europæ partibus Barbarorum iuri sunt tradita, destructæ vrbes, euerfa castra, depopulatæ prouinciæ, nullus

Nullus terram cultor inhabitat. Sæuiunt & dominantur quotidie in necem fidelium cultores idolorum: & tamen sacerdotes, qui in pavimento & cinere flentes iacere debuerunt, vanitatis sibi nomina experunt, & nouis ac prophanis vocabulis gloriantur. *Item.* Sed absit à Christianorum cordibus nomen istud blasphemix, in quo omnium sacerdotum honor adimitur, dum ab vno sibi dementer arrogatur. *Paulo post.* Ille coercendus est qui sanctæ vniuersali Ecclesiæ iniuriam facit, qui corde tumet, qui gaudere de nomine singularitatis appetit, qui honori quoque imperij vestri se per priuatum vocabulū superponit. Ecce omnes hac de re scandalum patimur. Ad viā ergo rectam reuertatur auctor scandali, & omnia sacerdotum iurgia cessabunt. *Postremo.* Si verò in superbia persistit, iam quid assequatur aspicio, quia illum sibi aduersarium inuenit, de quo scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

ii. *Epistola 34. eiusd. lib. ad Constantiam Augustam.* Sunt quidam qui, iuxta egregij prædicatoris vocem, per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium: qui veste quidam despecti sunt, sed corde tument: & quasi in hoc mundo cuncta despiciunt, sed tamen ea que mundi sunt, simul cuncta adipisci querunt: qui indignos se omnibus hominibus fatentur (*vide seruos seruorum Dei*) sed priuatis vocabulis contenti esse non possunt: quia illud appetunt, vnde omnibus digniores esse videantur. *Paulo post.* Sed cum se noua præsumptione atque superbia frater meus vniuersalem Episcopum appellet, ita vt sanctæ memoriæ decessoris mei tempore, adscribi se in Synodo, tali hoc superbo vocabulo, faceret,

quanuis cuncta acta illius Synodi, sede contradicente Apostolica, soluta sint: triste mihi aliquid sereniss. Dominus. [*Imperator Mauritius*] inuit, quod non eum corripuit qui superbit, sed me magis ab intentione mea declinare studuit, qui in hac causa Euangeliorum & canonum statuta, humilitatis atque rectitudinis virtute defendo. *Et infra.* Sed in hac eius superbia, quid aliud nisi pro-

pinqua iam antichristi esse tempora designatur? (*Nota Gregorij prophetiam*) quia illū videlicet imitatur qui spiritus in sociali gaudio angelorū legionibus, ad culmē conatus est singularitatis erūpere.

XCI. *Epist. 36. eiusdem libri ad Episcop. Alexandr. & Antioch.* Nullus vnquam decessorum meorum hoc tam prophano vocabulo vti consensit: quia videlicet si vnus patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à Christiana mente id sibi velle quempiam arripere, vnde fratrum suorum honorem imminuere ex quantulacunque parte videtur. *Et infra.* aduersarius diabolus contra humiles sæuiens, sicut leo rugiens circuit querens quem deuoret: non iam, vt cernimus caulas circuit, sed ita validè in quibusdam necessariis Ecclesie membris dentes figit, vt nulli sit dubium, quia nisi vnanimiter fauente Domino cunctorum prouida pastorū turba concurrat, omne quod absit, citius ouile dilaniet. Perpendis, frater Charissimè, quis è vicino subsequatur, cuius & in sacerdotibus erumpunt tam peruersa primordia. Quia enim iuxta est ille, de quo scriptum est, Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ (*Nota Gregorij prophetiam de reuelatione Antechristi, quæ circa duodecimum ab hac epistola scripta annuum impleta est.*) quod non sine graui dolore dicere compellor.

pellor. Frater & coëpiscopus noster Ioannes mā-
 data dominica, Apostolica præcepta, regulas pa-
 trum despiciens, eum per elationem præcurere
 conatur in nomine. Vestræ autem beatitudini in-
 dicet omnipotens Deus, quàm graui considera-
 tionis huius gemitu torqueor, quod ille quon-
 dam mihi modestissimus, ille omnibus dile-
 ctus, ille qui in eleemosynis, orationibus atque
 ieiuniis videbatur occupatus, ex eo in quo sede-
 bat cinere, ex ea quam prætendebat humilitate
 (*hypocritica arrogantiæ descriptio*) iactantiam sum-
 psit: ita vt vniuersa sibi tentet adscribere, & om-
 nia quæ soli vni capiti cohærent, videlicet Chri-
 sto, per elationem Pompatici sermonis eiusdem
 Christi sibi studeat membra subiugare. *Paulo post.*
 Magnopere orandum est, & omnipotens Deus as-
 siduis precibus implorandus, vt hunc à mente il-
 lius auertat errorem, hoc ab vnitæ atque humi-
 litate Ecclesiæ malum superbiæ & confusionis a-
 moueat. Et fauente Domino omnibus viribus
 concurrentium atque prouidendum, ne in vnus
 veneno sermonis viuencia in Christi corpore
 membra moriantur. Si enim hoc dici licenter per-
 mittitur, honor patriarcharum omnium negatur.
 Et cum fortasse is in errore perit, qui vniuersalis
 dicitur, nullus iam Episcopus remansisse in statu ve-
 ritatis inuenitur. Oportet ergo vt cōstanter & sine
 præiudicio seruetis sicut accepistis Ecclesias, & ni-
 hil sibi in nobis hæc tētatio Diabolicæ vsurpationis
 adscribat. State fortes, state securi, scripta cū
 vniuersalis nominis falsitate, nec dare vnquā, nec
 recipere præsumatis. Omnes Episcop. curæ vestræ
 subiectos, ab huius iniquationis elatiōe phibe-
 te: vt vniuersa vos Eccl. patriarchas, nō solū in bo-
 nis operib. sed in veritatis auctoritate cognoscat.

Si qua autem forsan aduersa subsequuntur, vnam nimitter persistentes, etiam moriendo debemus ostendere quia in damno generalitatis nostrum specialiter aliquid non amamus.

III. *Epist. 38. eiusd. lib. ad Ioannem episc. Constantinop.* Quia resecauda vulnera prius leui manu palpanda sunt, rogo, deprecor, & quanta possum dulcedine exposco, vt fraternitas vestra cunctis sibi adulantibus, atque erroris nomen defertentibus contradicat, nec stulto ac superbo vocabulo appellari consentiat. *Paulo post.* Perpède rogo, quia in hac præsumptione temeraria potius turbetur Ecclesiæ, & gratiæ contradicitur cõmuniter omnibus effusæ. In qua nimirum ipse tantum crescere poteris, quantum penes te metipsum decreueris. Tantòque maior efficeris, quanto te à superbi & stulti vocabuli vsurpatione restitueris. Atque in tantum proficis, in quantum tibi nõ studueris derogando fratribus arrogare. Humilitatem ergo, frater charissime, totis visceribus dilige: per quam cunctorum fratrum concordia, & sanctæ vniuersalis Ecclesiæ vnitas valeat custodiri. Certè Paulus Apostolus, cum audiret quosdam dicere, Ego sum Pauli, ego Apollos, ego verò Cepha, hanc dilacerationem corporis dominici, per quam membra eius aliis quodammodo se capitibus sociabant, vehementissimè perhorrescens exclamauit, dicēs, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sic ergo ille membra dominici corporis certis extra Christum quasi capitibus, & ipsis quidem Apostolis, subiici particulariter euitauit. Tu, quid Christo, vniuersalis scilicet Ecclesiæ capiti, in extremi iudicii es dicturus examine, qui cuncta eius membra tibimet conaris, vniuersalis appellatione, suppo-

supponere? Quis, rogo, in hoc tam peruerso vocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis Angelorum legionibus, secum socialiter constitutis, ad culmen conatus est singularitatis erumpere: vt & nulli subesse, & solus omnibus præesse videretur? Qui etiam dixit, in cœlum conscendam: super astra cœli exaltabo solium meum. Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium: similis ero Altissimo. Quid enim fratres tui omnes vniuersalis Ecclesiæ Episcopi, nisi astra cœli sunt? quorum vita simul & lingua inter peccata errorisque hominum quasi inter noctis tenebras lucent. Quibus dum cupis temetipsum vocabulo elationis præponere, eorumque nomen tui comparatione calcare, quid aliud dicis, nisi, in cœlum conscendam: & super astra cœli exaltabo solium meum? *Et infra.* Certè Petrus Apostolus primum membrum sanctæ & vniuersalis Ecclesiæ est. Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud, quàm singularem sunt plebium capita? & tamen sub vno capite omnes (*attende Christiane lector*) mēbra sunt Ecclesiæ. Atque vt cuncta breui cingulo locutionis astringam: sancti ante legem, sancti sub lege sancti sub gratia, omnes hi perficiētes corpus Domini, in membris sunt Ecclesiæ constituti, & nemo se vnquam vniuersalem vocare voluit. Vestra autem sanctitas agnoscat, quantum apud se tumeat, qui illo nomine vocari appetit, quo vocari nullus præsumpsit, qui veraciter sanctus fuit. *Postea.* Certè olim clamabatur per Apostolum Ioannem; Filioli, nouissima hora est, secundum quod Christus prædixit. Pestilentia & gladius per mundum sæuit, gentes insurgunt gentibus, terra concutitur, orbis cum habitatoribus suis terra

Romani
Antichri-
sti reuela-
tio, Eccle-
siaz dissi-
patio à
Gregorio
prædicta.

dehiscente sorbetur. Omnia enim, quæ prædicta sunt, sunt. Rex superbiæ prope est: & (quod dici nefas est) sacerdotum est properatus exitus, qui ceruici militanti elationis, qui ad hoc positi fuerant, ut ducatum præberent humilitatis. *Et infra.* Quid nos Episcopi dicimus, qui honoris locum ex redemptoris nostri humilitate suscepimus, & namque superbiam hostis ipsius imitamur? Ecce nouimus creatorem nostrum de sua celsitudinis culmine, ut humano generi daret gloriam, descendisse: & nos de infirmis creati, de fratrum minoratione gloriamur. *Paulo post.* Patrè nolite vocare vobis super terram: vnus est enim Pater vester. Quid ergo, frater charissime, in illo terribili examine vententis iudicis dicturus es, qui non solum Pater, sed etiam generalis Pater (*non solum Pontifex, sed summus Pontifex, Optimus maximus Pontifex, vniuersalis Ecclesie caput, fundamentum, petra: denique vel Episcopus Papa, id est pater*) in mundo vocari appetis?

v. *Epist. 39. lib. 4. ad Anianum, Diaconum Constantinop.* Se, p̄ne, per omnem versum, œcumenicum patriarcham nominat. Sed spero in omnipotentem Deum, quia hypocrisin illius superna maiestas soluet. *Et infra.* Postquam pro vtilitate rei publicæ argentum, aurum, mancipia, vestes perdidimus, nimis ignominiosum est, ut per inimicos etiam fidem perdamus. In isto enim scelesto vocabulo consentire, nihil est aliud quam fidem perdere.

vi. *Epist. 5. lib. 7. ad Cyriacum Episcop. Constantinop.* Pacem nobiscum veraciter habebitis, si prophani nominis superbiam declinatis: iuxta quod magister Gentium dicit, o Timothee depositum custodi, deuitans prophanas vocum nouitates.

tates. Nimis quippe iniquum est, si qui prædicatores humilitatis facti sunt, de vani nominis elatione gloriantur: cum verus predicator dicat, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Ille verò ergo gloriosus est, qui non de temporali potentia, sed pro Christi nomine de sua passione gloriatur. In hoc itaque vos medullitus amplectimur. In hoc sacerdotes vos esse recognoscimus. Si repulsa vanitate verborum, sanctitatis locum cum sancta humilitate teneatis. Ecce enim in nephandi appellatione nominis scandalizati sumus.

Epist. 24. lib. 6. ad Anastasium episcop. Antioch. In suscipienda fratris & confacerdotis nostri Cyriaci synodica epistola, dignum non fuit ut pro causa prophani vocabuli moras facerem, ne vnitatem sanctæ Ecclesiæ perturbarë: sed tamen de eodem superstitioso & superbo vocabulo eum admonere studui, dicens quia pacem nobiscum habere non posset, nisi elationem prædicti verbi corrigeret, quem primus apostata inuenit. Vos tamë eandem causam nullam esse dicere non debetis, quia si hanc æquanimiter portamus, vniuersæ Ecclesiæ fidem corrumpimus. Scitis enim quanti non solum hæretici, sed etiam heresiarchæ de Constantinopolitana Ecclesia (*de Romana autem, hæretici, Magi, Athei, Sodomitæ, & perditissimi alii nebulones*) sunt egressi. Et ut de honoris vestri iniuria taceam, si vnus Episcopus vocatur vniuersalis, vniuersa Ecclesia corrumpitur, si vnus vniuersus cadit. Sed absit hæc stultitia, absit hæc leuitas ab auribus meis.

viii Epist. 30. lib. 6. ad Mauricium Augustum, Nunquid non cum se Antichristus veniens Deum dixerit, friuolū valde erit, sed tamen nimis

perniciosum? Si quantitatē sermonis atendimus, dux sunt Syllabæ. (*Papa, Caput, Petra.*) Si verò pondus iniquitatis, vniuersa pernicies. Ego autem fidenter dico, quia quisquis se vniuersalem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrit: quia superbiendo se cæteris præponit. Nec dispari superbia ad errorem ducitur: quia sicut superbus ille deus videri vult super omnes homines, ita quisquis iste est qui solus Sacerdos appellari appetit, super cæteros sacerdotes se extollit. *Deinde.* Illis ergo pietas vestra præcipiat, ne quod per appellationem friuoli nominis scandalū gignant, qui in superbiæ typhum ceciderunt. *Postremo.* Certi sumus, quia si vos vitis qui cœli Dominum timetis, nulla contra veritatem superba valere permittetis. *Interfecto autem Mauricio, parricida & nefarius tyrannus Phocas, ut imperium sibi conseruaret, nomen quod toties & tam asperis verbis Gregorius merito damnat, Bonifacio Episcopo Romano largitus est.*

IX. Epist. 13. eiusdē lib. ad Eulogium Episcop. Alexandr. & Anastasiam Antioch. Inter nos & coepiscopum Cyriacum, sicut vestra beatitudo nouit, propter appellationem prophani nominis est grauis discordia. *Paula post.* Meus verò diaconus cum prædicto fratre nostro Cyriaco missarum solennia celebrare non debet: quia per prophanium vocabulum culpam superbiæ aut commisit, aut sequitur: ne, si (quod absit) procedit, ei in tali elatione posito vanitatem stulti nominis confirmare videamur. Eundem verò fratrem admonere studui, vt se à tali elatione corrigat: quia si hanc non correxerit, pacem nobiscum nullo modo habebit.

X. Epist. 69 lib. 7. ad complures episcopos.
Cogno.

Cognoscat fraternitas vestra Ioannem, quondam Constantinopolitanæ ciuitatis antistitem, contra Deum, contra pacem Ecclesiæ, in omnium despectum & iniuriam sacerdotum, modestiæ ac mensuræ suæ terminos excessisse: & illicitè in Synodo superbum ac pestiferum Oecumenicum, hoc est, vniuersalis sibi vocabulum vsurpasse. *Paulo post* Eundem Ioannem scriptis semel iterumque conuenimus, vt amoto superbiæ vocabulo, cordis sui elationem ad humilitatem, quam magister & Dominus noster docuit, inclinaret. Quem quoniam neglexisse comperimus, hæc eadem & confacerdotem nostrum Cyriacum successorem ipsius cõcordiæ studio non deslitimus admonere. Sed quia iam, vt videmus, mundi huius termino propinquante, in præcursione sua apparuit humani generis inimicus, vt ipsos qui ei contradicere benè atque humiliter viuendo debuerunt, per hoc superbiæ vocabulum præcursores habeat sacerdotes: hortor atque suadeo, vt nullus vestrum hoc nomē aliquando recipiat, nullus id consentiat, nullus scribat, nullus vbi fuerit scriptum admittat, vel subscriptionem suam adijciat. Sed sicut omnipotentis Dei ministros decet, integrum se ab huiusmodi venenata infectione custodiat, & callido insidiatori in se locum non præbeat, quoniam hoc in totius Ecclesiæ iniuriam ac discissionem, & (sicut diximus) in omnium vestrum despectum fit. Nam si vnus (vt putat) vniuersalis est, restat vt vos episcopi non sitis. *Postremo.* Pastoralis constantiæ atque apostolica autoritate suffulti, prædonem irruentemque lupū excludite, & in discissionem Ecclesiæ feruenti non credite: nec de hac re, quacunque surreptione Synodum patiamini, quæ neque legitima quidem, nec synodus dicenda est, celebrari.

Ex tot Gregorii fragmentis hypotheses multas extruere potest lector aduersus & Pontificum primatū & varios Papatus errores. Has autem annotare non libuit, ne in immensum opus istud cresceret. Quod autem Gregorius initio dicit, Curam & principatum totius Ecclesie Petro commissum esse, de omnibus Apostolis dendum est. Paulus, 2. Corinth. 11. Incūbit mihi (inquit) quotidiana cura omnium Ecclesiarum. Item. Puto me nihilo inferiorem esse summis Apostolis. Sed quid ex Gregorij dicto elicient Iesuitæ: Petro totius Ecclesie cura commissa est. Ergo Pontifex Romanus est vniuersalis episcopus, aut caput Ecclesie. At Gregorij sententia repugnat huic sophismati. Si vniuersalitatatis titulus ad quemquam omnino hominem pertineret, ad D. Petrū maximè quidem pertineret. Ad D. Petrum autem minime pertinet. Ergo ad nullum profus hominem pertinet. Nunc superest, vt aliorum Patrum quos ad tui erroris patrocinium Polonianes pertrahunt, dicta percurramus.

Athanasius.

Sequitur ergo Athanasius, Ecclesie Alexandrinæ vigilantiss. pastor, cuius testimonium, epist. ad Felicem, Iesuitæ proferunt, vt Petrum probent esse Catholicæ Ecclesie petram. Hæc epistola non extat inter opera Athanasij, à Nannio & alijs è græco conuersa: sed reperitur in 1. Tomo Conciliorum, Colonie edito, ex emendatione Surij monachi Carthusiani, pag. 440. hoc titulo, Epistola Ægyptiorum Pontificum ad Felicem 2. Papam, de infestationibus Arrianorum. Domino beatiss. & honorabili Sancto Patri Felici, sanctæ sedis Apostolicæ vrbs Romæ Papæ, Athanasius & vniuersi Ægyptiorum, & c. episcopi in Sancta Alexandrina Synodo congregati. *Ecclesia Romana* (vt fert epistola, pag. 441. col. 2.) est sacer vertex, in quo omnes (Ecclesie) vertuntur, sustentantur, releuantur. Et sicut in Christo Christiani, & in petra, id est Christo, pe-

Petrus. Petri renouantur Ecclesia. Tu es enim, sicut
diuinum veraciter testatur eloquium, Petrus, & su-
per fundamentum tuum, Ecclesie columna, id est E-
piscopi, qui Ecclesiam sustinere & proprijs humeris
portare debet, tibi sunt confirmatæ: tibi que clauis re-
gni caelorum commisit, atque ligare & soluere quæ in
terra & quæ in caelis sunt promulgauit. Sequentia,
ut præcedentia, laudes, seu (quemadmodum Gre-
gorius toties antea dixit) superbos titulos Ponti-
ficus Romani continent. An verò hæc iuuant in-
terpretationem Iesuiticam? Super hanc petram,
i. Super te Petrum? Minime verò. Christus est Pe-
tra (inquiunt Aegyptij) & in hac Petra Petrus est.
Quid item sibi volunt illa, super fundamentum
tuum? & cur Episcopi columnæ Ecclesiæ vocantur?
Scilicet, ut simili sibi fundamento nitantur. Dein-
de, eam epistolam non græcè, & proinde non ab
Athanasio scriptam fuisse, multis ex indicijs col-
ligi potest. Exempli gratia. Romana sedes est sa-
cer vertex, in quo omnes vertuntur, sustentantur,
releuantur. Latinitas impolita est & barbara, sen-
susque etiam aliquando penitus expers. Dicen-
di genus ipsum puerile est & nugatorium, quod
cùm materia vacat, tum verborum inani stre-
pitu immoderatæque licentia redundat. Sum-
ma denique ea est assentatio, Romanæque sedis
exaggeratio, incredibili quadam putidorum
mendaciorum congerie suffarcinata. Testimo-
nia quædam addamus. I. Author huius epistolæ,
de Romana Ecclesia verba faciens, ait, Inde Ec-
clesias sumpsisse prædicationis exordium. At Deus
per Esaiam ait, Ex Sione exhibit lex, & verbum
Do mini de Hierusalem. Quam ob causam Hiero-
solymas religionis matricem Tertullianus vocas.

Simonem etiam Zeloten vniuersam Aphricam percurrisse, euangeliúmque prædicasse scribit Nicephorus lib. 2. cap. 40. Alios apostolos constat ex Hierosolyma ad varias mundi partes profectos esse, vt Gentibus Christum annunciarent, & æquali cum Petro potestate præditos fuisse infinitis testimonijs supra comprobatum est. Augustinus, epist. 170. & 178. Christianam religionem in Aphricam & Græcia, non Roma, primò delatam esse testatur. 2. Idem author ait, *In omnibus causis prouocare à metropolitanis ad episcopum Romanum licuisse, idque à Niceno Concilio decretum esse.* Istud autem in Carthaginensi Concilio, cui Augustinus etiam interfuit, ab omnibus Aphricæ episcopis, numero ducentis & septemdecim, penitus explorum, triumque Patriarcharum Antiocheni, Constantinopolitani, Alexadrini salum esse testimonio comperitum fuit. 3. Addit, *fuit semper vestra sancta & apostolica sedi licentia, iniuste damnatos vel excommunicatos potestatiuè sua authoritate restituere, & suis eis omnia reddere.* At ex historijs cõstat Romanum Pontificem nulla fuisse illo quidem tempore huiuscemodi potestate præditum, neque illum istiusmodi homines sua authoritate fretú restituísse, sed hoc torú penes Imperatoré fuisse. 4. Ex Athanasij genuinis scriptis Iesuuitæ nihil poterút colligere quod primatus pontificij litem iuuet. Episcoporum Romanorú sæpe meminit, nullo addito magnificentiori titulo. Quæ enim quarto tomo legitur epistola ad Marcum, quem vniuersalis Ecclesiæ Papam salutatur, Iesuuitis est infirmú auxilium. Nam quod ibi refertur de Canonibus concilij Niceni, minime conuenit. Niceni Canones ab Arrianis combusti sunt, temporibus Constantij Imperatoris, Julio tum pontifice Romano: quàm temporis distinctio-

inctionem è Socratis etiam historia licet obseruare. Epistola autem illa, apud Marcum, qui pontifex Romanus ante Iulium fuit, nouèque ad minimum annis, antequam cremarentur Canones, mortuus est, incendium illum lamentabili querimonia deplorat. Et hæc quidem de Athanasio, ad Iesuuiticam obiectionem dicta sint.

Citant etiam Origenem, homil. 5. in Exod. *Vide* Origenes.
magno illi Ecclesiæ fundamento, & petra solidissime, super quam Christus fundauit Ecclesiam, quid dicatur à Domin: Modice fidei, quare dubitasti? Sed Origenem apertius, & ex professo, in 16. cap. Matthæi, seipsum explicantem, audiamus. Petra est, inquit, quisquis Christi discipulus est. Item. Si super unum illum Petrum tantum existimas edificari totam Ecclesiam, quid dicitur es de Ioanne filio tonitru, & Apostolorum unoquoque? Quin alioqui num audebimus dicere, quod aduersus Petrum unum non preualitura sint porta inferorum, aduersus ceteros autem Apostolos & perfectos preualitura sint, ac non potius in omnibus ac singulis eorum, de quibus dictum est, sic illud quod dictum est, & porta inferorum non preualebunt aduersus eam? Item illud, super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. An verò soli Petro dantur à Christo clauis regni cælorum, nec alius beatorum quisquam eas accepturus est? Quid si dictum hoc, tibi dabo clauis regni cælorum, cæteris quoque commune est, cui non simul omnia, & que prius dicta sunt, & que sequuntur velut ad Petram dicta, sunt omnium communia?

Inde colligis, Lector, Origenem intelligere, super unumquemque & Apostolum & Christianum fundatam

SIC DE PRIMATV IN ECCL.

esse Ecclesiam, id est firmitatem Ecclesie catholice oriri ex solida fide qua quilibet Christianus Filium Dei apprehendit & confiteatur. Petra solidissima igitur Petrus, Ioannes, quivis Christianus vocatur, propter Christi agnitionem & professionem, sine qua nulla imaginari potest Ecclesia in mundo.

Nazianzenus.

Gregorius Nazianzenus testis etiam produci-
tur in medium à Posnaniensibus, Orat. 26. De moder-
eratione in disput. seruanda. Sed integram eius
sententiam excerpamus. Concionatores verbi Dei
vult minimè esse confidentes inanisque gloriolæ
cupidos, & varijs rationibus hoc morbo eos libe-
rare conatur. Hæc autem ex consideratione ordi-
nis Apostolici petita, maximi est momenti, quam
ita proponit. *Vis aliud, quoque inquit, ordinis &
disciplina exemplum in medium proferam, iaque
preclarum & laudabile, ac presenti commemora-
tione atque admonitione in primis dignum? Vides
quemadmodum ex Christi discipulis, magnis ut-
que omnibus & excelsis, atque electione dignis,
hic petra vocetur, atque Ecclesie fundamenta in
fidem suam accipiat, ille impensius ametur & supra
petrus Iesu requiescat, ac reliqui discipuli eum sibi
preservi a quo animo ferant. Iam cum in montem
ascendendum fuisset, ut Christus corporea forma
splenderet, ac diuinitatem suam pateficeret, qui-
nam simul ascendunt? Petrus, Ioannes, Iacobus, qui
ante alios erant, & numerabantur. Rursus cum
precibus operam danti quosdam adesse oportere-
ret, quinam ad eam rem ascendi sunt? Eadem illi. At-
que hæc Christi prelatio & electio fuit. Quid? re-
liqua moderatio, ordinisque disciplina, quanta?
Aliud Petrus interrogat, aliud Philippus, aliud*
In. 26

Judas, aliud Thomas, aliud alius quispiam, neque aut idem omnes, aut omnia vnus, sed vicissim quisque ac sigillatim. Vbi hinc morositas? ubi dominandi libido?

Quid ista ad primatum Pontificium? Deinde Petrus non vocatur fundamentum Ecclesiæ, sed in fidem suam Ecclesiæ fundamenta accepisse dicitur: quæ aliter interpretari non possunt quàm, Super hanc Petram, id est super fidem quam confessus es: non, super te Petrum. Fides enim, quæ nomine omnium Dei electorum hinc proficitur & immota perpetuæque manet, distinguenda est ab hac persona quæ etiam si Dei beneficio hac fide prædita est, tamen est mutabilis, & moritur. Quod autem de Successoribus & Pontificibus Romanis garrunt Iesuitæ, iam ante explicatum & à doctis Theologis millies refutatum est. Cæteros testes, tum à Posnaniensibus, tum à Turriano, lib. 2. pro epistolis Pontificum, tum à Torrensi in Confessione Augustiniana productos, non consideramus: tum quod ex supra explicatis, Patrum mens & sententia liquidò constat: tum quod plus satis, horum verborum, Tu es Petrus, interpretationem expendimus.

V.

AVDIO quendam in tantam erupisse vecordiam, vt Diaconos presbyteris, id est episcopis anteferrer. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros, quos episcopos, quis pariatur vt mensarum & viduarum minister supra eos se tumidus efferat, ad quorû preces Christi corpus sanguisque conficitur? Quæris auctoritatem? audi testimoniû: Paulus & Timotheus serui Christi Iesu, Omnibus Sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum episcopis & Diaconis. Vis

De presbyterorû & episcoporum æqualitate.

& aliud exemplum. In actibus Apostolorum ad vniuersam Ecclesiam Sacerdotes ita Paulus loquitur: Attendite vobis & cuncto gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, vt regeretis Ecclesiam Domini quam acquisiuit sanguine suo. Ac ne quis contentiosè in vna Ecclesia plures Episcopos suis se contendat, audi & aliud testimonium, in quo manifestissimè comprobatur eundem esse episcopum atque presbyterum. Propter hoc (inquit Paulus ad Titum) reliqui te in Creta, vt quæ deerrant corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi mandauim. Si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, &c. Et ad Timotheum, Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiam, per impositionem manuum presbyterorum. Sed & Petrus in prima Epistola: Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, quæ reuelanda est, particeps: regite gregem Christi, &c. Item, Ioann. Presbyter Electæ dominæ. Et in alia Epistola, Presbyter Caio charissimo. Quod autem postea vnus electus est, qui cæteris preponeretur, in schismatis remedium factum est, ne vnusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet. Nam & Alexandria à Marco Euangelista vsque ad Heraclium & Dionysium Episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant: quomodo si exercitus imperatorem faciat, aut diaconi eligant de se, quem industrium nouerint, & archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione, Episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera Romana vrbis Ecclesia, altera totius orbis existimanda est. Et Galliarum, & Britanniæ, & Africa, & Persiarum, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vni Christi.

Christum adorāt, vnā obseruat regulā veritatis. Si auctoritas quaeritur, orbis maior est vrbe. Vbicūq; fuerit Episcop. siue Romę, siue Eugubij, siue Constantinop. siue Rhegij, siue Alexandria, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est & sacerdotij. Potentia diuitiarum & paupertatis humilitas, vel sublimiorem vel inferiorem episcopum non facit: cæteram omnes sunt Apostolorum successores. *Distinct. 93. Can. 124. ex Hieronymo ad Euagrium.*

Olim idem erat presbyter qui & episcopus. Et antequam Diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi episcoporum consilio Ecclesiæ gubernabātur. Postquam verò vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi: in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris electus superponeretur cæteris, ad quæ omnis Ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. *Et paulo post.* Sicut ergo presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit esse subiectos: ita episcopi nouerint se magis cōsuetudine quàm dispositionis Dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere. *Distinct. 95. Can. 5. ex Hieronymo in 1. cap. epist. ad Titum.*

Mos antiquus perdurat in Ægypto, vel Lybia, & Pentapoli, vt Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem: quandoquidem & episcopo Romano parilis mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæterasque prouincias, honor suus vnique seruetur Ecclesiæ. *Distinct. 65. Can. 6. ex Concil. Nicano, c. 6.*

Ex tribus superioribus canonibus colligo.

1. Olim presbyteros & Episcopos idem eiusdemque dignitatis fuisse, id est &que distinctionem postea inuectam iuris esse merè positiui, quod tandem in sacrilegam superbiam degenerauit.

2. Episcopalem gradū supra presbyteros, post schismata ab irrequietis ingenii, & pastoribus ambitiosis maximo cum Ecclesiarum damno per Christianum orbem inuectā, tanquam *σὸ φὸρ φέρμακον*, conseruandi ordinis gratia adhibitum fuisse.

3. Ecclesie Romanæ Episcopum (etiam si hodie singulis Christiani Episcopi partibus & munere iuxta Canones verè Apostolicos omni ex parte fugeretur) in alias Ecclesias earūve Episcopos, neque ex diuino neque ex humano iure, ullam habere potestatem.

4. Parem omnium Ecclesiarum & Episcoporum esse dignitatem.

5. Orbē in vrbe eos includere velle, qui Ecclesiam Romanam (etiam si purum membrū esse concederemus) alicuius caput, & Catholicam appellat.

6. Titulos, honores mundanos, priuilegia, pompas, diuitias, luxum & fastum, Romanum Episcopum aliumve (quisquis is sit) supra alios Episcopos, ceu Patrem & Episcoporum Episcopum, minimè attollere.

7. Eum verè esse Episcopum, & eadem auctoritate cum Romano, Alexandrino, Antiocheno, in Ecclesia catholica pollere, quicumque Episcopali seu pastoralis muneris ex verbi diuini præscripto in sibi legitimè commissa Ecclesia ritè fungitur.

8. Veterem Ecclesiam, Hierarchiæ seu anarchiæ pontificiæ superbiam ignorasse, & eius initia odio habuisse.

9. Patriarchas, quos humana sapientia in Ecclesiam inuexit, fuisse coæquales: nec Romanum in alios imperium exercuisse. Nam quod noui decreti glossatores ex Nicolao primo referunt in Can. 6. distinct. 65. (Ecclesie Romanæ scilicet concessa esse omnia, & per consequens illam omnibus largiri formam & regulam) puerile est commentum putidūque sophisma, quod principii petitionem vocat. Quid autem Pontifici j emissarij

I E S V V I T A.

Cum Hieronymus dicit eundem esse episcopū & presbyterum: factūque esse ad schismatis remedium, ut vnus eligeretur qui ceteris praeponeretur, non hoc voluit dicere, neque dixit, idē esse episcopū & idem esse presbyterum: sed eundem esse Episcopum & presbyterum, quod à principio quidem ita fiebat, ut propter paucitatem fidelium vnus & idem esset Episcopus & presbyter: cum non esset opus in singulis Ecclesiis alio Episcopo & alio presbytero, siquidem in Episcopo presbyter cōtineretur. At postquam coepit opus esse pluribus presbyteris, tunc non amplius erat vnusquisque idem presbyter, & idem Episcopus, ne tot essent Episcopi quot presbyteri: atq; ita fieret (ut ait idē Hieronymus) ut vnusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam, rumpere. Turrian. pro epist. pontif. lib. 5. cap. 20. pag. 445.

Quando Paulus precipit Tito, ut in Creta cōstituat presbyteros per omnes ciuitates, scilicet maiores & minores, quales erant tunc (erant enim Creta, ut Strabo lib. 10. testatur, plures *Metropoles*, & centū ciuitates, sicut nūc itē alia sunt maiores, alia sunt minores: par est profectō credere, ut nunc non vnus gradus presbyteri minoribus & maioribus ciuitatibus praesunt, sic Paulum Tito praecipisse, ut constitueret presbyteros non vnus gradus per omnes ciuitates, sed maioris per maiores, & minoris per minores, id quod vsque in hodiernum diem fit, secundum priscam Apostolicae dispositionis traductionem. Sed dicent Aduersarij, at non dicit hoc expressē verbum

Dei. Fatemur: non expresse & aperire dicit, sed non continuo non dicit rem, qui eam obscure dicit: alioqui dicamus quae sunt in epistolis Pauli ad intelligendum difficultia, ut dicit Beatus Petrus, perinde esse ut si dicta non sint. Eodem opere pro epist. Pontif. lib. 2. cap. 16. pag. 168.

Hieronymus in Epistola ad Euagrium ita scribit. Quod Aaron & filii eius atque Leuita in templo fuerunt, hoc sibi episcopi, presbyteri & Diaconi in Ecclesia vendicent. Quis autem dicat non fuisse differentiam in lege Moysi inter summum Sacerdotem, & filios eius minores sacerdotes? Quod si fuit, fuit igitur semper (auctore Hieronymo) differentia in Ecclesia inter episcopos & presbyteros. Idem rursus affirmat in epist. ad Nepotian. Repositis deinde quae supra ex lib. 5. cap. 20. pro epist. Pontif. cita unius, addit. Idem Hieronymus, in ead. epist. ad Euagrium, cum vellet defendere dignitatem presbyterorum contra illos qui diaconos presbyteris honorabiliores esse aiebant: quid enim, inquit, facit episcopus, quod non faciat presbyter, excepta ordinatione? Sensit igitur Hieronymus differentiam esse Episcoporum & presbyterorum, ratione ordinationis. Episcopus enim ordinare potest ministros Ecclesia, presbyter vero non potest ordinare, neque caetera facere quae Episcopo ratione ordinationis conueniunt: ea enim excipit etiam Hieronymus, cum ordinationem excipit: quae Damasus in epist. ad Chorespicos numerat. Sed quid opus est Hieronymi testimonio, ubi testimonium Pauli superest, qui ad Timotheum scribens, aduersus Episcopum, inquit, accusationem noli recipere, nisi sub duobus acribus

tribus testibus. Constat autem necesse esse, ut iudex
 maior sit is quos iudicat. Si verbum Dei est, quod
 hic Paulus scribit, igitur verbum Dei negat qui
 episcopum & presbyterum pares facit. Docuisse sit
 a principio Ecclesie apostolos, & per linguas do-
 ctorum & predicatorum Ecclesie Catholice dein-
 ceptis per manus nobis hoc tradidisse, locupletiss. te-
 stis est Clemens Romanus lib. 2. 3. & 8. Constit.
 Apost. Item Canon. Apost. 39. Concilium Hispa-
 lense secundum. Epiphanius lib. 3. tom. 1. heresi 75.
 adu. Aerium, qui aequales esse presbyteros episco-
 pis assererat. August. in lib. de heresib. cap. 53. Et
 infra. lib. primo, cap. 4. de Ecclesia & ordinatio-
 nibus ministrorum: Verbum presbyteri, 1. Tim. 4.
 plures presbyteros hoc loco, id est plures episcopos
 significat: quia quae presbyteris conueniunt in episco-
 po insunt. Idcirco episcopo conuenit nomen comune
 presbyteri, quod est aliocui proprium alterius infe-
 rioris ordinis. Ut Angeli nomen proprium quidem
 est eius ordinis, qui est in caelesti hierarchia extre-
 mu, commune vero omnium ordinum superiorum:
 quia habent superiores ordines proprietates ac vir-
 tutes inferiorum: inferiores vero, superiorum non ita.
 Sic beatus Petrus Episcopos vocauit presbyteros,
 & se compresbyterum id est coepiscopum, cum ait:
 Presbyteros ego, id est seniores, qui in vobis sunt, ob-
 scuro compresbyter, id est consenior. Episcopos enim
 alloquitur, qui clericos habebant in Ponto, Galatia,
 Cappadocia, Asia, Bithynia, tum per singulas ci-
 uitates non paruas, quae sedes erant episcoporum: tum
 per Metropoles, quae erant sedes archiepiscoporum.
 Rursum Theodoretus, interpretans idem nomen pres-

520 DE PRIMATV IN ECCL.
byterij: presbyterion (inquit) vocat eos qui Apoſto-
lica gratia donati ſunt: hi autem ſunt epiſcopi, qui
locum tenēt Apoſtolorum, vt S. Anacletus in epiſt.
3. ait: Presbyteri verò locum 70. diſcipulorum. Id-
circo propria epiſcoporum ſunt, vt in eorum ordi-
natione promulgatur, iudicare, interpretari, conſe-
crare, in quo poteſtas ordinādi cōiunctur. Hæc enim
ad chariſma Apoſt. facultatis pertinent. Præterea
etiam Theophylactus interpretas idem verbū preſ-
byterij, ſic ait, Cum impoſitione manū preſbyterij,
id eſt epiſcoporum: nō enim preſbyteri epiſcopū or-
dinabant. Vide verò quātum impoſitio manuum ſa-
crarū valeat. Quis unquā cogiſſet aduerſariū
tam obtuſum & tardum eſſe, & tam parum intelli-
gentē, vt potuerim videri illi concedere hęc idē eſſe
epiſcopos & preſbyteros, quia interpretatus ſum in
eo loco Pauli vocari preſbyteros, eos qui erant epiſ-
copi, Timothei ordinatores? nō enim ſtatim à prin-
cipio hæc nomina diſcreta ac diſtincta fuerunt, vt
poſtea ſunt. Obſeruauit hoc etiam Theodoretus in
epiſt. ad Philip. interpretans enim inſcriptionē epi-
ſtola [Paulus & Timotheus ſerui Ieſu Chriſti, cum
nibus ſacerdotibus in Chriſto Ieſu, qui ſunt Philippis,
cum epiſcopis & diaconis.] Cum epiſcopis, inquit,
id eſt preſbyteris: utroque enim inquit nomine tunc
vocabātur: vt ex hiftoria Apoſtolorum perſpici po-
teſt, cum vocatis preſbyteris Ephēſis Miletum,
dixit Apoſtolus, Attendite vobis & vniuerſo gre-
gi, in quo vos poſuit Spiritus Sanctus epiſcopos. Et
in epiſt. ad Titū. Propterea (inquit) reliqui te Cre-
ta, vt conſtituas preſbyteros: ac paulō poſt, vt doce-
ret quales eſſe deberēt, qui erant ab eo conſtituendi:
oportet

oportet (inquit) episcopū, & c. quod etiā hoc in loco
 perspicuum est: coniungit enim diaconos cum episco-
 pis, non facturum aliā mentionē presbyterorū. Adde
 quod multi episcopi non possūt vni ciuitati præesse.
 atq; Epaphroditum quidem in hac eadē epist. apost.
 Philipp. appellat, it, quae appellatio satis declarat fuis-
 se illum Apost. Philipp. Hactenus Theodoretus.
 Dic, aduersarie, similiter concedere per impuden-
 tiā Theodoretum, quod negat: negat enim idem esse
 episcopum & presbyterum, siquidem vnus tantum
 erat Philippensium episcopus, scilicet Epaphrodi-
 tus, quia Philippis quae erat vna ciuitas Macedo-
 niae plures episcopi esse non poterant, ut quidem e-
 rant multi presbyteri: & tamen idem Theodoretus
 presbyteros ait vocari hīc episcopos cōmuni nomi-
 ne. Ite, Theophylactus, Episcopos, inquit, vocat ip-
 sos presbyteros: non enim in vna ciuitate multi esse
 poterāt, quia nondū erāt discreta nomina: quin po-
 tuit qui erāt episcopi, Diaconi & presbyteri voca-
 bātur. Ait enim Timotheo, qui episcopus erat, Dia-
 coniam tuam, id est tuum ministeriū imple. Et rur-
 sus, Noli negligere gratiam, quae data est tibi cum
 impositione manū presbyterij, id est episcoporū: non
 enim presbyteri episcopū ordinabant. Contra verò,
 presbyteri vocabantur episcopi, tanquā speculantes
 etiā in populū, ad purgandum & illuminandū eos
 qui purgatione & illuminatione egebāt. Turrīa. adu.
 capita posterioris disp. Freyhubiij, à pag. 399. ad 409
 Itē 2. libr. defensionis adu. Sadeelē, à pag. 194. ad 238.

Nullam hīc aduersus varia Turrīani sophisinata dis-
 putationem instituo, quum id iam antea abunde præsti-
 tum sit ab eruditiss. Theologo, A. Sadeele, scriptis editis,
 ex quibus lector rādem colliget veram sententiam mi-
 hi satis est ostendisse, tum ex Hieronymo, tum ex ipsius

Turriani declamationibus Gratianum esse Anti-Iscariotam. Quod ut liqueat, quasdam Turrianicas hypotheses ex superioribus dictis colligo, quæ Gratiani Canonibus oppositæ viam ad iudicandum aperient.

1. Presbyteros & Episcopos non idem fuisse, sed aliquoties presbyterum & episcopum eundem simul fuisse propter paucitatem fidelium. Hanc distinctionem, traditionis esse Apostolicam, & iuris diuini. Episcopum autem supra presbyteros esse, & Paulum Tito præcepisse, ut Episcopos per maiores ciuitates, presbyteros per minores constitueret. Ista quidem expresse & aperte non tradita verbo scripto, sed tamen recipienda, tametsi obscure dicta: alioquin reuocanda essent ipsiusmet Pauli epistole, quoniam sunt ad intelligendum difficilia quæ in illis continentur.

2. Sub lege discrimen constitutum est inter summum Pontificem & Lenitas. Sub Evangelio idem constituendum est inter Episcopos, presbyteros & diaconos.

3. Differt Episcopus à presbytero, ratione ordinationis, id est, presbyter non potest ordinare, neque cetera facere, quæ Episcopo ratione ordinationis conueniunt. Et est Episcopus sicut Aaron presbyteri verò sicut filij eius.

4. Aduersus presbyterum accusatio non est recipienda, nisi sub duobus aut tribus testibus. Timotheus, ad quem Paulus hoc scripsit erat Episcopus. Index autem est maior iis quos iudicat. Ergo Episcopus & presbyter non sunt pares.

5. Clemens Romanus ait Episcopum esse caput

put presbyteri. Ergo presbyter est inferior Episcopo. Item presbyteros esse Episcopi consiliarios, unde sequitur presbyteros Episcopis esse minores. Item, Episcopus tribuit presbyteris potestatem baptizandi, sacrificandi, benedicendi, predicandi. Est igitur episcopus maior presbytero.

6. Canon Apostol. 39. iubet presbyteris & diaconis, ut nihil sine episcopi permisso & auctoritate in Ecclesia faciant. Sequitur inde Episcopum presbyteris esse superiorem.

7. Episcopus est caput cleri & princeps populi. Est igitur presbyter infra episcopum. Ratio. Si enim equalis esset, duo capita clerus haberet.

8. Christus, ait Clemens lib. 8. constituit. Apostolic. Apostoli constituunt Episcopos, Episcopi presbyteros. Ergo presbyteri sunt inferiores Episcopis.

9. Concilium 2. Hispalense prohibuit ne presbyteri ad presbyterium alios promouerent, sed episcopo intactum relinquerent hoc munus. Sunt igitur Episcopis inferiores.

10. Epiphanius & Augustinus haereseos damnant Aerium, qui presbyterum ab Episcopo nihil differre assererat. Ergo haeretici sunt qui presbyterum & episcopum idem esse contendunt.

11. Presbyterium apud Paulum significat Caeterum episcoporum qui Timotheo manus imposuerunt. & Theodoretus vocat presbyterium eos qui Apostol. gratia sine charismate donati sunt. Episcopi autem Apost. locum tenent: & presbyteri 70. discipulorum sunt successores. Ergo Episcopi praecellunt.

12. Theophylactus presbyterium dicit significare cœtum Episcoporum. Ratio. Quia presbyteri episcopum non ordinabāt. Ergo Episcopi sunt presbyteris prestantiores.

13. Idem Theodoretus & Theophylactus affirmant utroq; nomine episcopi & presbyteri Ecclesia pastores tēporibus Apostolorū fuisse appellatos: quia in vna ciuitate multi Episc. esse nō poterat, & nondū erant discreta nomina. At postquā cepit opus esse pluribus presbyteris, tunc nō amplius fuit vnusquisque idem presbyter & idem episcopus, ne tot essent episcopi quot presbyteri.

Ex hac analytica declamationū Turrianicarum dissectione vides lector Sophistam extra mētas disputationū Theologicarum vagātem, nouas verborum & rerum significaciones fingentem, statum disputationum mutantem, perpetua principij petitione, ignorantia elench, amphiboliis, & falsissimis propositionibus Ecclesiæ Dei illudentem. Petimus à Turriani discipulis diuinastabulas. Quod enim de electione Timothei ab episcopis non à presbyteris facta, quemadmodum sine scripti verbi auctoritate, contra expressam Apostoli vocem, impudenter à Turriano prolatum est, confidenter reuocio. Tandem, si Sophistæ fides adhibetur, Paulus ex Apostolo fuerit Episcopus, ipse enim imposuit Timotheo manus, quod factum fuisse in coetu presbyterorum qui Paulo adhaeruerunt, ex circumstantiis locorum & testimoniis Scripturæ facile colligi potest. Timotheus Euangelista fuerit etiam Episcopus, cuius officium in eo consistit vt iudicet, interpreteretur, consecret. Iterum autē ludit Turrianus, nec de prædicatione verbi & iis quæ Timotheo præcipit Paulus aliquid in medium affert. Quæ sit item vera vocum Episcopi & presbyteri significatio, aut quale fuerit presbyterorum munus nō aperit: tantum vult eos tanquam consiliarios asse disse Episcopo: & in perpetuum gyru falsissimæ interpretationis inclusus, apostolicæ & apostolicorum virorum

Virorū *Straxius* in Pontificiā tyrannidē trāsformat. Quod autem ad testes à Turriano productos, aliquid est nobis addendum. Primum autem, Pauli apostoli auctoritatem & D. Hieronymi suffragium maioris ponderis esse existimo quam vt à Clemente Romano & similibus euertere queat. Deinde, ad omnia Hieronymi argumenta Turrianū minime respondisse liquet: non enim meminit eorum quæ à Gratiano Can. legimus, distinct. 93. circa medium, recitatur. *Alexādria* (inquit Hieronymus) à *Marco Euāgelista* vsque ad *Heraclā & Dionysium* Episcopos, presbyteri semper *renum* ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopatus uiminabant. Igitur, iuxta sententiam Hieronymi, nō episcopi, sed presbyteri episcopum eligebāt, id est quem magis idoneum nouerant qui compresbyterorum suorum cœtui præset, in schismatis remedium. Quod additur postea, *Quid enim facit, excepta ordinatiōe episcopus, quod presbyter nō faciat?* non iuuat Turrianum, qui ordinationē tribuit solis episcopis: nā Hieronymus nominationē & collocationem in gradu episcopali presbyteris concedit. Vide igitur, candidè lector, nū legendū sit *accepta ordinatiōe*, vt sit sensus ille qui ordinatus est à cōpresbyteris episcopus, nihil facit, quod presbyter non faciat. Cur igitur præset? Dices, accepit ordinationē, & moderatur cœtus Ecclesiastici cōsilia & actiones. Vel, si uulgatā lectionē retineas, idem sensus recurret, episcopū uidelicet presbyteros non antecellere, nisi ordinatione, id est quatenus à presbyteris ordinatus est.

Clementem Romanū apostolorū æqualē fuisse, Turrianus, Bonius, Venadius, & alij affirmāt: & ipse Clemens se ab Apostolis cōstitutū nominat. De eo autē Hieronymus in catal. scriptorū Ecclesiast. & Honorius Augustodunensis episcopus, lib. de luminarib. Ecclesiæ, ita loquuntur, vt constitutionum Apostolicarum non meminerint. Duas epistolā tantū exprimit Hieronymus, & addit, *Disputatio Petri & Appionis* (lego Simonis, magi illius uidelicet) *longo sermone conscripta, quam Eusebius in tertio historiæ Ecclesiasticæ volumine arguit.* Et Honorius, scripsit *Clemens* (inquit) *epistolam ad Corinthiorum Ecclesiam ualde uilem, & uenerariū Petri, & disputatiōe Petri & Appionis, & multa alia quæ inter apocrypha numerantur.* Unde ergo

hic Clemens græco-latinus: Quid si nunquam fuit à Clemente conscriptus? quid si ab hæretico scriptus est? fuit sanè præcis temporibus tritum libros impietatis plenos in lucem edere, Apostolorum aliorumque Sanctorum patrum titulis ac nominibus fucatos, de quib. Leo Romanus, *Apocrypha Scripturae*, inquit, *quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdiciendæ, sed etiam penitus auferendæ, atque ignibus tradendæ sunt.* Gelatius, dist. 15. Can. *Sancta*, meminit Iulianij Petri, quod Clementi tribuitur, continentis octo libros, quos appellat apocryphos. Bessarion Cardinalis, tractatu de sacramento Eucharistia, ita de his constitutionibus scribit, *Licet hæc Clementis verba inter apocryphas Scripturas commemorari soleant, placet tamen ut eis in presentiarum tanquam veris assentiamus.* Sic Clementem videmus à Hieronymo & Honorio improbatum, à Bessarione in dubium vocatum, à Gelasio parum clementer exceptum, & damnatum. Sed fuerit à veteri quodam hic constitutionum codex scriptus, unde hausit ista, *Episcopus est caput presbyterorum presbyteri (inquit) accipiunt ab episcopo potestatem hanc exaudi, sacrificandi, &c. Episcopus est caput cleri & princeps populi. Presbyteros ne fas est ordinationes clericorum facere: & cetera id genus.* Cedo verò tabulas divinas: alioquin garrulitas apud Christianos nõ habet fidem. Quod si ad Canones ordinationum & electionum Ecclesiasticarum pleraque istius Clementis examinantur, inepta & falsa ea esse deprehendet attentus Lector. Et si Episcopus caput est cleri & princeps populi, quid fiet Petro dicenti presbyteris seu episcopis, *Pascite Dei gregem, præcepto animo, non ut dominantes cleris, sed ut qui sitis exemplaria gregis.* Quot capita tandem Ecclesie Dei fabricabantur? Quis Clementem sic loquentem Petri successorem discipulum appelleret? De Canonibus Apostolorum, ut vocant, supra egimus. Concilij Hispanensis decretum *utrazque* in cuiusdam particulari electione, sub Episcopatu humano, perstringit. Statum verò questionis mutat Turrianus, qui Hieronymi argumentis satisfacere debuit.

Ad Epiphanium accedo, cuius rationes si quis expendat, leuissimas esse deprehendet. Acrius presbyter cui

præfectura Prochodochij commissa erat, quum eius liberam administratione habere non posset, propter Eustathij episcopi (qui totam pecuniarum ecclesiasticarum economiam & tractationem sibi usurpabat) auaritiam, primùm dissensiones & rixę ortę sunt: deinde contentiones grauissimæ, demum aperta odia & diuortia, & quæstiones natae de iure presbyterorum & episcoporum, tum de iurisdictionis vtriusque muneris finibus: quæ ex malis initiis profectæ, primùm offendicula pepererunt, postea schisma, hæresin deniquè effecerunt. Sed quæstionis est, verum Acriani pro hæreticis sint habendi, an potius Eustathiani, qui videntur magna Antichristi tyrãnidis fundamenta illo suo dogmate iecisse. At Epiphanius & Augustinus (inquiunt) Iesuitæ, Acrianos damnant. Primùm Augustinus simpliciter dicit Acrianos docuisse quod episcopus non potest ordinare: quòd si verum est, disciplinam Ecclesiæ confundebat Acrius. Nec tamen inde sequitur quod vult Turrianus, episcopum & presbyterum non fuisse idem temporibus Apostolorum. Disputator ille tempora, quæstionum & controuersiarum statum, testimonium verbi scripti, probatorum patrum, apocryphorum librorum, Turrianica fide collecta, miscet & temerè confundit, vt turbatum lectorem facilius in tetros errores Iesuiticæ scholæ pertrahat. Epiphanius quidem multis in patrociniũ Eustathij propositis, addit Acrium dixisse, Episcopum nihil differre à presbytero: vnũ enim esse ordinem, vnũ honorem & vnã dignitatem. *Imponit manus episcopus: ita etiam presbyter. lauacrũ dat episcopus, similiter & presbyter: dispensationem cultus diuini facit episcopus, etiam presbyter. Sedet episcopus in throno, sedet etiam presbyter.* Refutationes Epiphaniij non attingo, nam æquum est patrum nauos intactos relinquere: nec erroribus aut hæresibus Acrij fauco. Si quid enim inuenit, quod verbo Dei repugnans sit inuentum, id totum seu in literas relatum, seu temporis manu sepultum est, detestor. Cæterum, neque Theodoretus, in hæretic. fabul. 4. libris, nec tota historia Ecclesiastica, Acrianorum tanquam hæreticorum meminit, & si ante Socratem, Sozomenum, Euagrium vixit Acrius, nempe circa annum

Christo passio 340 & temporibus Epiplianij, vt ipse scribit: quæ tamē eadē Iustachianos cōtemporaneos sepe commemorat inter hæreticos, adeo vt à paucis Acrij sententia damnata videri possit. Ac certe, si quis ea excipiat, quæ cum Arianis de Christi Deitate sentisse fingitur potius quàm probatur Acrius, nihil erit quod iuste in illius dogmate meritoque reprehēdi possit. Sed insolentes iam episcopi, & imperitando magis quàm pascendo gregi assuefacti, contra Petri præceptum, tam liberis aduersus suam superbiam insolentiâ & tyrannidē voces ferre non poterant, & iam tū agebant quod Ponsifex Rom. crudelius postea imitatus & exequutus est, vt haberet pro hæreticis quicumque aduersus eorū vitia, vel ordinis ipsorum peccata mutis auderent, quanquā illorum fastus & arrogantia iam Audeanis occasionem recedendi ab Ecclesia præbisset. Itaque cum Acrianis nihil aliud impingere possent, affinxerunt eos cū Arianis sentisse, coniugia dānare, esu carniū superstitiosē abstinere. Proxiorem verò huius dissidij explicationem attexere minime necesse est. Illud vnum addam, Epiplianium ipsum eadē coactum concedere hanc distinctionem inter episcopos & presbyteros tempore & seculo Apostolorum nondum fuisse: quasi verò in regenda Ecclesia posteri nōsque ipsi Apostolis sapiētiores simus. At propter paucitatem fidelium id factum est, inquit Turrianus. Profer verò testimonium ex scripto Dei verbo, immò infinitas Ecclesias per Agam & alias mundi partes per Apostolos & Euangelistas collectas fuisse, ex historicis constat, nec tamē ex probatâ fidei scriptore euincet Iesuita episcopos fuisse capita cleri & populorum principes.

Ad Theodoretum quod attinet, dicit quidem presbyterion vocari ab apostolo eos qui Apostolica gratiam acceperunt. Et addit, ita etiam eos qui erant honorati in Israel, diuina Scriptura senes. i. id est presbyteros vocauit. Cur verò presbyteros apostolica gratia priuaret, quæ episcopi soli (vt vult Turrianus) induerentur? Eodem recidit quod in vers. 3, cap. 1. ad Tim. idem auctor scribit, ex-

ponēs illa verba, si quis episcopatū desiderat, &c. Post leges
 episcopales, eas scribit Paulus quæ diaconis, cōueniunt, prætermis-
 sit presbyteris. Sed vt dixi, inquit, eosdem olim vocabant episco-
 pa & presbyteros, eos autem qui nūc vocantur episcopi, nōmina-
 bāt Apostolos? Procedente autem tempore nomen quidem Apo-
 stolatus reliquerunt q̄s qui verē quidem erant Apostoli, episcopa-
 tu autem appellationem imposuerunt iis qui olim appellabantur
 Apostoli. Ita Philippensium Apostolus erat Epaphroditus,
 deinde addit. Verumtamen etiam si has leges constituit diuinus
 Apostolus, clarum est quod has leges oportet primos seruare epi-
 scopos, vt qui sint maiorem dignitatem effecit. Attende Le-
 ctor. Qui nunc vocantur episcopi, nominabantur Pauli
 tempore Apostoli. At Apostolus Petrus vocat se presby-
 terum. Non solum igitur presbyterum & episcopū eun-
 dem, sed idem fuisse apparet. Presbyteros esse consilia-
 rios episcopi non diffiteor, modò ille maneat compres-
 byter, nec in clericos dominatum assumat: sitque ~~magis~~ ^{magis} ~~pos,~~
 ordinis & iurisdictionis in domo Dei cōseruandæ gratia, inter
 collegas suos sedens, non autem regiam aut prætoriam
 potestatem in Ecclesiam vsurpans, vt ab antichristi man-
 ripis factum est. Theophylactum recentiorem theolo-
 gum, ex veterum puriorum scriptis intelligi & explicari
 debere ratio postulat. Et de his quidem hæc tenus.

Aduersarius non considerat (inquit Turrianus) quem An Epif-
 admodum Papam cum alijs episcopis Hieronymus in copi Ro-
 epistola ad Euagrium exæquet, vtum ratione ordinis, mant &
 an ratione potestatis clauium, sine potestatis ligandi & aliorum
 soluendi, quæ dici solet potestas iurisdictionis. Atqui ex Episcopo-
 ipsa epistola intelligere potest, æquare quidē ratione or- rit pote-
 dinis, quæ est potestas super corpus Christi verum, sicut stas.
 altera potestas clauium est super corpus Christi mysticū,
 quod est Ecclesia. Quia ergo erant quidam, qui diaconos
 presbyteris anteferebant, quo eorum temeritatem magis
 retunderet, ait perinde esse æquare diaconos presbyte-
 ris, vt æquare diaconos episcopis: quia in episcopis sunt
 presbyteri, & quatenus episcopi presbyteri sunt, æquales

sunt presbyteri episcopis. Idcirco enim subiungit Hieronymus, *Ad quorum preces* (scilicet episcoporum & presbyterorum) *Christi corpus & sanguis conficitur*. Rursus episcopi ratione sacerdotii omnes sunt æquales, vt idē Hieronymus ait: *Vbiunque fuerit Episcopus, siue Roma, siue Eugubij, eius scđ est meriti & sacerdotij*. i. non magis est episcopus, Romanus episcopus: quàm est episcopus, Eugubinus episcopus: sũntque omnes episcopi successores Apostolorum, qui ratione sacerdotij æquales quoque fuerunt. *Potentia autem diuitiarũ, vel paupertatis humilitas, non facit sublimiorem, vel humiliorem episcopum*: non dixit, maior, aut minor potestas clauium, siue ligandi & soluendi, non facit sublimiorem, aut inferiorem episcopum: sed potentia diuitiarum, aut paupertatis humilitas. In hac enim potestate, quæ ad gubernationē Ecclesiæ Catholicæ, & curam ac potestatem pastorem pertinebat, non fuerunt omnes apostoli æquales: quin potius vnum Petrum cæteris apostolis præesse voluit Dominus, quamuis omnes essent apostoli: & quatenus presbyteri & episcopi æquales, ratione ordinis. Quod si Hieronymus Pontificem alijs episcopis in omni potestate æquabat, cur dixit ad probandum æquales esse, *Vbiunque fuerit episcopus, siue Roma, siue Eugubij, eiusdem meriti est & sacerdotij?* & non dixit, eiusdem est potestatis & honoris? præesse enim alij, non est maioris sacerdotij episcoporum, quatenus episcopi sunt, sed est maioris potestatis & honoris eorum. Si quidem vna est ratio sacerdotij omnium episcoporum, sicut vna item est ratio sacerdotij omnium presbyterorum. Duo namque sunt ordines sacerdotum, vt ait S. Anacletus, in epist. 3. id est episcoporum & presbyterorum. Quod autem dixit Hieronymus

ronymus, *Si auctoritas queritur, orbis maior est vr-*
be: hoc dixit, quia illi, qui Diaconos presbyteris
æquabant, ex consuetudine vrbis Romæ argumen-
tum ducebant. Sic enim ait Hieronymus, Sed di-
ci s, quomodo Romæ ad testimonium diaconi presby-
ter ordinatur? respondet, quid mihi profers vnus vr-
bis consuetudinem? Huc igitur spectat quod paulò
antè dixerat, Si auctoritas queritur, orbis maior
est vrbe. quod perinde est, ac si diceret, si ista cõ-
suetudo Romæ est, tametsi non reprehendo, at in
aliis ecclesiis non est. Sic Hieronymo visum est ref-
põdere, cùm alioqui in promptu esset ratio illius
Romæ cõsuetudinis, cur scilicet ad testimoniũ
diaconi presbyter ordinaretur: nempe quia dia-
coni sunt, vt ait Clemens Romanus, tanquam ocu-
li episcopi, circumlustrantes vniuersos actus Ec-
clesiæ ad renunciandum episcopo: presbyteri ve-
rò non ita. Idcirco non adhibebatur testimonium
presbyteri ad ordinationem diaconi: non tamen
ex eo sequebatur, vt diaconi essent presbyteris
humiliores. Similiter cùm ait Hieronymus, Nec
altera Romæ vrbis Ecclesiæ, altera totius orbis exi-
stimanda est, significat eandem esse regulam fidei
in omni Ecclesia Dei, quæ est pars Ecclesiæ vnus
Catholicæ per cunctum orbem diffusæ, quod sta-
tim explicat idem Pater Hieronymus, cùm sub-
iungit: & Galliæ, & Britaniæ, & Africa, &c. vnum
Christum adorant, vnã obseruant regulam veri-
tatis. Quia verò aduersarius B. Hieronymi autho-
ritatem, quam sciebat esse magnam, in primatum,
vt eum pondere & gravitate tanti auctoris incli-
naret, irritò conatu torfit: nos rursus eiusdem au-
thoritatem in ipsum, vt saltem erubescat, si quid
forè pudoris reliquum fecit, retorqueamus. Sic
enim ad Damasum ex Syria epist. 57. scripsit: Ego

nullum primū nisi Christū sequēs, beatitudinē tuā, id est, Cathedrā Petri cōmune consocior. Super illā petram aedificatā Ecclesiam scio: quicumque extra hanc domum agnū comederit, profanus est. Si quis in arca non fuerit, peribit durāte diluuiō. Eū dicit extra domum comedere agnū, qui Cathedrā Petri cōmune nō consociatur, sicut se dixit cōsociari, eundēque ait nō esse in arca Noe, ac periturum regnante diluuiō. Rursus ad eundē Damasum in altera epist. Ariana, inquit, rabies fremit, hinc in tres partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat: monachorū circa manētū antiqua in me surgit auctoritas, ego interim clamor, si quis Cathedrā Petri iungitur, meus est. Turr. lib. de Ecclesia, & de ordin. minist. Ecclesie adn. Freyhubium. Cap. 10.

Hoc vult Turrianus, in ignis latebro aduersus Gratianū ex Hieronymo Canonem declamans.

Omnes episcopos ratione ordinis & Sacerdotij equales esse: ratione verō potestatis clauium, seu ligandi & soluendi, quam vocat potestatem iurisdictionis, Episcopum Romanum ab his omnibus maiorem esse. Quod se tribus argumentis probasse existimat.

1. A potestate quam Christus Petro concessit. Vnum enim (inquit) Petrum in hac potestate quæ ad gubernationem Ecclesie Catholice & curam ac potestatem pastoralem pertinebat, ceteris Apostolis præesse voluit Dominus, quamuis omnes essent apostoli: & quateus presbyteri, & episcopi, æquales ratione ordinis.

2. Ex verbis Hieronymi, à Gratiano citatis, quæ Turrianus in medium methodo tibi familiari, id est plane Sophistica produxit.

3. Ab auctoritate eiusdem Hieronymi, locis aliquot epistolarum ad Damasum expressis, quibus sui Primatus ita confirmatum esse somniat, vt de eo neminem, nisi hereticos profligatissimos, licet mouere possent aut velle opinetur.

Ego vero, Lector Christiane, si singula Turri. Sophistata, quib. verborū Hieron. robur enervare conatus est, tibi exhibuero, iustum volumē cōficere cogar. Quædam igitur

inducisse sat erit, quæ ad alia detegenda tibi lucem facient.
 Primum autem, quomodo Episcopi ratione ordinis
 sint æquales: item quis sit ordo ille, & in quo hæc æquali-
 tas consistat non aperit Turrianus. Quæ æqualitas est in-
 ter pedes, brachia & caput? Quis ordo inter episcopos quo-
 rum vnus est episcopus, caput, pater? Æquales sunt (dicit)
 quatenus episcopi, sed nomine tenus, non re ipsa: id est ap-
 oscopi non Episcopi. Nullus ordo certè nisi inter equa-
 les: at æquales non sunt maiores & minores episcopi,
 quandiu maioritas & minoritas (in re barbara & horrida
 horridis barbarisque voculis mihi liceat vt.) manent. Ca-
 nonistarum putidas adulationes omitto, quibus constat
 ordinem à Turriano constitutum esse imaginariū. Quæ
 communio episcopi Romani cum alijs, qui ceu viles a-
 nimæ aut bruta mancipia ad idoli huius pedum oscula
 cadunt? Ordinem Concilij Tridentini forsità nobis obji-
 cient Iesuitæ: vbi scilicet omnia ex Põtificis vnus nucu-
 & iussu, inimicis amicisque non paucis reclamantibus, sunt
 definita? An ordinem episcopalem, id est ordinationem
 profertur? At quantum sit discrimen inter Pontificum,
 Cardinalium, Patriarcharum & Episcoporum consecra-
 tiones Iudaicæ ethnicas, ipsorum rituales libri satis supèr-
 que declarant. Sed cur inter inordinatos & *antiquum* ordinem
 iam pridem sepultum quærimus? Porro, si ratione ordinis
 æquales sunt episcopi, eadem etiam iurisdictionis pote-
 state æqualiter fruuntur: alioqui non modò turbatus sed
 omnino extinctus iacet ille ordo. In ceremonijs enim
 non tantum consistit, sed præcipuè in administranda Dei
 Ecclesia, cuius pars in solidum ab vnoquoque Christiano
 episcopo tenetur. Iterum respondebit Iesuita ordinem
 rectè constitutum exigere, vt quispiam primas teneat,
 ceteri omnes sequantur pro ratione circumstantiarum, id
 est vt Turrianus alibi ait, prout erunt in maioribus aut
 minoribus ciuitatibus cõstitutæ Ecclesiæ, quas in patriar-
 charum, archiepiscopatus, Episcopatus & presbyteratus
 transformat, nulla habita eruditorum & priorum Pastorum ratio-
 ne. At in Orthodoxa & verè Catholica Ecclesia Christus
 primas tenet: ceteri omnes pastores gregis stationem suam pro-
 vili tuetur, verbum Dei annunciat, disciplinam Ecclesiasticam

diligenter conseruant, & quoniam sunt æquales, sym-
mystæ, college, compresbyteri, eepiscopi, vno animi cõ-
sensu idem opus in domo Dei promouentes, or dinem
sanè retinent. Idem à nostris episcopis fit, inquit le-
suuita. At tu, lector, omiſſa Papisticorum episcoporum
(in qua certè inæqualitatem quandam agnosco, nec enim
omnes eodem impietatis lethargo esse correptos asse-
rere velim) vaxcordia, vanitate, epicurea vita, æqualitarem
inter Romanum Pontificem & anarchiæ Papisticæ asse-
clas percurrere animo æquales quidem comperies quum
de cõtèmnenda & proſtiganda Sacrosancta Dei veritate
agitur.

Ratione Sacerdotij sunt æquales, inquit Turrianus,
Quid sit autem Sacerdotium illud explicat (suo quidem
iudicio) Hieronymi verbis, quum ait ad presbyterorum
& episcoporum preces Christi corpus confici. Nomine
Sacerdotij intelligit Hieronymus omnes partes muneris
presbyterorum seu episcoporum, i. ministerium Ecce-
lasticum, quod synecdochicos refert ad Eucharistici Sa-
cramenti celebrationem. Etenim de episcopis seu pres-
byteris agit, quorum illis temporibus partes erant, con-
dones habere ad populum, (vt ex Sermonibus D. Augu-
stini aliorumque colligimus) Sacramenta administrare,
Ecclesiæ disciplinam sanctam conseruare: in sum-
ma, pascere Dei gregem. At Turrianus fortassè vult Pa-
pisticos Episcopos æquales esse, quatenus sunt sacrificuli,
qui ad quinque vocularum pronunciationem, Christi
corpus è cœlis eliciant, & panem missaticum in Filium
Dei transformèt. De significatione verborum Hierony-
mi non est hîc disputandi locus: quum de consecratione
sacramentali collatio nostra non agat, sed de primatu in
Ecclesia. Quærimus autem à Turriano, quomodo existi-
met ratione Sacerdotij episcopos omnes esse æquales?
Missam Pontificis Romani & rustici cuiuspiam Sacrificu-
li æqualem esse, id est eadem ignominia Filium Dei assi-
cere fateor, At si partes omnes veri Sacerdotij, quod ante
Hieronymi tempora vigoit, perlustramus, quam æquali-
tatem inter suos Episcopos nobis depinget? Æquales sunt
ratio-

ratione ignorantie & ignantie. Si qui inter eos reperiuntur qui suggestum conscendant, æquales sunt in Pontificijs erroribus disseminandis. Inter fideles autem ecclesie Dei episcopos & Papisticas larvas tanta est inæqualitas & discrepantia, totius ministerij ratione, quanta inter Christum & Antichristum. Quod si examen, electiones & ordinationes Papisticorum episcoporum ad veterum constitutiones reuocamus, omnes huiusmodi episcopos ab ipso Pontifice Romano ad minimum vsque Sacrificulum, Canonum suorum anathematismis ex Dei Ecclesia iam dudum eiectos fuisse apparebit. Ad Sacerdotium reuertamur. Episcoporum & presbyterorum Sacerdotium nihil aliud esse potest quam tota ministerij functio, cuius pars à Hieronymo expressa est. Vnde colligo idem esse omnium episcoporum ministerium: & vi consequentis, nullum Ecclesie Dei ministrum aliorum ministrorum aut episcoporum esse caput & principem, excepta ratione externæ cuiusdam discipline. Quid autem ista ad Romanos Pontifices, cuius successionem, vocationem, doctrinam & ceteroniam eruditi Theologi ostenderunt à Petri, Pauli & Apostolicorum virorum norma tota via recessisse? Nec possum Turrianicam audaciam satis mirari, qui de Romanis Pontificibus, quales nunc sunt, agens, ordinis & sacerdotij meminisse ausus est. Prius nobis depingat oportet veterum episcoporum & presbyterorum ex probatis Scriptoribus ordinem & sacerdotium, quod quum bona fide præstiterit, facile iudicabit lector, quinam ordinem & sacerdotium in Ecclesia Dei retinuerint. Fastum autem & luxum Pontificie sedis, infinita cum superstitionum & blasphemiarum mole compactum, hæc describere non constitui: aliud enim nostra collatio nos vocat. Cætera absoluamus.

Ratione potestatis clauium seu ligandi & soluendi, quam potestatem iurisdictionis vocat, episcopum Romanum alijs omnibus esse maiorem Turrianus asserit, nos negamus: quibus autem argumentis id probet Iesuuita, paucis est dicendum.

I. Vnum (inquit) Petrū in hac potestate quæ ad gubernationem Ecclesie Catholice & curam ac potestatem

pastoralement pertinebat: ceteris Apostolis præesse voluit
 Dominus, quauis omnes essent Apostoli: & quatenus e-
 piscopi & presbyteri, æquales ratione ordinis. Mirus ar-
 gumentator, qui idem per idem id est, nihil probat. Requiri-
 mus tabulas diuinas, Turriane. En proferimus (reclamat
 ille) Tu es Petrus, Tibi dabo clauas. Confirma fratres
 tuos, &c. At verò, respondendum tibi prius est interpre-
 tationi veterum in hæc testimonia. Deinde, si fuerit Pe-
 trus primus inter Apostolos, quid hæc ad episcopos quid
 ista iuuant Romanum Pontificem? Clauas Petro datæ,
 (instas) Petri successoribus, i. Pontificibus Romanis, com-
 missæ sunt. Igitur, quid sint clauas, an soli Petro, an eius
 solis successoribus datæ sint, an Pontifices Romani tum
 veteres tum noui Petri sint soli successores videndū est.
 Clauas regni cælorum potestatem esse iurisdictionis, ait
 Turrianus. Iterum ludit: nam quæ sit illa iurisdictionis qua-
 ritur. Potestas (inquit) ligandi & soluendi. Edissero verò
 quid sit ligare & soluere. Vides circulum sophisticum,
 lector. Clauas dare metaphorica est locutio qua signifi-
 catur cæconomi potestas, (sicut apparet Esai. 22.) qua fun-
 guntur omnes ministri in Ecclesia Dei, quemadmodum
 tum ex 16. tum ex 18. Matth. colligitur. Ministerium enim
 Euangelicum verè est clauis regni cælorum, quum E-
 uangelium sit virtus Dei ad salutem cuius credenti, & vicif-
 sim odor mortis in mortem cuius non credenti. Cata-
 rum, quum posceret metaphoræ analogia, vt Matthæus
 videretur aperiendi & claudendi vocabulis (sicut fecit E-
 saias, & post Esaiam Ioannes, Apoc. 3. 7.) maluit Spiritus
 S. ligandi & soluendi verba vsurpare: nempe vt intelliga-
 mus quàm misera sit conditio eorum quibus cælū clau-
 ditur, id est quorum retinentur peccata (sicut Ioannes obla-
 terpretatur, scap. 20. 21.) qui videlicet, quum nolint obla-
 tū Christum fide amplecti, manent obstricti peccato-
 rum vinculis: contra verò quàm beati sint illi quibus a-
 pertum est cælum, vt qui à filio Dei liberati sunt ipsius
 coheredes, quia Euangelio crediderunt. Ministerium au-
 tem illud à tota Ecclesia (quæ est columna, stabilimentum
 & custos veritatis) committitur quibusdam fidis dispen-
 sationibus.

fatoribus qui rectè fecerunt veritatis sermonem. Soli Petro autem claves datas esse contendunt Iesuuitæ. Negant veteres & recentiores Theologi, nec vni sed vnitati datas esse, seu Ecclesiam in Petro ligandi & soluendi potestatem accepisse testatur, quam intra metas ministerij verbi includunt. Quid de Excommunicatione scripserint veteres, tum de poenitentia Ecclesiastica, alibi commodior erit dicendi locus. Quorsum autem hæc ad indulgentiarum fumos, aut bruta Antichristi fulmina? Pontifices Romanos veras claves & verè aperire probet Iesuuita: tunc illi credemus. Scilicet, Ecclesiæ Catholicæ gubernatio, vni Petro commissa est. Cura ac potestate pastoralis donatus est. Alij Apostoli, vt ignaum pecus, aut Petri mancipia, stertebant. Sic totam Euangelicam & Apostolicam historiam impurus nebulo conspuit. Quamuis, inquit, essent omnes apostoli, cæteris tamen Petrum præesse voluit Dominus. Profer testimonium. Ex verbo Scripto nullum poteris. Primus, præcipuus & princeps à quibusdam veterib. Theologis vocatur quidem, sed ratione ordinis: nec aliud ex eorum testimoniis elicere potest Iesuuitica turba. Inter Petrum & Paulum, quis cui præferatur, incertum est, inquit Ambrosius. Et Cyprianus, Hoc vtiq; erant cæteri Apostoli quod fuit Petrus, pari consortio præditi & honoris & potestatis. Hic obijciet Iesuuita, Chrystostomum affirmare Petrum orbi vniuerso præfectum à Christo fuisse. Vnitati in vno commissa est hæc potestas. Deinde, Petrus est ac orbi præfectus, vt factum & tyrannidem Pontificiam exerceret? Præterea, quod Petro mandatum erat, num cæteris Apostolis denegatum fuit immo æquali iure commissum est. Christus dixit omnibus, Ite in vniuersum orbem, predicate Euangelium omni creaturæ, baptizate, Remittite, retinete peccata. Aliasne claves habuit Petrus? De omnib. Apostolis Paulus prænunciatum fuisse dicit, In omnem terram exiit sonus eorum. Quæ autem Chrystostomus de vno Petro dixit, hom. 55. in Math. (eadem varijs homilij in nouum Testam.) omnib. Apostolis, eisdem pene verbis est loquutus. *Apostoli (inquit) suscipiunt curam totius mundi. Item, Paulo, Terræ ac mariæ, atque vniuersi*

orbis habitatio commissa est. Rursus, Paulo Deus omnem predi-
 cationem, & res orbis, & mysteria cuncta, vniuersamque dis-
 pensationem concessit. Similiter ait Gregorius, Paulus ceteris
 vinctus Romam petit, occupaturus mundum. Item, Paulus ad
 Christum conuersus, caput effectus est nationum, quia obtinuit
 totius Ecclesie principatum. Hæc Patrum dicta non tribuit
 Paulo in ceteros Apostolos principatum: neque illi aut
 Petro separatim, sed reliquis Apostolis æqualiter: quod
 homil. in Psal. 44 ipse Chrysostomus aperte exponit, his-
 ce verbis: *Apostoli vniuersum orbem terrarum peruasurunt,*
& omnibus principibus fuerunt magis principes, regibus poten-
tiors. Si totius orbis principes cum Petro extiterunt,
 cur Ecclesie Catholice principatus ad vnum refertur?
 quorsum ista vnus in collegas suos potestas? Solus Pe-
 trus (contra expressa diuini verbi testimonia) fuerit Ec-
 clesie vniuersalis gubernator & pastor: quid ergo alij
 Apostoli: fortè Petro vicariam operam locabant. Po-
 stemò, etiamsi Iesuuitis concedamus Petrum ceteris
 Apostolis præfuisse, quid ista iuuant Romanum Anti-
 christum, doctrinæ, discipline & potestatis Petro aliisque
 Apostolis, corumque legitimis successoribus commisit,
 subuersorem? Ludit igitur Turrianus perpetua petitione
 principij.

2. Alterum argumentum, ex epistola Hieronymia-
 ne verbis miserè discerpris sophista colligit, cuius par-
 tes sunt explicandæ, vt Iesuuitica fraus magis ac magis
 appareat. Hieronymus ait, *ubicunque fuerit Episcopus, sine*
Roma, sine Eugubij, eiusdem est meriti & sacerdotij: id est,
 non magis est episcopus, Romanus episcopus: quam est
 episcopus, Eugubinus episcopus. Vbi igitur illa iurisdic-
 tionis potestas, Turriane? Addit, suntque omnes Episc.
 successores Apostolorum. Quid igitur fiet vestræ succel-
 sioni Pontificiæ sedis, quam impudenter Apostolicam &
 Catholicam appellatis? Sed ad toties refutatum cauil-
 lum confugit, æquales episcopos esse ratione ordinis &
 sacerdotij, non potestatis clauium. Igitur neque Aposto-
 li munere Apostolico, nec episcopi episcopali munere
 funguntur. Præterea, sacerdotium illud quod tribuit epi-
 scopis, num presbyteris etiã cum episcopis cõmune est?
 Quas

Quas tandem hic Turriapicas distinctiones adhibebunt
 acutissimi Iesuitæ vt anarchiam pontificiam fulciant?
 Addit Iesuita, Quod si Hieronymus Pontificem aliis
 episcopis in omni potestate æquabat, cur dixit ad proban-
 dum æquales esse, vbi cunque fuerit episcopus, siue Ro-
 ma, siue Eugubij, eiusdem meriti est & sacerdotij & non
 dixit, eiusdem est potestatis & honoris? Respondet, Hie-
 ronymum appositè loqui: quum enim dicit episcopos e-
 iusdem esse meriti & sacerdotij, æquales eos tum potesta-
 tis tum honoris ratione constituit. Quis enim non videt
 sacerdotium seu ministerium ad potestatem, meritum
 ad dignitatem seu honorem debere referri? Præterea,
 quæ sit, vt Romæ potius quàm Mediolani meminerit, nisi
 vt factum istorum Pontificû retunderet, & quamuis plu-
 res sint episcopi, vnus tamen est episcopatus, cuius par-
 tes ab istis æqualibus episcopis in solidum tenentur. Hinc
 oritur tota illa disputatio de locis, de diuitis, de splendo-
 re nominum, quæ omnia Hieronymus affirmat non tol-
 lere posse æqualitatem illam inter Ecclesiæ Dei episco-
 pos. Nam quod ait Turrianus, Hieronymum minime di-
 xisse maior aut minor potestas clauium, siue ligandi &
 soluendi, non facit sublimiorem aut inferiorem episco-
 pum: sed potentia diuitiarum, vel paupertatis humilitatè
 sophisticum est effugium. Nec enim tam stupidus fuit
 Hieronymus, vt clauis maiores & minores, contra ex-
 pressum Dei verbum imaginaretur. Omnes (inquit) natio-
 nes observant vnâ regulam veritatis, ergo omnes episcopi
 nationum easdem regni caelorum clauis gerunt. Qui
 principes fuerunt a postoli, nihil mihi dederunt, ait Pau-
 lus. Mihi commissum fuit prædicare Euangelium inter
 Gentes, quemadmodum Petro inter Iudæos. Et Chryso-
 stomus in epist. ad Galat. Paulus nihil opus habebat Petro, nec
 illius egebat voce: sed honore par illi erat: nihil hinc (inquit) de-
 can amplius. Vbi illæ maiores aut minores clauis? Chri-
 stus singulis Apostolis æquè mandata dedit: vt pater
 meus viuens misit me, ita ego (inquit) mitto vos. Quæ
 cunque ligaueritis in terra, erunt ligata: & quæcunque
 solueritis in terra, erunt soluta in caelo: docete, bapti-
 zate, vos eritis mihitestes, &c. Sed maiores nescio quæ

claves Petri gestasse concedamus, ex eone concluderit Iesuita vnicum Pontificem Romanum istas habere? Quia enim habet (vt saepius iam dictum est) quod Petrus habuit? Doctrina & disciplina omissa, successione & sessionemque in Petri Cathedra, qua Romae est, suam iactabit. Responderit aliquis, qui Petrum Romae sedisse concedet, scribas & Phariseos in Cathedra Moïsis collocatos, Christi fuisse infensissimos hostes. Nos vero addamus, scribas cathedram istam vtrumque erectam habuisse, Pontifices Romanos Apostolorum & Apostolicorum vitorum cathedras deturbasse & amouisse, vt suas erigerent. Præterea, quum Petrus isto maiorum clauium fideo priuilegio donatus est, non Romae, sed Hierosolymis fuisse constat. Inde sic colligo. Petrus neque est ceteris Apostolis dominatus, neque Romae pontifex fuit, quando eum Christus est alloquutus, quare hinc Romanus pontifex vniuersalem potestatem dominatumque in omnem orbem sibi iure vendicare nequit. August. lib. 1. contra li-
 teras Petilianæ, Paulus ipse (ait) non poterat esse caput eorum quos plantauerat. Inquit enim, Nos multi sumus, qui vni corpus in Christo sumus; Christus vni ipse esse caput vniuersalis illius corporis. Ex istis Augustini verbis sic argumentari licet. Paulus eorum quos plantauerat caput esse non potuit. Multo minus igitur Papa caput esse potest eorum quos nunquam plantauit.

Ad perpetuum autem illud latibulum [Dabo tibi claves regni caelorum] confugiatur Iesuita. At Christus non dixit, sed dabo. Postea autem eum aliis accepit. Quod autem ei dictum est, Pasce oues meas, testimonium speciale fuit omissæ & codonatae triplicis illius abnegationis, qua Petrus, quantum in se fuit, pastoris vniuersae nomis & dignitatis amiserat. Si statim claves dedisset ei Christus, nunquam in eo propria confessionis error inuenisset locum, inquit Hieron. in 26. ca. Mat. Proferat igitur nobis ex scripti verbi sermone clauis istas maiores Petro commissas, deinde ostendant licuisse episcopis Romanis illas ita apprehendere, vt nulla fuerit apostolica Ecclesia nisi Romana: demque potuisse pontifices Romanos bona conscientia clauis spirituales in fer-

reas & mundanas conuertere. Potentiam diuitiarum & paupertatis humilitatem Synecdochicos posuit Hieronymus, vt ostenderet quocumque titulo insignita sit particularis Ecclesia, quibuscuque donis externis polleat, eius episcopos quantumuis eruditos aut insignes aliorum tamen episcoporum non esse dominos, sed omni ex parte collegas, fratres coepiscopos, & presbyteros. Nec ordinem & ~~regulam~~, Ecclesiasticam ~~intra~~ ^{intra} ~~regula~~ ^{regula} retinendam gratia, inaequalitatem inter episcopos vllam constituere.

Turrianus addit, Quod autem dixit Hieronymus, *si auctoritas quadratur, orbis maior est vrbe* hoc dixit, quia illi qui Diaconis presbyteros aequabant, ex consuetudine vrbis Romae argumentum ducebant. Sic enim ait, *sed dicis, quomodo Romae ad testimonium Diaconi presbyter ordinatur? respondet, quid mihi profers in ista vrbis consuetudinem?* Huc igitur spectat quod paulo ante dixerat, *si auctoritas quadratur, orbis maior est vrbe*: quod perinde est, ac si diceret, *si ista consuetudo Romae est, tamen si non reprehendo, at in inuitis alijs Ecclesijs non est. Quorsum ista? vt istud defendat, & potestatem iurisditionis, a se conficiat suo Pontifici conseruare possit. Sed Hieronymi locus huic errori minime patrocinatur. Tamen si enim de quadam consuetudine Ecclesiae Romanae agat, illud fixum manet, omnes episcopos apostolorum esse successores. Sed obserua, Christiane lector, miserum Sophistam, dicta Hieronymi troncasse, vt suos auditores cautius seduceret. In noua auctorem decreto Gratianici editione, ipsius Pontificis Romanae iussu super facta, *sed dicis, quomodo Romae, &c.* a precedentibus distinguuntur. Illud vero, si auctoritas quadratur, orbis maior est vrbe, ad ea refertur, quae de presbyterorum & episcoporum aequalitate dixerat: vt ex contextu facile percipies.*

3. Superest postrema Turriani sophisma, petitum ex fragmenti epistolarum Hieronymi ad Damasum, Sed prius ostendisse debuit veterem & nouam Ecclesiam Romanam eadem esse: quae enim olim fidelis & sincera Catholicae Ecclesiae pars fuit, tandem meretrice per dita, putridum membrum, & antichristi synagoga facta est. Praeterea meminit Hiero-

nymus communionis Cathedræ Petri, id est fidei Ecclesiæ
 Catholicæ, quam fidem tunc Romana Ecclesia am-
 plectebatur. Si quis autem legit Cathedræ Petri commu-
 nione confocior, dicet se communionem habere cum
 Petri Cathedra. Eam autem communionem Hierony-
 mus describit metaphoricis loquutionibus, quæ non nisi
 ad Ecclesiam Catholicam pertinere possunt. *quicumque
 extra hanc domum (inquit) agnum comederit, profanus est. Si
 quis in arca non fuerit peribit regnante diluuiio. An qui extra
 Ecclesiam Romæ collectam uiuit, profanus est? An Roma
 arca Nohæ? Ecclesia Israelitica in Egypto nullas alias Ec-
 clesias agnoscebat in mundo? Arca figura est Catholicæ
 Ecclesiæ, qui extra fidem Catholicæ Ecclesiæ uiuit, pro-
 fanus est: qui non est Catholicæ Ecclesiæ membrum, po-
 rit: qui non credit in Christum, ira Dei manet super eum.*
 At Ecclesia Romana, inquit Iesuuitæ, est Catholica &
 apostolica Ecclesia: illud uero constanter negamus: nec
 ex uerbis Hieronymi tale consequens elicere potestis.
 Nulla enim communio inter homines esse potest, quo-
 rum Christus non est caput. Christus non est caput nouæ
 Ecclesiæ Romanæ: ergo qui extra hanc sunt, non sunt ex-
 tra arcam aut Dei domum, sed Antichristi synagoga do-
 ferta ad Catholicam Ecclesiam antea derelictam reuersi
 sunt. Ostendant nobis fidem ueteris & nouæ Ecclesiæ
 Romanæ eandem esse: tunc fatebimur, quod est uerissi-
 mum: Quicumque Ecclesiæ particularis, quæ est purum
 Catholicæ mēbrū fidē deserit, profanus est: membra enim
 à toto corpore (cuius caput est Christus) diuelli nequeūt.
 Sed quid ista Turriani sophismata ad Hieronymum, cu-
 ius de episcopatu stat obseruanda sententia in ca. I. epist.
 ad Titum, *sicut (inquit) presbyteri sciunt se ex Ecclesiæ consue-
 tudine ei, qui sibi prepositus fuerit, esse subiectos: ita episcopi re-
 uerint se magis consuetudine, quàm dispositionis dominice re-
 uerere. Primatum igitur in Ecclesia, Hieronymo teste, ho-
 minum inuentum est, quod in antichristianam tyranni-
 dem, temporis progressu & micis artibus seu horrendo
 iniquitatis mysterio, transformatum est.*



CAPVT III.

DE VOCATIONIBVS, ELE-
ctionibus, & Ordinationibus
Ecclesiasticis.

GRATIANVS.



NSTRICTI prædecessorum no-
 strorum, aliorumque Sanctorum
 Patrum auctoritate, decernimus
 atque statuimus, vt obeunte huius
 Romanæ ecclesiæ vniuersalis Pon-
 tifice, imprimis Cardinales episcopi diligentissi-
 mē simul de electione tractantes, mox Christi cle-
 ricos Cardinales adhibeant: sicque reliquis cle-
 ricis & populus ad consensum nouæ electionis ac-
 cedat, nimirū præcauentes ne venalitatis morbus
 aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi
 viri præduces sint in promouēda Pontificis ele-
 ctione, reliqui autem sequaces. Certus verò at-
 que legitimus hic electionis ordo perpenditur, si
 perspectis diuersorum patrum regulis siue gestis,
 etiam illa beati Leonis prædecessoris nostri sen-
 tentia recolatur. Nulla, inquit, ratio finit, vt inter
 episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt ele-
 cti, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus
 episcopis cum metropolitani iudicio consecrati.
 Quia verò sedes Apostolica cunctis in orbe ter-
 rarum præfertur Ecclesiis, atque ideo super se
 metropolitanum habere non potest, Cardinales
 episcopi proculdubio metropolitani vice fungū-

De ordi-
 natione
 Romani
 episcopi.

544 DE ORDINATIONIBVS ECCL.
tur, qui videlicet electum episcopum ad apostolici culminis apicem prouehant. Eligatur autem de ipsius Ecclesie gremio, si reperitur idoneus: vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur: saluo debito honore & reuerentia dilecti filij nostri Henrici, qui in presentiarum Rex habetur & futurus imperator, Deo concedente, speratur, sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetrauerit. Quod si prauorum atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, ut pura sincera, atque gratuita fieri in urbe non possit electio, Cardinales episcopi cum religiosi clericis, catholicisque laicis, licet paucis pontificem, ubi congruere viderint. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica fuerit tempestas, vel qualiscunque hominum conatus malignitatis studio resisterit ut is qui electus est, iuxta consuetudinem in apostolica sede inthronizari non valeat, electus tamen, sicut verus Papa, obtinet authoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius, quod beatus Gregorius ante suam consecrationem cognouimus fecisse. Quod si quis contra hoc decretum nostrum synodali sententia promulgatum, quasi per seditionem, vel presumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, siue inthronizatus fuerit, authoritate diuina, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli perpetuo anathemate cum suis authoribus & fautoribus, & sequacibus, a liminibus sancte Dei Ecclesie separatus abiciatur, sicut Antichristus, & inualor, & destructor totius Christianitatis. Nec aliqua super hoc ei audientia reseruetur, sed ab omni Ecclesiastico gradu, in quocunque fuerat prius, sine retractatione

tlone deponatur. Cui quisquis adhæserit, vel qualemcunque tanquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententiæ sit mancipatus. Quisquis autem huius nostræ decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam Ecclesiam sua præsumptione conturbare & conturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate atque excommunicatione damnetur, & cum impiis, qui non resurgent in iudicio, reputetur: omnipotentis iræ contra se sentiat, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli (quorum Ecclesiam præsumit confundere) in hac vita & in futura furorem sentiat. *Distinct.*

23. *Can. 1. Decretum Nicolai Papæ de electione Romani Pontificis, in concil. Lateranensi.*

Hadrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas res ecclesiæ postulauit. Carolus uero Romam ueniens, Papiam obsedit: ibique relicto exercitu in Sancta resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorificè susceptus est. Post Sanctam uero resurrectionem reuersus Papiam coepit & Desiderium regem: deinde Romam reuersus constituit ibi Synodum cum Hadriano Papa, in Patriarchio Lateranensi, in ecclesia sancti Saluatoris: quæ Synodus celebrata est à 153. episcopis, religiosi & abbatibus. Hadrianus autem Papa cum uniuersa Synodo tradiderunt Carolo ius & potestatem eligendi Pontificem, & ordinandi apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatu ei cesserunt. Insuper archiepiscopos & episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit, ut nisi à rege laudetur & inuestiatur episcopus, à nemine consecretur: & quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo cum innodauit, & nisi resipisceret, bona e-

546 DE ORDINATIONIBVS ECCL.
ius publicari præcepit. *Distinct. 63. Can. 22. ex li-
stor. Ecclesiast.*

In Synodo congregata Romæ, in ecclesia Sancti
Saluatoris, ad exemplum B. Hadriani, apostolicæ
sedis antistitis, qui Domino Carolo, victoriosissi-
mo regi Francorum ac Longobardorum, patricia-
tus dignitatem, ac ordinationem Apostolicæ sedis,
& inuestituram episcoporum concessit: ego quo-
que Leo episcopus, seruus seruorum Dei, cum to-
to clero ac populo Romano constituimus & con-
firmamus, & corroboramus, & per nostram Apo-
stolicam auctoritatem concedimus atque largi-
mur Domino Othoni primo, regi Teutonicorum,
eiusque successoribus huius regni Italiæ, in perpetuum facultatem eligendi successorem, atque sum-
mæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi: ac per
hoc archiepiscopos seu episcopos, ut ipsi ab eo in-
uestituram accipiât & consecrationem, vnde de-
bent: exceptis his quos Imperator Pontificibus &
archiepiscopis concessit: & ut nemo deinceps cu-
iuscunque dignitatis vel religionis, eligendi vel
patritium, vel Pontificem summæ sedis Apostoli-
cæ, aut quemcunque episcopum ordinandi habeat
facultatem, absque consensu ipsius Imperatoris
(quod tamē fiat absque pecunia) & ut ipse sit Pa-
tritus & rex. Quod si à clero & populo quis eli-
gatur episcopus, nisi à suprascripto rege lauderetur
& inuestiatur, non consecretur. Si quis contra hanc
apostolicam auctoritatem aliquid molitur, hunc
excommunicationi subiacere decernimus: & nisi
respuerit, irreuocabili exilio puniri, vel vltimis
supplicijs affici. *Distinct. 63. Ca. 23. Ex Leone Papa.*
Si quis pecunia, vel gratia humana, aut popula-
ri seu militari tumultu, sine cōcordi & Canonica
electione Cardinalium & sequentium religio-
rum

rum clericorū fuerit apostolicæ sedi inthronizatus, non apostolicus sed apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus, & alijs clericis Deum timere, & laicis, inuasorem illum anathematizare, & humano auxilio à sede apostolica pelleri. Quod si hoc intra urbem perficere nequiverint, apostolica auctoritate extra urbem cōgregati, loco quo eis placuerit, electionem faciant, concessa electo auctoritate regendi & disponendi res in uilitatem Romanæ Ecclesiæ, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino inthronizatus sit. *Distinct.*

79. Can. 9. ex Nicolao 2. in Concil. Rom.

De Capitulis vel præceptis imperialibus uestris, uestrorumque etiam prædecessorum, irrefragabiliter custodiendis & conseruandis, quantum ualimus & ualemus, Christo propitio, nunc & in futurum nos conseruatores modis omnibus profite-mur: & si fortasse quilibet aliter uobis dixerit vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem. *Item.* Vestra flagitamus clementiam, ut sicut hactenus Romana lex uiguit absque uniuersis procellis, & quæ pro nullius persona hominis remiscitur esse corrupta, ita & nunc suum robur propriumque vigorem obtineat. *Distinct. 10. Can. 9. & 13. ex Leone 4. ad Lotharium Augustum.*

Nos si incompetenter aliquid egimus, & in subditis iustæ legis tramitem non conseruauimus, uestro ac missorum uestrorum cuncta uolumus emendare iudicio: quoniam si nos, qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus, certè nõ ueritatis discipuli, sed (quod dolentes dicimus) erimus præ cæteris erroris magistri. Inde magnitudinis uestræ magnopere clementiam imploramus, ut tales ad hæc quæ diximus perquirèda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia ti-

meant, & cuncta (quemadmodum si vestra present
fuit imperialis gloria) diligenter exquirant. Et
non tantum hæc sola, quæ superius diximus, quæ-
rimus, vt examusim exagitet: sed siue minora, siue
etiam maiora illis sint de nobis indicata negotia,
ita eorum cuncta legitimo terminentur examine,
quatenus in posterum nihil sit, quod ex eis indif-
finitum vel indiffinitum maneat. *Caus. 2. quæst. 7.
Can. 11. eiusd. Leonis 4. ad Ludovicum Augustum.*

Ordinationes seu functiones Ecclesiasticas depra-
uatas, & nomine tenus retentas in Pseudecclesia Romana
confidamus, Lector. Gratiani etenim vestigia sumus
sequuti. Nec de ministris verbi sub Euangelio, aut de
singulis Pseudeuangelici ministerij partibus nobis dispu-
tandum est. Pontifices & Episcopi quorum frequens me-
ntio apud Gratianum à nobis cum clero suo consideran-
tur, & quales in Decreti Canonibus describuntur à nobis
opponuntur nouis Pontificibus & episcopis (pro quorum
ordinationibus longas fabulas narrat Iesuita) vt ex ipso
Gratiano constet totam illam hierarchiam seu Anarchiam
Papisticam à suis sine Canonibus esse repudiatam, vt po-
te quæ auctoritate apostolica, legitima vocatione, &
prescripta functionis administratione careat, quemad-
modum à nostris Theologis abundè est demonstratum.
Ex superioribus verò Canonibus, ad collationis nostræ
prescriptum, sequentes theses colligo.

1. Pontifex Romanus à Cardinalibus, clero & popu-
lo, communi consensu eligendus est: ita vt Cardinales &
Clerici præeant, populus sequatur.
2. Experere debet populus eum quem Clerici eli-
gunt, nec episcopus Romanus & inter episcopos tenendus
est qui alia via recipitur.
3. Consensu & approbatione Imperatoria Pontificis
electio fieri debet: alioquin irrita censetur.
4. Laici cum Cardinalibus & clericis etiã extra Ro-
mam episcopum Romanum eligere possunt.
5. Quisquis per seditionem, presumptionem, alia ve
nosa-

nefarias artes, Pontifex ordinatus fuerit, anathema esto, tanquam apostaticus, Antichristus, Christianismi destrutor, & cum impijs damnatur.

6. Romani Pontifices Imperatorum atque regum Francorum legibus & statutis subditi sunt.

7. Pontifex Romanus læsæ maiestatis accusatus coram Imperatore & rege Franco causam dicit.

Cardinales autem, de quibus mentio fit in his Canonibus, initio dicti sunt (sicut apparet ex Fabiani & Syluestri episcoporum historia, quantumuis deprauata) Diaconi Romanæ Ecclesiæ septem, à totidem vrbis regionibus (quos etiam cardines vocarunt) quibus illi singuli erant attributi, sic appellati, quasi Regionarii, quod etiam emendicati ipsorum tituli demonstrant. Quinetiam apud Gregorium Cardinalis Sacerdos appellatus videtur, qui Pastor vel Curio dicitur: nec vlla sit eorum qui nunc sunt in antiquarum Synodorum subscriptionibus mentio. Præterea, quid sibi volunt ista adiecta, Cardinales episcoporum, Diaconi, quibus etiamnum hodie nominantur, nisi vt distinctionem illam regionum & parœciarum vrbis Romæ denotent: De iure Imperatorum & Regum Francorum in Pontifices Romanos, lege præfationem Commentar. C. Molinæ ad edictum Henrici 2. contra paruas datas, &c. Quod ad electionem veterum episcoporum Romæ & aliarum Ecclesiarum, hæc ratio sequuta est, prout ex Canonibus & historijs colligitur: videlicet vt siue simul & vno eodemque tenore, tempore & loco (quod initio in Ecclesia Sancta vsurpatum, periculosum postea fecerunt ambitio & auaritia) primæ partes Pasto-ribus, Doctoribus, & presbyteris, (quos Cardinales Romæ, temporis progressu, alibi episcopos & presbyteros, & diaconos vocarunt) vt pote tum gregi præuentibus, tum probabiliter certioris in diiudicanda doctrina iudicij: secundæ præcipuis & præstantibus tum pietate tum dignitate viris, veluti magistratui, si Christianus esset, in suffragijs ferendis tribueretur: accedente tandem plebis consensu, ita vt nunquam nisi conscia & consentiente tota Ecclesia quisquam ad ecclesiasticas functiones admit-teretur. Electionem præcedebat legitima vocatio, id est,

secundum ordinē à Christo & apostolis institutum, prei-
 bar diligens & acuratum doctrinæ & morum examen,
 ab Ecclesia cui episcopus destinabatur, & cum omni sim-
 plicitate & sinceritate, intocato Dei nomine, quasi ipsius
 Spiritus Sancti voce per os ecclesiæ loquentis, deligeba-
 tur. Electione legitimè peracta, denuntiata & rata habita,
 impositio manuum siue ordinatio, id est veluti immissio
 in sacri ministerij possessionem, pastorum muneris erat,
 totius presbyterij nomine. Examen autem doctrinæ aut
 morum, vocationem & legitimam electionē ab ordina-
 tionibus Pontificum Romanorum prorsus explosam esse
 ex ritualibus illorum libris constat. Nec enim verbi diui-
 ni aut Sacramentorum administrationem, aut gregem
 curant noui episcopi Romani, vt fidei alienæ dominato-
 res & animarum carnifices decet. Nec etiam de illorum
 ordinationibus mentio fit à Iesuuitis, quippe qui existi-
 ment istos Pontifices à communi aliorum episcoporum
 sorte esse diuulsos, ita vt quicquid in Pontificali & libris
 ceremoniarum Ecclesiæ Romanæ de ordinatione Pon-
 tificis in diaconum, presbyterum, episcopum, deinde in
 Pontificem legitur, meræ sunt inæptiæ quibus impuri ne-
 bulones Deo & hominibus illudunt. Quod autem ad E-
 piscopi Romani supra alias (nedum omnes) ecclesias vsur-
 patam potestatem attinet, ea duabus, inter cæteras antè
 expositas, manifestis de causis euincitur Apostolica non
 esse, ac proinde nullo diuino iure stabilita. Vna, quoniam
 pari & æquali prorsus auctoritate & iure fuerunt Apo-
 stoli, vt tum ex Christi mittentis mandato, tum ex ipso-
 rum testatis rebus gestis liquet. Altera, quoniam Apo-
 stolica functio, ponēdo Ecclesiæ Catholice Christianæ fun-
 damento destinata, eo probèposito, & Apostolis è terra
 in cælum euocatis, quod ad personale ministeriū delijit:
 & quod ad superstructionem attinet, doctrina ab ipsis tra-
 duratura, vsque adeo sufficit, vt neque ad nouarum Eccle-
 siarum constitutionem, neque ad constitutarum instaura-
 tionem vllò auctoritatis apostolicæ successore sit opus.
 Nunc superest, vt alias ordinationes, secundum Gratia-

De ordi-
 natione
 Episcopo-
 rum.

Qui episcopus ordinandus est, antea ex amice-

tur, si natura sit prudēs, si docibilis, si moribus tē-
 peratus, si vita castus, si sobrius, si peruigil, si sem-
 per suis negotijs cauens, si humilis, si affabilis, si
 misericors, si litteratus, si in lege Domini instru-
 ctus, si in Scripturarū sensibus cautus vel acutus,
 si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: & ante
 omnia, si fidei documēta verbis simplicibus asse-
 rat. *Et infra. post descriptā fidei Christianæ summā.*
 Quum in his omnibus examinatus fuerit inuen-
 tus plenē instructus, tunc cum omni cōsensu cle-
 ricorum & laicorū, & conuentu totius prouinciæ
 episcoporum, maximē metropolitani vel autho-
 ritate vel præsētia, ordinetur episcopus, suscepto
 in nomine Domini nostri Iesu Christi episcopatu:
 non suę delectationi, non suis moribus, sed his pa-
 trum definitionibus acquiescat. *Distinct. 23. Can. 2.*
ex Concil. Carthag.

Episcopum non oportet præter iudicium me-
 tropolitanorū & finitimorū episcoporum cōstitui
 ad Ecclesiæ principatū: nec eligantur, nisi ij, quos
 multò ante nota probabilisq; vita commendat, &
 nihilominus si in sermone fidei, & recta ratione
 pro sua conuersatione probati fuerint. *Distinct. 61.*
Can. 5. ex Concil. Laodic.

Statuimus, ne in aliquo apostolica & Canonica
 decreta violētur, & ne his regēda Domini Eccle-
 sia credatur, qui legitimarū institutionū nescij, &
 totius humilitatis ignari, non ab infimis sumere
 incrementum, sed à summis volūt habere princi-
 pium: quum valde iniquū sit absurdūque, vt im-
 periti magistris, noui antiquis præferantur, rudes
 emeritis. *Ead. distinct. Can. 7. ex Leone.*

Nullis inuicis detur episcopatus. Tūc autē alter
 de altera eligatur Ecclesia, si de ciuitatis ipsius cle-
 ro, cuius est episcopus ordināus, nullus (quod e-
 uenire nō credimus) dign^o poterit reperiri. *Ead.*

distinēt. Can. 12. Celestino.

Studij vestri sit, etiam alium qui aptus sit providere, ut si fortè Petrus quem à vobis electum asseritis, huic ordini non videatur idoneus, sit in quem declinare vestra electio possit. Nam graue cleri illius erit opprobriū, ut si hic fortasse probatus non fuerit, alium se dicāt, qui eligi debeat, non habere *Ead. distinēt. Can. 13. ex Gregorio, ad cives Neapolitanos.*

Nulla ratio finit, ut inter episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus sunt experiti, nec à provincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. *Distinēt. 62. Can. 1. ex Leone.*

Plebs Diotrensis data nobis petitione desuevit diu se sine rectoris proprii gubernatione dispergi: ac (sicut asseritur) is qui à vobis iā probatus dicitur, à paucis & tenuibus putatur electus, cum ad vos pertineat vniuersos assidua admonitione compellere, ut omnes in vnum, quem dignum sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione consentiant. Et ideo fratres charissimi diuersos ex omnibus sæpe dicti loci parochiis, & presbyteros, & diaconos, & vniuersam turbam vos oportet sæpius cōvocare: quatenus nō prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus, sibi quærant soladiuinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas à cōstitutis possit reuocare præscriptis. *Dist. 63. Can. 11.*

Nosse tuam fraternitatem volumus ad nostras aures fore peruentum Imolensem episcopum ab hac luce migrasse: in cuius successoris electione populi diuisionem prouenisse audiuius. Quod quia sæpe contingere solet, quærentibus singulis quæ suæ sunt, non quæ Iesu Christi, non adeo miramur. Veruntamen in hoc tuam plurimum oportet

ter adhiberi sollicitudinem, vt conuocato clero & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuiant canones. Sacerdotum quippe est electio, & fidelis populi cōsensus adhibendus est: quia docēdus est populus, nō sequendus. *Ead. distinct. Can. 12. Ex Stephano ad archiepisc. Rauennatem.*

Episcopos per Æmiliam nō consecres, nisi post electionem & consensum cleri & populi. *Ead. dist. Can. 13. ex Nicolao, ad eundem.*

Literas charitatis tuæ suscepimus, quib. significas Latinum diaconum tuum ad episcopum ecclesie Marcellianensis à clero & omnibus, qui illic conueniunt, postulari. Hoc itaque dicimus, vt si omnes eum eligunt, & vis eum concedere, gratum nobis esse cogitasse: et, si potest, ante diem sanctum festinet occurrere, vt vel Sabbatho ipso noctis magnæ post baptismum cum Dei gratia valeat ordinari. *Ead. dist. Can. 14. ex Pelagio ad episcop. Grumentinum.*

Reatina Ecclesia, quæ per tot temporum spatia pastoralibus curis destituta constitit, dignum est vt brachio amplitudinis vestræ subleuetur, ac gubernationis regimine protegatur. vnde salutationis alloquio præmissis vestram mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili diacono eandem Ecclesiam ad regendum concedere dignemini, vt vestra licentia accepta ibidem Deo adiuuante eum consecrare valeamus episcopum. Sin autem in prædicta ecclesia nolueritis vt præficiatur episcopus, Tusculanam ecclesiam quæ viduatum existit, illi vestra serenitas dignetur cōcedere, vt consecratus à nostro præsulatu, Deo omnipotenti vestroque imperio grates peragere valeat. *Ead. distinct. Can. 16. ex Leone, ad Lotharium*

¶ *Lodouicum August.*

Nobis Dominus imperator & Imperatrix per suas epistolas dixerant, vt Cololum in Reatina ecclesia, quæ pastoris officio per longa iam tempora destituta videbatur, episcopū facere deberemus, sicut & fecimus. *Ibid. Can. 17. ex eod. ad Rerum comitissam.*

Lectis sagacitatis vestræ apicibus, qui defuncto Ecclesiæ Reatinæ Antistite, clerum & plebem eiusdem elegisse sibi futurum antistitem, & à nobis consecrandum vestro studio deiectum esse, ne ipsa ecclesia diu sine proprio constet pastore, fatebantur. Nos de obitu prioris dolentes, nunc ipsum electum vnanimitate & Canonica ipsius Ecclesiæ electione, vt mandastis, tam citissimè ordinare omissimus, eo quod imperialem nobis (vt mos est) absolutionis minimè detulerit epistolam, pro qua scilicet re ambiguum est nobis. Ideo voluntati vestræ in hoc parere distulimus, ne Augustalis animus durissimè hoc quocunque modo perciperet. Sed sciētes ecclesiam Dei sine proprio Pastore diu non posse consistere, gloriæ vestræ mandamus (quoniam aliter nos agere non debuimus) vt à vestra solertia imperiali, sicut prisca consuetudo dicitur, percepta licentia, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, imperatoria directâ epistola, tunc voluntati vestræ de hoc parebimus, eundemque electum Domino adiuuante consecrabimus: quod, charissimè Fili, molestè nullo modo suscipias. *Ibidem. Can. 8. ex Steph. ad Guidonem Comitem.*

Vota ciuium, testimonia populorum, honoratorum arbitrium, electio clericorum, in ordinationibus sacerdotum constituentur. *Et infra.* Per pacem & quietem sacerdotes qui futuri sunt postulentur.

lentur: teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis conuentus & plebis.
Ead. distinet. 63. Can. 27. Ex Leone 1. epist. 87.

Sacrorum Canonum nō ignari, vt Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiatur honore, assensum ordini Ecclesiastico præbemus: vt scilicet episcopi per electionem cleri & populi, secundum statuta Canonū, de propria dioecesi (remota perfonarum & munerum acceptione) ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur: vt exemplo & verbo sibi subiectis vsquequaq; prodesse valeāt.
Ead. distinet. Can. 12. ex 1. lib. Capitulorum Caroli & Ludouici Imperat. c. 84.

Obeuntibus sanè episcopis, quoniam vltra tres menses vacare Ecclesiam Sanctorum Patrum prohibent Sactiones, sub anathematis vinculo interdiciamus, ne Canonici de sede episcopali ab electione episcoporum excludant religiosos viros: sed eorum consilio honesta & idonea persona in episcopum eligatur. Quod si exclusis religiosis electio fuerit facta: quod absque consensu eorum & conuenientia factum fuerit, irritum habeatur & vacuum. *Ibid. Can. 33. ex Rom. Synodo sub Innocent.*

Si forte (quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus) vota eligentium in duas se diuiserint partes, is metropolitani iudicio alteri præferatur, qui maioribus iuuatur studijs & meritis: ita tamen vt nullus detur inuitis & non petentibus: ne plebs inuita episcopum non optatum contemnat aut oderit. *Ibid. Can. 34. ex Leone.*

Sacrarum literarum oportet episcopum habere peritiam. Vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio & veritas: quia in pectore Pontificis manifesta esse debet

Episcopos
creditos
esse debe-
re, & qua-
lè oportet
esse eorum
eiu-
ditionem.

cognitio veritatis, &c. Ex quibus omnibus liqui-
do colligitur, quod non sufficit prælatis bona con-
uersatio, & morum honestas, nisi addatur scientia
doctrinæ. *Distinct. 36. Can. 2. Qui ecclesiasticis.*

Hæc duo sunt pontificis opera, vt aut à Deo di-
scat legendo scripturas diuinas, & sapius medi-
tando: aut populum doceat. Sed illa doceat quæ à
Deo ipse didicerit, non ex proprio corde vel hu-
mano sensu, sed quæ Spiritus sanctus docet, &c.
Ibid. Can. 3. si quis.

Ignorantia mater cunctorum errorum, maximè
sacerdotibus Dei euitanda est, qui docendi offi-
cium in populo Dei susceperunt. Sacerdotes le-
gere Sanctas admonentur Scripturas, Paulo Apo-
stolo dicente ad Timotheum: Attende lectioni &
exhortationi doctrinæ, & semper permane in his.
Sciant ergo Sacerdotes sanctas Scripturas & Ca-
nones, & omne opus eorum in Canone & doctri-
na consistat, atque edificent cunctos fidei scien-
tia, quàm operum disciplina. *Distinct. 38. Can. 1. ex
Concil. Tolet.*

Si in Laicis videtur intolerabilis inscitia, quâto
magis in ijs qui præsunt, nec excusatione est di-
gna, nec venia! *Ibid. Can. 3. ex Leone.*

Definimus omnem qui ad episcopatus est pro-
uehendus gradum, modis omnibus psalteriũ nos-
se, vt ex hoc etiã omnis clerus, qui sub eo fuerit,
ita moneatur & imbuatur. Inquiratur autem dili-
genter à metropolitano, si in promptu habeat le-
gem scrutabiliter, & non transitoriè, tam sacros
Canones & Sanctum Euangelium, quàm diuini
Apostoli librum, & omnem Scripturam diuinam:
atque secundum mandata conseruare, & docere
sibi populum commissum. Substantia enim summi
Sacerdotij nostri sunt eloquia diuinitus tradita,
id est

id est vera Scripturarum disciplina. Quod si dis-
ceptauerit, & ita libenter facere & docere mini-
me sponderit, nullatenus consecretur. Ait enim
Prophetæ Deus: Tu Scientiam repulisti, & ego
repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi. *Ibid.*

Can. Omnes psallentes.

Episcopus, cum ordinatur, duo episcopi impo-
nant manus, & teneant Euangeliorum codicem
super caput & verticem eius, & vno super eum fun-
dente benedictionem, reliqui omnes episco-
pi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

*Ordinatio
Episcopi.*

Distinct. 23. Can. 7.

Manus impositio quid est aliud, nisi oratio su-
per hominem? *Caus. 1. quest. 1. Can. 73.*

De episcopis specialius dictum est superiorib. Ca-
nonibus, iuxta Gratiani methodum, & prout ferebat
temporum conditio, quæ diuinum episcopatum in hu-
manum commutauit. Antequam verò ad theses, quæ ex
Gratiano colliguntur, describendas veniamus, operæ pre-
tium me facturum existimaui, si eadem opera subiunge-
rem Canones qui in genere de functionibus Ecclesiasti-
cis agunt, de quibus postea paulò prolixius aliquid erit
nobis dicendum.

His (i. Clericis) lege patrum cauetur, vt à vul-
gari vita seclusi, à mundi voluptatibus abstineant:
non spectaculis, non pompis intersint, conuiuia
publica fugiant: priuata non tantùm pudica, sed
& sobria colant: vsuris nequaquam incumbant,
neque turpium occupationibus lucrorum, non
fraudibus cuiuscunque studium appetant: amo-
rem pecuniæ quasi materiam cunctorum crimi-
num fugiant, & secularia negotia officiaque ab-
nuant, honoris gradum per ambitionem non su-
scipiant, pro beneficiis medicinæ Dei munera nõ

*De vita
doctrinæ
electiõne,
ordinatio
ne eorum
quibus Ec-
clesiæ Dei
cura com-
mittitur.*

accipiant: dolos & coniurationes caueant, odiū
 æmulationes, obrectationes, atque inuidiā fugiāt
 non vagi oculis, non effreni lingua, aut petulantī
 fluidōq; gestu incedant: sed pudorē & verecun-
 diam mentis simplici habitu incessūque ostendāt:
 obscœnitatem etiam membrorum & verborum
 sicut & operum penitus execrentur: viduarum
 & virginū frequentationes penitus fugiant, con-
 tubernia extranearum fœminarum nullatenus
 appetant: castimoniam quoque non violati cor-
 poris perpetuò obseruare studeant, aut cerè v-
 nius matrimonij vinculo fœderentur: tenioribus
 quoque debitam præbeant obedientiam, neque
 vllius iactantiæ studio semetipsos attollant: po-
 stemò doctrinæ, lectionibus, psalmis, hymnis, cã-
 ticus, exercitio iugiter incumbant. Tales enim
 debent esse, qui diuinis cultibus sese mancipan-
 dos student, scilicet vt dum sciētix operam dant,
 doctrinæ gratiam populis administrent. *Disti. 11.*
23. Can. 3. ex Isidoro.

Tales ad ministerium eligantur clerici, qui di-
 gnè possint dominica sacramenta tractare. Me-
 lius est enim Domini sacerdotium paucos habe-
 re ministros, qui possint dignè opus Dei exerce-
 re, quàm multos inuitiles, qui onus graue ordina-
 tori adducant. *Ibid. Can. 4. ex Clement.*

Presbyter cùm ordinatur, episcopo eum bene-
 dicente, & manum super caput eius tenente, etiam
 omnes presbyteri, qui præsentés sunt manus suas
 iuxta manus episcopi super caput illius teneant.
Ibid. Can. 8.

Nullus ordinetur clericus, nisi probatus fuerit
 vel examine episcoporum, vel populari testimo-
 nio. *Disti. 24. Can. 2. Ex 3. concil. Carthag.*

Quando episcopus ordinationem facere dispo-
 nit,

nit, omnes qui ad sacrum ministerium accedere
 voluerint, feria quarta ante ipsam ordinationem
 vocandi sunt ad ciuitatem vna cum presbyteris,
 qui eos representare debet: & tunc episcopus à la-
 tere suo eligere debet sacerdotes & alios pruden-
 tes viros, gnaros diuinę legis, exercitatos in eccle-
 siasticis sanctionibus, qui ordinandorum vitam,
 genus, patriam, ætatem, institutionem, locum, vbi
 educati sunt, si sunt bene literati, si instructi in Le-
 ge Dei, ante omnia diligenter inuestigent: si fi-
 dem catholicam firmiter teneant, & verbis sim-
 plicibus asserere queant. Ipsi autem quibus cura
 committitur, cauere debent, ne aut favoris gratia,
 aut cuiuscūque muneris cupiditate illecti à vero
 deuiet, vt indignū & minus idoneū ad sacros gra-
 dus suscipiendos episcopi manibus applicent.
 Quod si aliter fecerint, & ille qui indignè accesserit
 ab altari remouebitur, & illi qui donum sancti
 Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam con-
 demnati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur
 per tres dies diligenter examinentur: & sic sab-
 batho, qui probati sunt, episcopo repræsententur.
Item. Sine clericorum concilio, & populi testimo-
 nio, nullum episcopus ordinare præsumat. *Ead.*
distinet. Can. 5. ex concil. N auarrensi.

Episcopus, sine concilio (alij legunt, consilio)
 clericorum suorum clericos non ordinet: ita vt ci-
 uium conuentionem & testimonium quærat. *Ibid.*
Can. 6. ex concil. Carthag.

Illiteratos nullus præsumat ad clericatus or-
 dinem promouere: quia literis carens sacris non
 potest esse aptus officiis. *Dist. 36. Can. 1. Ex Gel.*

Ante omnia peto, vt cogites religiosè pruden-
 tia tua nihil esse in hac vita, & maximè hoc tem-
 pore, facilius & leuius, & hominibus acceptabi-

lius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctoriè atque adulatoriè res agatur: sed nihil apud Deum miserabilius, & tristius, & damabilius *Item*. Nihil est in hac vita, & maxime in hoc tempore, difficilius, & laboriosius, & periculosius, episcopi, & presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius si eo motu militetur, quo noster Imperator præcepit. Quis autem sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescètia mea didici: & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram, *Distinct. 40. Can. 7. ex Aug.*

Multi Sacerdotes, & pauci sacerdotes: multi in nomine, & pauci in opere. Videte ergo, fratres, quomodo sedetis super Cathedram: quia non Cathedra facit sacerdotè, sed sacerdos Cathedram: non locus sanctificat hominem, sed homo locum sanctificat. Non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus est sacerdos. Qui benè sederit super cathedram, honorem accipit à cathedra: qui malè sederit, iniuriam facit cathedræ. Ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem: in iudicio enim tuo sedes. Si qui, dem benè vixeris & bene docueris, populum instruis: si benè docueris & malè vixeris, tui solius condemnator eris. Nam benè viuendo & bene docendo, populum instruis quomodo viuere debeat. Benè autem docendo & malè viuendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare. *Ibi. Can. 12. ex Chrysostomo.*

Ephesijs Paulus dicit, Munda sunt manus mex à sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi quominus vobis annuntiarem omne consili-
lium

lium Dei. Mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annuntiare nolisset: quia quum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit. *Distinct. 43. Can. 4. ex Gregorio.*

Dispensatio est nobis cœlestis seminis iniuncta: vœ, si non sparserimus: vœ, si tacuerimus. Quod quum electionis vas formidet, & clamet: quanto magis cui libet exiguò metuendum est? *Ibid. Can. 5.*

Ex tot Canonibus Gratiani nunc superest vt theses nonnullas lectori proponam, ex quibus de anarchia Pontificia, cuius Iesuuitæ insigniores haberi Patroni volunt, facillè iudicium ferat, Porro exquisitam methodum hîc obseruare non licuit: omnia quæ in medium attulimus, ad examen, electionem & ordinationem clericorum seu ministrorum Ecclesiasticorum referri posse videtur. Hæc sint igitur nostræ theses.

1. *Episcopus, presbyter, pastor, sacerdos sunt synonyma: nec differt episcopus ab alijs, nisi ordinatione.*

2. *Presbyteri Episcoporum assessores, consiliarij & collega erant, ex quorum consilio, & auctoritate & cœtu, deligebatur qui puritate vitæ & doctrinâ ceteros superabat, vt Ecclesia & Symmis, ordinis gratia, præesset.*

3. *Mores episcoporum, ad Canonis apostolici. 1. Tim. 3. normam exigebantur.*

4. *Doctrinâ à pastoribus seu episcopis proponenda summa ex libris Canonicis veteris & noui Testamenti hauriebatur.*

5. *Præstat paucos esse pastores quàm multos inutiles habere.*

6. Episcoporum sancta vita, sinceræque doctrina, prius probabatur, quam eligerentur: nec ad Ecclesie gubernacula ullo modo admittebantur rerum Ecclesiasticarum imperiti.

7. Illiterati sacrarumque literarum imperiti ad clericum & episcopatum minimè promouebantur, utpote qui à Deo non edocti populum etiam docere non possent.

8. Quicunque ad Ecclesiasticum ministerium vocabatur, à populis prius accepto testimonio, deinde ab episcopis, coram presbyteris & laicis nonnullis prudentioribus viris, per triduum de religionis capitibus examinabantur.

9. Absque populi expresso & legitimo voto, desiderio, consensu, omnis vocatio, electio, ordinatio, functio Ecclesiastica irrita habebatur.

10. Vnanimi consensu presbyterorum, Diaconorum, clericorum, & plebis, episcopi seu Sacerdotes & rectores Ecclesiarum eligebantur: nec consecrabantur seu ordinabantur, nisi prius audito totius cleri & populi consensu.

11. Canonici seu Clerici, sub anathematis vinculo ab episcoporum electione religiosos laicos non excludabant: si secus factum esset, irrita & nulla electio habebatur.

12. Prinsquam pastores ordinarètur, desiderium & votum civium seu parochorum, testimonium & consensus populi qui mores probasset, testimonium & honoratorum & prudentium laicorum qui cum clericis de doctrina iudicassent, subscriptio clericorum & electio cum totius Ecclesie consensu facta, requirebantur.

13. Quum duo in electione concurrerent, is
 preferbatur qui pietate & doctrina excelleret: ita
 tamen ut nullus obruderetur inuitis & non peten-
 tibus: nec ex alia ecclesia vocabatur nisi quum in
 clero ciuitatis, cuius erat episcopus ordinandus, ne-
 mo idoneus apparebat.

14. Electus episcopus si displiceret, licebat
 populo alium eligere.

15. Imperator ab episcopo Romano rogatur
 (idem fiebat ab alijs episcopis) ut ecclesiam Reati-
 nam pastore seu episcopo destitutam cuidam electo
 concedere dignetur.

16. In electionis confirmatione tum aliorum
 episcoporum, tum ipsiusmet Romani (qui electus ab
 vniuerso clero consecratur coram Senatu & po-
 pulo, adstantibus legatis imperialibus) consensus
 & auctoritas Imperatoris desiderabatur.

17. Nihil est facilius & lenius episcopali
 aut presbyterali officio, si persuntoriè & adulatoriè
 res agatur: nihil verò difficilius, periculosius, & ma-
 gis laboriosum, nihiletiam apud Deum beatius, si
 rectè quis eo munere fungatur.

18. Cathedra non facit aut sanctificat Sacer-
 dotem, sed contra Sacerdos cathedram: nec enim
 omnis Sacerdos sanctus est, sed omnis Sanctus est
 sacerdos.

19. Pastores adulatores sunt homicidæ.

20. Ordinatio episcoporum, præter manuum
 impositionem, alias non nouit ceremonias.

Alias ex superioribus Canonibus theses colligere
 potest Christianus lector, quæ anarchæ & Pontificiæ ior-
 des magis ac magis de egiunt. Hic verò non meas, sed
 quædam alias, ab eruditjs Theologis theses editas, atte-

xere visum est, ex quibus per antithesin & veteris & noui tum episcopatus tum presbyteratus facies apparebit, vt quàm vana sit Iesuuitarum aliorumque paratorum, de hierarchica seu Papistica ordinatione circa ministerium Ecclesiasticum iactantia, vel cæci ipsi videant.

1. Quod ad episcopos attinet, quum iure diuino idē & vnus sit (functionis respectu) Episcopus, pastor & presbyter (ex eo quidem presbyterorum genere qui verbo præsumt, & distingui possunt ab ijs qui disciplinæ ecclesiasticæ custodes cum ipsis Pastoribus constituuntur) in noua autem Romana Ecclesia res prorsus diuersæ sint episcopum esse & presbyterum esse, adeò quidem vt & multi sint illic episcopi qui presbyteri non sunt, nec vnquam fuerunt, & contra quàm plurimi & pene infiniti presbyteri, qui nec sunt, nec erunt vnquam episcopi, cōsequitur nullum apud Pontificios esse diuinum episcopatum.

2. Quum episcopus iure diuino nemo dicatur collegarum suorum respectu, qui omnes inter se æquales sunt, sed habita totius gregis (cui pariter præsumt) ratione, inter quos non gradu, sed ordine duntaxat præit, qui maximè idoneus ad moderandum totius presbyterij ordinem videtur: humana tamen prudentia, hunc ordinem, qui tantum collocationis erat inter pares, ^{vt prænotat} constituit, id est, paris ordinis seriem in superiorem gradum commutauit: ea tamen eminentia certis legibus, quasi vinculis, adstricta, ne in tyrannidem degeneraret.

3. Sed humanus hic episcopatus in noua Ecclesia Romana, non tantum laxatis, sed etiam penitus abruptis & abolitis illis vinculis, in multiplicem tyrannidem euasit. Nullus est itaque inter pontificios, re ipsa, siue ex diuino, siue ex humano illo

illo iure, sed nomine tantum tenus, episcopus.

4. Quantum hic pseudoepiscopatus ab illo vero, tum diuino, tum humano, sensim in Ecclesiam inuecto discrepet, hæc etiam manifestè ostendunt. 1. Quod alij quidè ficta electione, quam totam ad se impurissimam Canonicoꝝ capitula abriperunt: alij verò propudiosa nundinatione, conculcatis omnib. Canonibus, ad eum gradum conuolent. 2. Quod vt olim milites vestimenta Christi crucifixi inter se diuiserunt, ita pauperum bona palam & apertè isti pseudoepiscopi cū suis Capitulis sunt partiti. 3. Quod contra manifestum & sæpe repetitum Christi interdictum, dispensatione mysteriorum Dei à se abdicata, *scilicet* usque adeò sese immiscuerunt, vt alij quidem omne dominiorum temporalium, quæ vocantur, genus, vel ipsis deceptis ciuitatibus vsurparint, vel, (vt olim Pharisei) ab incautis dominis, pietatis prætextu, quæ tamen neque dare neque accipere licuit, obtinuerint: alij verò principibus atque adeo regibus ipsis dominantur. Quid ni enim hoc faciant, qui imperium sibi in ipsas animas & conscientias, abrogato etiam, quoties ipsis libuit, expresso iure diuino arrogarunt? 4. Quod denique, siquid in speciè Episcopalis muneris subeundum sibi existimant, id omne non in verbi diuini dispensatione positum sit: sed partim in episcopalis habitus larua, & crucis consignatione, partim in superstitionibus & idolomaniis fouendis, vt in chrismate conficiendo, in confirmationis, quam vocant, cæremonia ridicula, in templorum & altarium consecratione, in sacrificorum nefaria ordinatione, in vanissimis denique quotidiani cultus idololatricæ ritibus cõsistat. Et hæc est scilicet vera illa & genuina successio apostolica, ex qua

discerni verè catholica Ecclesia ab adulterina pos-
sit. Alios verò pseudoepiscopatus pontificij na-
mos & errores, Gratianus plus satis detegit.

Quod ad Presbyteros, vt paucis supra dictum
est, iure diuino diligenter in ecclesia Dei, quan-
diu rite gubernata fuit, obseruato, delecti fue-
runt etiam alij communi presbyterorum nomine
appellati, quod etiã Paulus ^{in epistola} vocat, & vi-
dentur esse honoratioribus illi, de quibus mencio
fit apud Gratianum, spectatę videlicet pietatis ho-
mines, episcopis, siue pastoribus, siue presbyteris
(iidem enim hi omnes sunt) allecti: quorum com-
muni iudicio & autoritate peccatores admon-
bantur, aut etiam ecclesiasticis censuris subiicie-
bantur, & partim merè Ecclesiasticę causę sub-
ortę, ex Dei verbo decidebantur, partim ciuiles
quoque lites, antequã Christiani essent magistra-
tus, vt verisimile est, ex Apostolica doctrina ami-
cè & citra vllum fori strepitum componebantur.
Alij presbyteri, id est pastores eu episcopi, verbo
præerant, que nammodum antea diximus, & con-
stat ex manifestis verbi scripti testimoniis.

Hoc igitur fuit Christianum presbyterium. At
in noua Ecclesia Romana Presbyteris, quos verbi
administrationi vacare oportuit, successerunt, quo-
rum primariũ & præcipuum munus est, non Chri-
sti sacrificium annuntiare, non (quod ait Paulus)
ex scriptura diuinitus inspirata plebem docere, ar-
guere, exhortari: sed horrendo illo sacrificio, quo
rursus re ipsa Christum ipsum pro viuis & mor-
tuis sese patri offerre comminiscuntur, Christia-
nismum à fundamentis conuellere: cantibus, par-
tim ridiculis, partim Dei verbo miserè discerpro
confutis, partim etiam impietatis horrendę refer-
tis, & quidem (ad ecclesię ludibrium) peregrina

& plerunque barbara lingua cantillatis, Deo & hominibus illudere: idolis thurificare: baptis-
mum mille modis conspurcatum, peregrino quo-
que idiomate, accepta pecunia, administrare: sa-
cram Coenam domini in detestandam, idoloma-
niam commutare: miseram denique plebeculam
non pascere, sed, tum à viuis, tum à mortuis per-
petuo exacto tributo, deglubere. Hoc, inquam, il-
lorum munus & hæc functio est, tum eorum quos
Curiones & alterius cuiusvis generis beneficia-
rios appellant, tum eorum qui in diem viuentes,
& ceu canes famelici pinguiorum illorum culi-
nam affectantes, vicariam illis operam suam lo-
cant. Aliis presbyteris, quos *vicarios* specialiter
vocari diximus, penitus (etiam quod ad nomen i-
psum attinet) abolitis, successerunt Officialis, quæ
vocât, vt episcopi vicarius: Promotor, Curix (quæ
appellant Ecclesiasticæ) procuratores & appari-
tores: apud quos ciuilia pleraque negotia, maiore
quoque & indigniore, quàm alterius vllius fori
ciuilis strepitu, tractantur, de matrimonijs non ex
iure diuino, sed impurissimo illo Canonico deci-
ditur: iura denique omnia diuina venalia impu-
dentissimè prostituuntur. Itaque in noua Ecclesia
Romana nullum est presbyterium sacrum, nullus
presbyter, nisi nomine tenus.

*De Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepis-
copis, Chorepiscopis, Archidiaconis, Diaconis, Subdiaconis, aliisque
minoribus (quos vocant) ordinibus, nihil ex Gratiano in medium
protuli, quoniam Chaos istud hominum inuentum, non Christi
prescriptum esse, tum ex libris Apostolicis, tum ex Ecclesiastica
historia liquet. Nihilominus tamen de his omnibus, theses eru-
ditiss. theologorum subijcô, ex quibus constare, queat quàm ex-
cranda sit P. apatus ueritas illa quam hierarchiam Iesuanicæ, nos
anarchiam seu poueroctatiam appellamus.*

1. Quod igitur ad episcoporum in Patriarchas, Primates, Metropolitanos, Archiepiscopos (qui omnes initio iidem fuerunt) distinctionem attinet, totum istud esse humanæ dispositionis nõ diuinæ institutionis, Hieronymus ipse apertis verbis testatur.

2. Fuerunt autem ista initio, non superioris alicuius dominationis, sed ordinis ac distinctionis nomina, vt si qua ecclesiastica controuersa incidere, & cùm de pastoribus eligendis agebatur, certo quopiam ordine tum Synodi cogi, & Synodalia iura exerceri, tum etiã vicinarum Ecclesiarum adhibito consilio electiones fieri, & rata omnia haberi commodè & citra confusionem possent.

3. Hęc Ecclesiarum distinctio, ad ordinem, non ad vllam gradus eminentiam spectans, consuetudine quadam paulatim comprobata, & à patribus in Nicena Synodo confirmata, per se quidem reprehendi non potest: sed in eo tamen duobus modis non satis prudenter fuisse Ecclesiis hac ratione prospectũ, exitus miserabilis tãdem patefecit.

4. Vno, quòd certis ciuitatibus ista *negritia* alligantur, cùm habenda fuerit idonearum personarum, non autem ciuitatum potentia & frequentia ratio, docente ipsa experientia nullibi magis quàm in amplis ciuitatib. vitia serpere, quæ ipsos quoque pastores inuadant: qua in re mirum etiã illud est, Patres in illa distributione sequutos esse Romani imperij typũ, Sp. sancto per Ioannem de ista bestia imagine quantumuis loquente.

5. Altero, quòd pluribus quàm par esset Ecclesiarum presbyteriis vnum quempiam, & quidem ad finem vitæ vsque (nisi quid grauius incidisset, etsi tunc ille sese deturbari non facillè pateretur)

conti-

continuandum præfecerunt; vnde primùm istis episcopis initio quidem ad opprimendos collegas suos, postea verò ad mutuas concertationes, inde ad oligarchiam, ac tandem ad Antichristianam tyrannidem aditus est patefactus.

6. Tanti fuit momenti eam quam Apostoli constituerant, & in qua sub cruce floruerant Ecclesiæ, Aristocratiam sub vnico monarcha per verbum suum ab apostolis perscriptum regnante, & sanctæ Ecclesiæ democratia diuinissimè temperatam retinere, potius quàm nouas distinctiones & gubernationes, idque ad imperij Romani, sicuti diximus, exemplum comminisci: haud secus certè quàm olim Israëlita in aristocratia diuinitus instituta non acquiescentes, à Regibus, more vicinorum populorum, regi voluerunt.

7. Hoc tamen prospicientes Patres, plurimis generalium & particularium Synodorum decretis occurrere studuerunt, ne quo pretextu ordo iste in gradum & dominationem euaderet. Sed quid cogebat id instituire cui remedium quæreretur? Frustra autè id factum fuisse ipsa mox tristissima experientia docuit: non aliunde magis quàm ex istiusmodi auctoritate, certis ciuitatibus & sedibus attributa, exortis primùm schismatibus, deinde hæreson defensionibus, mox ecclesiastica Aristocratia (cuius caput vnicus est Christus) in horribilem Oligarchiam cõmutata, quatuor primùm patriarchis dominium in reliquos collegas metropolitanos siue archiepiscopos vsurpantibus: quibus adiecto tandè Constantinopolitano quinto, & propter nouæ Romæ dignitatè, secundum à Romano locum (Hierosolymitano, Antiocheno & Alexandrino inferius repulsis) vsurpante, ille quidem in Oriente, iste verò in Occidente thronum ipsius Christi occupauit.

Et hæc quidem de primarijs illis antichristiani mysterij gradibus, tum ex Synodis & Scriptis veterum, tum ex ipso Gratiano, variisque Ecclesiasticæ historiæ Scrip- toribus collecta, Christiani lectoris iudicio submissa sunt. Iam verò quod ad alias functiones attinet, quarum sola nomina in Pseudo clero Romano, ad fucum facien- dum remanserunt, ita se rem habuisse, etiam durante hu- mano episcopatu, & priusquam horrendam illam ochlo- cratiam antichristus inuexisset, vel ex ipso Gratiano de- monstratum est: Vnicam videlicet ad sacras ordinarias functiones viam apperuisse Dominum per apostolicam doctrinam, legitimam vocationem, liberam electionem, præeunte iù doctrinæ tum morum examine factâ, sicut infinitis puris Canonibus Synodiceis cautum est. Hu- ius electionis ius ad se Romæ impetrus ille Cardina- lium cœtus in ty anno suo œcumenico deligendo, vel potius manifestissima simonia addicendo vsurpauit. Ip- se verò tyrannus, impudentissima nundinatione, quibus- vis cum pecunia accedentibus, Ecclesiastica (quæ vocant) beneficia, quoquomodo attribuendi potestatem, impe- rato & exacto quod libuit venditionis pretio, nulla Ca- nonis vltus seu veteris seu noui habita ratione, sibi vsur- pavit: episcopis quidem per prouincias, & alijs nonnullis, collationis iure, quod vocant concessio, de nominatione quoque cum regibus & principibus, qua sibi condicione libuit pactus. Porro de diaconatu, in apostolica & veteri Ecclesia laudato & necessario munere ecclesiastico: tum de reliquis ordinibus, quos minores vocant, & de quibus, tum etiam de diaconis & subdiaconis eorûmque ordi- nationibus Gratianus disserit Distinct. 23. aliquid est no- bis ex eruditiss. theologorû disputationibus subiiciendû.

Penes diaconos, iure apostolico fuisse bonorû Ecclesiasticorum administrationem, Pastorum in- spectioni obnoxiam, extra cõtrouersiam est apud omnes in sacrarum literarû lectione & puræ Ec- clesiæ historia versatos. At in noua Ecclesia Ro- mana, in qua Subdiaconos etiam visum est dia-
conis

conis adiungere, quid est Diaconi partes obire? tunica sine manicis à sacrificulo missificante discerni: sacrificulo isti (si quidem canora fuerit Missa, nam alioqui nullus est laruatis diaconis locus) ad dextram & sinistram quædam obmurmuranti respondere: epistolam quam vocant, & Euangelij centonem peregrina lingua decantare: patenam & calicem soli epulaturis præbere: discum denique in quo pecuniam à miseris ouiculis pro viuis & mortuis oblatam, sed inter ipsos dūtaxat lupos diuidendam, recipiāt, gestare. Et qui nam hoc ministerio funguntur? Illi ipsi, qui quum presbyteri siue sacrifici quoque sint, tamē (dicis gratia) Diaconi & Subdiaconi personam in hac fabula sustinent. Interea verò quid sit ecclesiasticis pauperum bonis? Tota hæc præda (exceptis *πλοχτοφελαις*, quibus coguntur ciuitates priuatim consulere) inter istos lupos discerpta, canum & equorum alimonix, scortorum & lenonum gregibus, alex, omni denique luxui, omnibus spectantibus, impenditur: nisi si quid absorbet auaritia, vel in mutua inter ipsos bella, vel ad persequendos pios consumitur. Nulla ergo est in Papatu verè sacra Diaconia: nullus nisi nomine tenus, Diaconus, nisi malimus perditos illos, non Diaconos, sed sacrilegos vocare. Archidiaconos (vt archiepiscopos & archipresbyteros) tanquam humana sigmenta, quæ postea in ecclesiæ perniciē, antichristianismi fulcra facta sunt, detegere quàm prolixo scripto referre satius est.

Quod ad minores, quos vocāt, ordines attinet, non tam sunt ecclesiastica munera celsenda, quàm exercitia quædam, quibus iuuenes ecclesijs dicari, paulatim ad sacrum verbi Dei ministeriū, probata sua pietate & fide, instruebantur; exceptis

quidem exorcistis. Ostiariorum itaque officium erat fores templi obseruare, ne quis Catechumenus, aut qui poenitentes in ecclesiae limine confitebatur, ad sacram synaxin temere profilirer. Lectores autem pro suggestu aliquid ex sacris literis plebi concionem expectanti praelegebant. Acolythi, pastores ac praesertim episcopum affectabantur, non tantum honoris, verum etiam variorum ministeriorum obeundorum causa, si quibus opus esset: atque adeo ut Pastores seu episcopi, nihil sine teste, quoad eius fieri poterat, agerent: ideo denique ut assidua eiusmodi affectatione & auditione, iuuenes ad sacras functiones paulatim erudirentur. Exorcistarum denique, quandiu viguit miraculorum donum, ad energumenos & arreptitios alios sanandos, vel peculiaribus saltem quibusdam precibus Deo commendandos, opera vna est Christiana Ecclesia: quod miraculorum donum quum defuerit, quorsum iam nobis exorcistae? In noua vero Ecclesia Romana, quoniam veteribus Canonibus cautum fuit ne quis ad ecclesiasticas functiones temere admitteretur, qui non prius pietatem & diligentiam suam in illis minutis exercitijs Ecclesiae probasset: idcirco boni nostri Romanenses priusquam (ut ipsi loquuntur) ad maiores ordines suos inordinatissimos admittant, vna eademque hebdomade suos Clericos, data quidem pecunia, Ostiarios, Lectores, Acolythos, Exorcistas, ridiculis prorsus ritibus constituunt: & mox eosdem, exiguo interiecto interuallo, si quidem hoc & ipsi redimere voluerint, maioribus suis ordinibus initiunt. In templis autem suis nec Ostiarios, nec Lectores (quales nouit vetus Ecclesia) habent. Acolythos ne de nomine quidem norunt. Exorcismos autem partim Curiones, vel ipsorum vicarij presbyteri,

byteri, in baptismo, quasi Christianorum omnes liberi Dæmoniaci nascantur, ridiculè obeunt: partim certi quidam, quasi peculiari quapiam aduersus dæmonas diuina potestate (vt olim, vigente miraculorum dono) præditi, adhibitis mitis præstigijs exercent: idque (vt sæpissimè perspectum est) plerisque subornatis qui se dæmoniacos simulent: interdum verò cum aliquo etiam successu, facile nimirum dæmone non recusante ex alicuius corpore excedere, quasi crucis consignatione vel aque incantatæ aspersione, vel mortuorū inuocatione victo, vt quamplurimas miserorum animas ludificatus in superstizioso cultu confirmet. Itaque in Papatu nullus est, nisi per ludibrium, & solo nomine tenus, Ostiarius, vel Lector, vel Acolythus, vel Exorcista.

Ex superioribus autem Canonibus & disputationibus sequitur nullum esse in illa anarchia Pontificia ordinem verè sacrum, nullam legitimam vocationem, ac proinde nullam verè Apostolicam successionem, sed meram sacri ministerij vsurpationem: ex qua colligitur, necessariò, quum sacrum ministerium sit vera & essentialis veræ & Catholicæ ecclesiæ nota, fuisse quidem & adhuc aliquatenus esse veram Ecclesiam in illa Babylone captiuam, quam Dominus asserere adhuc aliquot annis cepit: Babylonem autem illam nunquam fuisse nec futuram Ecclesiam Dei. Quid autem pro maioribus & minoribus ordinibus seu confusionibus Pontificijs Anti-gratiani obijciant, audiamus.

I E S V V I T A.

Ordinis Sacramentum est, quo singularis gratia ac potestas spiritualis quibusdam traditur, vt munus in Ecclesia ex professo geratur. Hoc est Sacramentum per quod, velut ostium, necessariò intrât legitimi dispensatores mysteriorū & eloquiorum

Dei, ministri Christi & Ecclesie, episcopi, presbyteri, diaconi, & quorūque demum in ecclesiasticis munis obeundis ritē & cum auctoritate versantur. Nemo enim, ut scriptura testatur, sibi sumit aut sumere debet honorem, exercendorum videlicet ministeriorum Ecclesie, nisi qui vocatur a Deo, tanquam Aaron: hoc est, nisi sacramento visibilis ordinationis initiatus, & ab episcopo legitime ordinatus missusque fuerit ad opus certissimi ministerij, quod in Ecclesia pro suo statu gerat iuxta leges diuinae & Apostolicæ traditionis. Canif. catechif. Iesuitic. pag. 298.

Hic tot insunt sophismata quot lineæ sacramenti tum vocis tum rei significatio genuina prius fuit a Canifio explicanda, quā subdole reuocuit. Si quis enim S. Baptismum & Eucharistiam excipiat. Sacramēta, propriè dicta, nulla esse sub Euangelio firmis testimoniis euincet. Quæ autem profert, ex Augustino & aliis, quibus impudentissimè Conciliabulum Tridentinū adiungit, ut probe ordinationem ecclesiasticam esse Sacramentum, partim falsa, partim in aliū sensum dicuntur, partim ex scriptis & decretis non probatis hausta sunt. Deinde tota illa definitio, si expendatur, clerus papisticus inordinatus & Baebilis populus apparebit. Præterea maiores ordines confundit cum minoribus qui exercitij gratia tantum instituti videntur. Quomodo autem Ostiarij, lectores, acolythi, subdiaconi, diaconi, presbyteri, episcopi & pontifices ipsi nouæ Ecclesie Romani aut dispensatores mysteriorum & eloquiorum Dei, Iesuiticus ille Patriarcha Canifius per otium nobis interpretabitur. Porro quod ex epistola ad Hebræos citat, tam ad ministros papisticos quam ad merè laicos pertinet. de legitima ordinatione & missione episcopi, quid sit, sentiendum, paulò ante ex Gratiano intelleximus, quæ quidem diuinguenda, non tamen separanda sunt, ut sophistæ vociferantur. Postremo,

mo, quæcunque de apostolica & diuina traditione garrit Canisius, petunt principium, ambigua sunt, nec satis hæctenus à Iesuuiticis magistris explicata sunt. Sed Canisij textum persequamur.

Nónne omnes Christiani ex æquo sunt Sacerdotes? Dici quidem ita possunt hæctenus, quòd sicut sacerdotes externa quædam Sacrificia & ministeria sacra exercere solèt, sic quotquot sunt in Christo renati, spiritualia quædam sacrificia, nimirum orationes, laudes, gratiarum actiones, carnis mortificationē, & id genus alia quotidie possint ac debeant offerre, sedulóque exercitare, vt hinc Spirituales coram Deo Sacerdotes, & Spirituales offerre hostias in Scriptura dicantur. Verùm si propriè hoc nomen Sacerdotij accipimus, non sunt promiscuè Sacerdotes omnes, sed hî duntaxat, quibus authoritas Ecclesiæ, vt Sacramentorum propriè sint ministri, demandauit, atque ad consecrandum, offerèdum, dispensandúmque Sacram Eucharistiam, & ad peccata hominum tum remittenda tum retinenda ius contulit. Ac de his quidem nouæ legis Sacerdotibus seu presbyteris, ita Paulus: Qui bene præsunt presbyteri duplici honore habeantur, maximè qui laborant in verbo & doctrina. Id quod certè congruere non potest mulieribus, quas in Ecclesia idem Apostolus docere vetat ac tacere iubet: neque omnino plebeijs cõuenit, quorum est ouium more pasci, non pascere: regi non regere: nec se præferre, sed subicere præpositis, & quæcunque hi, siue boni, siue mali, in Cathedra sedètes, dixerint, audire, seruare, & facere, vt verbo Dei præceptum legimus. Quapropter, sicut in Ecclesia triumphãte Angeli

sunt ordine ac potestate differentes, qui iniuncta sibi munia decenti quadam obseruata dispositione obeunt ac fideliter exequantur: sic militans etiam ecclesia, quæ domus Dei & veluti castrorum acies quædam ordinata est, ministros habet sibi peculiare, à reliquis Christianis seiunctos, & pulchro ordine inter se dispositos, ad publica & communia ecclesiæ ministeria in terris peragenda, nimirum vt pro Christiano populo in his quæ ad Deum salutemque animarum spectant suas illi operas ex professo ac pro dignitate præsentent.

Canis. ca: echism. Iesuit. pag. 302.

Rursum Canisius peccat ignorantie elenchi, & confundit omnia, quæ discernenda sunt, vt Iesuuiticus dolus pateat. Christianos omnes ex æquo esse spirituales sacerdotes credimus: ecclesiasticos autem sacerdotes sacrificulos militicos esse probet Iesuuita. Ex Gratian. Canonibus, quale sit sacerdotum officium supra dictum est: nec ad altare lapideum histrionem agere Canisius ostendet idem esse ac laborare in verbo & doctrina. Miror autem quid impulerit Apostolum istum Iesuuiticum vt de mulieribus verba misceret. At si mulieribus nunquam licet docere in Ecclesia, cur Sacramentum administrare licebit? Si verò Sacramentum à muliere administratum valet, quale discrimen inter ministerium Sacrificulorum & mulierum nobis constituet Iesuuita? vtrisque enim docendi munus aufert. Pastores cerre non sunt, nisi legitime electi, vocati & ordinati: nec aliter Theologi nostri docent: sed qui fuit ante ouis num potest esse pastor, & ex laico fieri clericus? Deinde, quid ista ad sacrificulos papisticos, quorum cathedra iam pridem conuersa est in aram seu haram, circa quam in cõtemptum filij Dei fabulam ridiculam & execrandam quotidie saltant? Cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos Cathedra, vt ex Chrysostomo antea dictum est. Quid sit autem in cathedra sedere, reticet Canisius, & versutè quidem, ne turpitudines istorum sectatoribus suis detegat

gat. Postremò, si quadrat similitudo ex ordinibus Angelorum à quibusdam curiosè compositis: quemadmodum vnus & idem sacrificulus papisticus est simul Exorcista, Acolytus, Lector, Ostiarius, Hipodiatonus, Diaconus, Presbyter, Episcopus, & tandem summus Pontifex: ita vnus & idem erit simul angelus, archangelus, cherubim seraphim, denique vno eodemq; momèto inter omnes illos nouè gradus cælestes. Sed tædet me harum nugarum. Porro, quid conducatur tota illa theatrica saltatio ordinationum seu confusionum pontificalium in Lectoribus, Diaconis, & c. instituendis, ad Dei gloriam & ecclesiarum salutem promouendam, Lyncet: isti Iesuuitæ viderint, penèsiq; Christianum lectorem cito iudicium. sed ad Canisii dictata reuertor.

Quo loco Scriptura Ordinis sacramento testimonium præbet? Illic scilicet, ubi de Apostolis docet, quòd in ecclesia ministris deligendis, instituendis atque ordinandis, vsi sunt manuum impositione. Hoc enim veluti Symbolo certo & efficaci præsentis gratiæ, quæ in ordinum collatione exhibetur & accipitur, Sacramentum illud nobis est commendatũ. Quare Paulus ad Timotheum à se factum episcopum scribens, & acceptæ in hoc sacramento gratiæ illum admonens, Noli (inquit) negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum presbyterij. Et rursus ad eundem, Ad moneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum. Quoniam verò permagni refert, quales in Ecclesia quibuscunque munus præficiantur, & Ecclesiasticam potestatem ex hoc Sacramento accipiant, ad omnem episcopum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Canis. catechism. Iesuuit. pag. 306.

Sacramenta sunt sigilla iustitiæ si dei vnionisq; no-

stræ cum Christo, in quo Dei promissiones, per verbum oblata, sunt etiam & amen: communia autem sunt illa omnibus Christianis, videlicet Baptismus & Cœna Domini. data autem fuisse Ecclesiæ alia Sacramenta quibus remissio peccatorum, promissio vitæ æternæ in Christo, cui per fidem & Spiritum Sanctum vnimur, si quis Iesuuita probat ex scripto Dei verbo, aut ex authenticis Apostolicorum virorum scriptis, tunc credemus, alioqui istorum garrulitas nullam apud nos habet fidem. De impositione manuum agit Paulus. Ergo hæc cæremonia est Sacramentum noui Testamenti. Ludit in voce Sacramenti quæ est homonyma. Illud autem queritur, an Timotheus & alij, simpliciter cæremonia contenti, in templis histriioniam exercuerunt? Absit. Laborarunt in verbo & sermone. Quid Timotheo & fidelis Ecclesiæ Christi Pastoribus cum histriionibus Papisticis? Cæterum, impositionis manuum cæremonia ex veteribus & legalibus ritibus ad tempus retenta est, vel potius ad imitationem impositionis manuum, quæ fiebat super hostiam sacrificandam recepta in Christiana Ecclesiâ, quemadmodum ex varijs Scripturæ locis colligi potest. Cur autem fieret, duplex ratio videri potest. 1. Vt intelligeret is cui manus imponebatur, se totum Deo offerri & destinari: denique in se à Deo manus iniici, vt iam mundi negotijs abrenunciâs totus muneris suo ad Dei gloriâ incumberet atque ioseruiret. Vnde preces adiungebantur, vt cum Dominus ipse præstaret & efficeret talem. 2. Vt Spiritus S. dona in electum effunderentur, eumque, quatenus quaque mensura Dominus ipse videbat conducere, impletet. Quod ipsum etiam tota Ecclesiâ pro electo summis votis à Deo petebat. Vnde ab Augustino, sicut ex Gratiano antea retuli, manuum impositio nihil aliud esse definitur, quam oratio super hominem. Hæc tamen cæremonia, cum sit tantum ritus quidam ad salutem & confirmationem Ecclesiæ vel eius cui applicatur, necessaria non est, modò preces adhibeantur in confirmando electo, & Ecclesiâ vota sua cum eo coniungat, vt Spiritu Dei corroboretur. Id verum esse apparet, quod Paulus ipse non semper hac voce &

ceremonia vitur, cum de electione episcoporum agit: uti Tit. 1. vers. 5. Deinde quod etiam ipsius Canonibus testibus non requiritur hæc impositio manuum in omnibus ordinibus, veluti in acolytho & Subdiaconis ordinandis, ut expressè refertur, *Can. Subdiaconus.* & *Can. seq. distinct. 24.* qui quid ibi glossa glosset & distinguat. Tertio, quod ipsi etiam Papistis testibus, tota vis huius impositionis manuum à precibus pendeat, non ab ipso ritu & intentione manuum in ordinandos: adeo ut sit tantum illa ceremonia signum quoddam externum commendationis cuiusdam, quæ à tota Ecclesia sit Deo, illius personæ quæ electa & in muneris sui possessionem mittenda est. Unde prætermittæ precatione nihil omnino valet & efficit ipsa manuum impositio, etiam ab episcopo facta, ut est in *Can. Quorundam, distinct. 24.* Ergo cum preces retinètur, ipse Canonibus autoribus, ipsa impositionis manuum vis, finis & substantia conseruatur: neque etiam est hæc impositio ut essentialis pars & ritus legitimæ vocationis. Quarto, nulla vera est manuum impositio in ordinationibus Papisticis, vbi preces, quantumuis puris voculis conceptæ, profanæ & execrabiles redduntur ab ijs ipsis ordinatis, qui in hoc positi esse videntur ut Christi gloriam & veritatem in toto illius suæ vocationis curriculo horrendum in modum conspuant. Denique dum hanc ceremoniam præcisè vrgent nonnulli, videmus eos in vanas & ineptas quæstiones incidere: veluti de triplici manuum impositione, vna ordinatoria, altera confirmatoria, tertia curatoria, ut est in *Can. Manus, l. quæst. 1.* Item, vtrum repeti in eodem possit manuum impositio. Item, vtrum sic manus imponi debeant, ut caput ipsam electi attingat, de quo anxie quæritur in *Can. Episcopus, distinct. 23.* alias quæstiones verè Papisticas legat qui vult apud Durandum, lib. 2. rational. diuin. officiorum. Præter hæc omnia, *Canis.* cõfundit miraculosas manuum impositiones, Apostolorum seculo, cum ritibus postea inuictis & nõ prorsus necessarijs, modo legitimæ vocationis pars præcipua maneat, oratio videlicet Ecclesiæ ad Deum, & verè Ecclesiasticæ functionis administratio. Deinde, non distin-

guit veras, perpetuas, necessarias & ordinarias functiones ab exercitiis quibusdā non omnibus Ecclesiis & temporibus necessariis, Ostiarios, lectores, &c. Ecclesiis quibusdā inferuisse non diffiteor, quis verò illos semper necessarios fuisse affirmare auidē de interpretatione & sensu verborum apostoli videat lector Theologorum expositiones in Paulum. Quod autem subiicit Iesuita, de non communicando peccatis alienis præcipitata manuum impositione, in totum illum clerum papisticum torqueri ita potest, vt ordinantes & ordinatos notasse Paulus videatur: quidem enim est ista colluuius, aliud quàm locustarum ex abyssō prodeantium multitudo, quæ impio strepitu, i. inani pompa, ignorantia scripturarum, superstitionum fumo, multiplicique idololatria Dei veritatem è mūdo tollere conatur? Sed Canisium audiamus.

Quot gradus in se continet hoc Sacramentū? Generatim quidē minores ordines, maiorē q̄ continet minores scilicet quatuor, Ostiariorum, Lectorum, Exorcistarum & Acolytorum: maiores verò tres, nempe Subdiaconorum, Diaconorū ac Presbyterorum. Ex presbyteris porro alij maiores, alij minores à Christo instituti inueniuntur. Miores enim presbyteri, apostoli sunt, eorūque successores episcopi, magna sane potestate & reuerendā dignitatis prerogativa excellentes. Nam horum est Scriptura teste) attendere sibi & vniuerso gregi, quem à Sp. sancto curādum pas. endūque accipiunt, regere Ecclesiam, ea que desunt corrigere, per ciuitates item presbyteros constituere. Miores verò presbyteri sub episcopis, sicut septuaginta duo illi discipuli sub apostolis, in Ecclesia ministerio deseruiunt, dona ac sacrificia pro peccatis offerunt, atque in curanda dominica messe, tanquam operarij secundum illos existunt. Ac minimorum quidem quatuor ordinum clerici hoc propriū habeant mu-

nus ut sacerdotib. & episcopis multis in rebus pre-
 sto sint, ut ad sacra conuenientem populū ordinent,
 utque paulatim ipsi, velut quibusdam gradibus ad
 maiora munia in ecclesia obeunda rite instituatur
 atque praparentur. Cateri verò maiores res ordi-
 nes, cum in alijs, tum in sacris Eucharistia mysterijs
 maiorem cōferunt potestatem. Igitur subdiaconus &
 diaconus dictis iam mysterijs tanquā ministri adesse,
 ipsiq; sacerdotib. proximi esse possunt. Et quanquā
 quod ad Ordinis Sacramentū ac sacrificiū autho-
 ritatē attinet, discrimen inter episcopos & sacerdo-
 tes non sit, tamen sunt illi sacerdotibus multò excel-
 lentiores, si ecclesie gubernandæ, si pascendarū ani-
 marū ius, tum baptizatos confirmandi & Clericos
 ordinandi potestatem consideremus. Verūm presen-
 tis instituti nō est, quæ singulis ordinibus functiones
 & leges prescriptæ sint, enucleare. Illud sanè cōstat,
 magno in pretio cunctos ordines habendos ac sedulo
 retinendos esse. Firmū enim testimoniū illis prabet
 Sacra Traditionis Apostolicæ Ecclesiasticæq; ob-
 seruationis disciplina, quæ ad nos usque transmissa
 perdurat. Canif. Catechism. Iesuuit. pag. 307. 308.

Cogit nos importunus ille clamor nonnulla reperere
 ex eruditiss. quodam Theologo, quæ superiora explana-
 bunt, Quia ad ministerium Ecclesiæ multa pertinent of-
 ficia, quæ in magna credentis populi frequentia non pos-
 sunt comodè omnia & singula ab vno vel à paucis expe-
 diri: ut igitur ordine, decenter, & ad ædificationē omnia
 fierent., cōperunt multiplicato ecclesiæ cœtu officia il-
 la ministerij in gradus quosdam ministrorum distribu-
 i quos τὰς εἰς seu τὰς γὰρ postea appellarunt: ut quisque
 haberet designatam certam quasi stationem, in qua cer-
 tis ministerij officijs Ecclesiæ inseruiret. Ita Apostoli prin-
 cipio curarunt ministerium verbi & Sacramentorum, &
 simul etiā elemosinarū distributionē & dispensationem.

Postea verò crescente numero discipulorum, partem illam ministerij quæ ad eleemosynas pertinet aliis quorū diaconos nominabant commodarunt. Rationem quæ illud faciunt assignant, vt scilicet ipsi ministerio verbi & orationi diligentius, sine auocamentis instare possent. A. 6. Et hæc prima origo graduum seu ordinum ministerij, in ecclesia apostolica, ostendit, quæ causa, quæ ratio, quæ finis & vltus debeat esse huiusmodi seu graduum seu ordinum: vt videlicet pro ratione ceteris ecclesiasticis singula officia quæ ad ministerium pertinent, commodius, rectius, diligentius, & ordine, cum aliqua gravitate ad ædificationem obeantur. Et quia Apostoli, ex diaconis postea, qui probati erant, assumpserunt ad ministerium docendi, vt Stephanum & Philippum: colligitur hæc etiam vltus esse horum graduum seu ordinum, vt in minoribus prius præparentur & probentur, vt postea grauiora ministerij officia tutius & cum vtilitate ipsius commendari possint. Varios autem gradus seu ordines fuisse ex Pauli epistolis constat. Addenda verò est propter præsentem disputationem hæc commones factio.

1. Non esse verbo Dei mandatum, qui, vel quot tales gradus seu ordines esse debeant.
2. Non fuisse tempore Apostolorum in omnibus Ecclesiis, & semper, eisdem & totidem gradus seu ordines, id quod ex epistolis Pauli ad diuersas Ecclesias scriptis manifestissimè colligitur.
3. Non fuit tempore Apostolorum talis distributio graduum illorum, quin sæpius vnus & idem omnia illa officia, quæ ad ministerium pertinent, sustineret & exequeretur: id quod ex Apostolica historia manifestum est. Libere igitur fuerunt tempore Apostolorum tales ordinationes habita ratione ordinis, decoris, & ædificationis: nisi quod tunc peculiaris quædam dona, vt linguarum, prophetiæ, Apostolatus, miraculorum, certis quibusdam personis à Deo collata fuerunt. Illi verò gradus, de quibus hæcenus diximus, non fuerunt aliquid præter & extra ministerium verbi & sacramentorum, sed ipsa & vera officia ministerij in gradus illos distributa fuerunt, propter causas iam expositas.

Illud Apostolorum exemplum primitiua Ecclesia eadem

dem ratione & simili libertate imitata est. Gradus enim officiorum ministerij distributi fuerunt: non autem eadē planē ratione sicut in Corinthiata vel in Ephesina Ecclesia, sed pro ratione circumstantiarum cuiusque Ecclesiae: vnde colligitur, quæ fuerit in distributione illorum graduum libertas. Nec conueniunt veteres in horum enumeratione. Alij enim 3. alij 5. alij 9. constituunt. nec de nominibus ipsis conueniunt. Multiplicatio verò ordinum Ecclesiasticorum inde orta est. Cyprianus enim lib. 3. epist. 22. ostendit talem fuisse disciplinam, vt nihil quod in Ecclesia & rebus Ecclesie, etiam si non propriè ad ministerium verbi pertineret, agendum esset, per alios exequeretur quàm per clericos. Atque ita pedissequos seu famulos episcoporum & presbyterorum oportebat esse clericos. Inde postea ex clericis sumpti sunt economi, defensores, vice domini, maiores domus. Erant igitur clerici qui peculiari & arctiori disciplina formabantur & præparabantur ad ministerium Ecclesie. Atque illi primum ad minora quædam officia adhibebantur, vt in illis studiū, diligentia, fides & grauitas ipsorum probaretur, an idonei futuri essent ad maiora & grauiora ministerij officia. Et in frequentioribus Ecclesiis, cum præsertim vndique ex agris, vicis & oppidulis, ad metropolitanam Ecclesiam, præsertim in solennioribus festis, conueniendum esset, sicut multi veteres Canones hoc præcipiunt, vnus vel pauci non potuerunt omnia & singula ministerij officia obire. Distincti igitur fuerunt gradus seu ordines non ociosis titulis, sed certis officiis ad ministerium & ædificationem Ecclesie pertinentibus. Erat episcopus tractans verbum Dei & curans disciplinam Ecclesie. Presbyteri docebant, & administrabant Sacramenta. Diaconi erant præfecti thesauris Ecclesie, vt inde pauperum, & præcipuè ministrorum ecclesie, sustentationem curarent. Postea diaconi etiam, ad subleuandam partem aliquam ministerij episcopi & presbyterorum, adhiberi ceperunt, sicut testatur Hieronymus ad Rusticum: vt ad prælegendum aliquid è scriptura, ad docendum, exhortandum, &c. monere populum vt omnes intenti essent, corda haberent ad dominiū, pacem annunciarè, præpare ea quæ pertinent ad administrationem sacramento-

rum, distribuere populo Sacramenta, ordinandos deferre ad episcopum, de ijs quæ ad disciplinam pertinet monere episcopos, &c. Quia autem nouis illis officijs diaconi occupabantur, substituti sunt illis Subdiaconi, qui oblationes fidelium quæ pro sustentatione pauperum & ministrorum contribuebantur colligebant. Erant præterea Lectores qui ex Scriptura, præsertim ex veteri Testamēto publicè populo prælegebant: noui enim Testamēti lectio postea Diaconis attributa est. Erant Psalmistæ seu Cantores, qui præcinebant quæ totus populus canere solebat. Erant Ostiarij seu ianitores, qui tempore mysteriorum, post denunciationem Diaconi, templo eiciebant gentiles. Catechumenos, pœnitentes, energumenos, hæreticos & excommunicatos. Episcopi, Presbyteri & Diaconi, habebant suos famulos, ministros, comites seu affectatores, quorum opera, si necessitas exigebat, utebantur. Illos nominarunt *ἀρχαῖοι*. Erant præterea Exorcistæ, qui donum habebant eijciendi aut compescendi dæmonia.

Distributionem illorum graduum, qualis fuit in veteri Ecclesia, sine superstitione, non ut histrioniam introducerent, sed pro ratione temporum & locorum nõ rejiciunt aut damnant Ecclesiæ: sed pro ratione necessitatis & ædificationis illis veuntur, & Papisticas istas finias abijciunt, sicut antea dictum est. Hoc verò iustè & meritò in Pontificijs illis ordinibus reprehenditur: 1. quod titulus sine re, & beneficia titularum sine officijs, retineant & vsurpent. Cum enim Canonici officia ministerij verbi & Sacramentorum ex vastis illis suis templis ad angustas & humiles parochiarum ædificulas, vbi vnus vel duo omnia ministerij officia obire cogebantur, reiecissent, retinuerunt ipsi otiosos quidem titulos, quasi munere ipso fungerentur, nec tamen inanes titulos: propter pingues enim præbendas, titulos ordinum retinuerunt. Episcopi non amplius docebant: non contribuebantur amplius oblationes, cum Ecclesiæ dotatae essent. Ad quid igitur opus fuit, vel Diaconis vel Subdiaconis? Disciplina eijciendi Catechumenos, pœnitentes & energumenos, iam dudum collapsa est. Quis igitur vsus est Ostiariorum? Vt enim

enim fores templi occludantur, vt canes quadrupes expellantur, vt pavementum purgetur, ad illud non est opus peculiari ordinis sacramento. Lectores, hodie ludiones, non legunt vt populus intelligat. Cantores non præcunt, vt populus simul canat. Non igitur habent vel Lectores vel Cantores, quales in veteri Ecclesia fuerunt. Non habent donum expellendi Dæmonia: qualis igitur apud ipsos ordo est Exorcistarum? Ministri Episcoporum & presbyterorum sunt equites, milites, ganeones, Caiaphæ & Sacerdotum Hierosolymitanorum seruuli, & tamē de Sacramentorum ordinis Acoluthorum multa disputant.

2. Titulis illis adulterina supposuerunt officia, reiecto vero legitimoque ministerio verbi & Sacramentorum. Episcopatum enim in politicam dominationem, presbyteros episcoporum collegas in sacrificulos, presbyteros disciplinae ecclesiasticæ conseruatores in Canonicos Epicuri de grege porcos. Diaconos & Subdiaconos in moriones & histriones transsubstantiauerunt. Ex Acoluthis fecerunt ceroferarios: quia enim veteres alicubi dicunt fuisse ministros luminarium in nocturnis conuentibus, Pontificij Acoluthum in ceroferarium conuerterunt, interpretatione prorsus inepta, falsa & barbara. Ex Ostiarijs quosdam ædituos, canum expulsores, luminum coram simulachris incensores, campanarum pulsatores fecerunt. Diaconi thesaurarij creati sunt, vt bona Ecclesiastica inter Sacros illos prædones diuiderentur. Lectores & Cantores, quantum à forma veteris Ecclesiæ degenerarint, sola collatio ostēdit. Et postremò omnes ordines, maiores & minores, tandem transformati sunt in Lectores & Cantores, quid enim aliud quotidie agunt? Idque contra Cau. 2. distinct. 92. Exorcistas tandem in profanos quosdam impostores & incantatores transformatunt.

3. Fingunt ex institutione & mandato Christi, & ex Apostolorum traditione necessarium esse, vt tot ordines sint in singulis ecclesijs. Aliter loquitur Apostolica historia & Scriptura, sicut ex illius attrēta lectione apparet. Et Patres quorū ætate fuit talis graduū ministerij Ecclesiastici distributio, expressè fatentur illam non esse vel mandati

diuini, vel traditionis Apostolicae. Ambrosius enim in 4^o cap. ad Ephesicū ordines suae Ecclesiae recensuisset, subiicit, olim Episcopū omnia officia Ecclesiae in ministerio fidelium impleuisset: sed postquam omnibus locis Ecclesiae sunt cōstitutae, & officia ordinata, aliter rem comparatam fuisse quam coeperat. Et mox addit, Ideo non per omnia conueniunt scripta Apostoli ordinationi quae nūc est in Ecclesia: quae haec inter ipsa primordia sunt scripta. Et Hugo dicit, Ordines istos diuersis locis disponi non solum voluntaria ordinatione spiritualium Patrum, sed ex ipso quoque gentilitatis vsu conuenienti ratione assumpta. Quam bellum igitur figmentum est, Christum ipsum per omnes illos ordines transiisse? Fuisse Ostiarium quando euentes & vendentes templo expulit: Lectorem, quum in Italia legeret ex libro: Exorcistam, quando Demones expulit: Acoluthum, quando dixit, Ego sum lex mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris. Subdiaconum, quando discipulorum pedes lauit: Diaconū, quando distribuit Eucharistiam: & Presbyterum, quando se in ara crucis obtulit & Eucharistiam consecrauit. 4. Ideo de ordinibus illis dimittant Iesuītae & alij Papatus Patroni, vt ex singulis peculiaria faciant Sacramenta, etiam si otiosi tantum praetendantur tituli. Atqui augustum est Sacramenti nomen in Ecclesia, nec ita prostituendum est vt ad theatricos saltatores deici debeat. Porro quae Causius addit pag. 1313. de Sententia veterum Patrum, abunde iam explicata sunt: liberas fuisse in veteri Ecclesia graduum & ordinum istorum distributiones & ordinationes. Nec sequitur à Pontificijs iure nunc retineri, quum ordinem istum in horrendam à magis commutariat. Reliqua ab-soluamus.

Quis est ordo in Ecclesia magis celebratus? Presbyterorum ordo, siue Sacerdotium: de cuius ingenti semp̄que reuerenda dignitate Chrysostomus & Ambrosius libros integros ediderunt. De quo magnus etiam ille Ignatius, Sacerdotium, inquit, summa est omnium honorum, qui in ho-min-

minibus consistunt : quod si quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Iesum Christum primogenitum totius creaturæ & solum natura principem Sacerdotem Dei. Hæc ille. Quin & dilucidè testatur diuinum oraculum, Malach. 2. Labia sacerdotis custodiant scientiam & legem sequerent ex ore eius : quia Angelus Domini exercituum est. Et rursus, Deuter. 17. Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat domino Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israël, cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia. Hinc & apostolus iubet, 1. Timoth. 5. Aduersus presbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus : idque ad Timotheum Ephesiorum episcopum scribitur, sicut & illud iam ante citatum, Qui bene presunt presbyteri duplici honore digni habeantur : maximè qui laborant in verbo & doctrina. *Canis. Catechis. Iesuuit. pag. 314. 315.*

Suo more agit Canisius. Quid sit presbyter aut Sacerdos nõ explicat, sed citatis Chrylostomo, Ambrosio, Ignatio, & testimonijs quibusdam Scripturæ, aliquid magis se præstulisse sominat. At quillum in Scriptura Canonica & virorum Apostolicorum libris Sacrificulum ministricum video. De administratione verbi & Sacramentorum perspicuè loquuntur veteres, vt ex Chrylostomi testimonijs à Busæo Iesuuita, ex lib. 3. Chrylostomi de Sacrif. & homil. in Isaiam descriptis pag. 315. liquidò constat. Quid ista ad hitionem Papisticum? Cum Ignatio dicimus Sacerdotium seu ministerium verbi Dei omnium certè honorum esse summam & fistigium. Cum Prophetis labia Sacerdotum custodire sciētiam : non autem ministricorum, sed Pastorum Ecclesiæ qui laborant in verbo & doctrina. De summi sacerdotis imperio, de clauibus Ecclesiæ pastoribus datis, de presbyteris item, satis super-

que antea dictum est, & ineptus sum si canoras istas Ca-
nisi nugas velim prolixius excutere.

Quid verò (inquit) de malis Sacerdotibus est
sentiendum? Diuina isthac est ordinatio, qua non
potest aboleri, ut non boni modo, sed mali quoque
Sacerdotes in Ecclesia honorentur. Vult enim in
suis ministris agnosci, recipi, audiri atque obseruari
ille qui dixit, super Cathedram Moysi sederunt
Scribae & Pharisei. Omnia ergo quaecunque dixe-
runt vobis, seruate & facite: secundum autem eo-
rum opera nolite facere, dicunt enim & non faciunt.
Ceterum inter malos delectus quidam habendus
est, ut quod ad munus autoritatèque docendi
spectat, illis tantum fidem obedientiamque deberi
intelligamus, qui ab episcopis legitime ordinati ac-
missi sanam Ecclesia doctrinam profuerunt: ab alijs
verò ut hostibus & pestibus sedulo caueamus. Qua
de re sapientissimè monet, atque hunc in modum
docet antiquissimus Irenaeus, lib. 4. cap. 43. 44. &
lib. 3. cap. 2. & 3. Iis qui in ecclesia sunt presbyteris
obaudire oportet, & qui successionem habent ab
Apostolis, & qui cum Episcopatus successione cha-
rissima veritatis acceperunt. Reliquos verò qui ab-
sistunt à principali successione, quocunque loco col-
liguntur, suspectos habere, vel quasi hereticos &
male sententiae, vel quasi scindentes & elatos. Nec
multo post. Ab omnibus talibus absistere oportet:
adherere verò his qui apostolicam, sicut praedi-
mus, doctrinam custodiunt, & cum presbyterij ordi-
ne sermonem sanum, & conuersationem sine offensa
prestant, ad confirmationem & correctionem reli-
quo-

quorum. Hæc Irenæus ille, qui Sancti Ioannis Euangelistæ discipulum Polycarpum præceptorē audiuit. Nec aliter Tertullianus docet, qui hæreticis, lib. de præscript. hoc exprobrat dicēs, Ordinationes eorum temeraria, leues, & incōstantes. Nunc neophytos collocant, nunc seculo obstructos, nunc Apostatas nostros: ut eos gloria obligent, quia veritate non possunt. Nusquam facilius proficitur quàm in castris rebellium, ubi ipsum esse illic, promereri est. Itaque alius hodie episcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie presbyter, qui cras laicus. Nam & laicis sacerdotalia officia iniungunt. Huc vsque Tertullianus, per pulchrè nobis depingens non suæ tantum, sed huius etiam ætatis præposterōs mores & prophanos in turbandis sacris ordinandisque ministris conatus Sectariorum ostendens. Canis. Catechif. Iesuuit. pag. 317.

Conclusionem Canisius omittit, & quod de Papauis aduersariis, quos vocat Sectarios, vult intelligi, id totum in Anarchiam Pontificiam retorqueo. Quod ut facilius intelligatur, partes huius Iesuiticæ assertionis sunt expendendæ: nam quæcunque dicit in genere, probamus: quum verò ad hypothesein deuenitur, dicimus Canisium incidere in Sophisma, quod petitionem principij vocant. Legitime ordinati & missi Sacerdotes sacram Ecclesiæ doctrinam profitentur. Pontificij Sacerdotes sunt legitime missi & ordinati, sanamque Ecclesiæ doctrinam profitentur. Sunt igitur audiendi. Minorem negamus, quam tota cohors Iesuitica nunquam probare poterit. Episcopos Papisticos supra ostensum est nomine tenus esse Episcopos. Sacerdotes papisticos non esse professores ut cœciconares alicuius doctrinæ, sed cantores, histriones, & missificos qui pretio se Filiū Dei pro viuus & mortuis Patri offerre, sepulta prorsus omni doctrina Euang. Iesuuitis

ipsis patrocinantibus gloriantur. Ad quæ verò gregē mit-
 tuntur? ad arā certè, vel potius ad harā vbi saginātur, dum
 securè & in sinu stultitiam vulgi derident, dum mortuos
 viuósque spoliāt & deglubunt. Irenei locus in testimo-
 nium illis est à Canisio adscriptus. Habent scilicet ab A-
 postolis successionem qui doctrinam & disciplinam apo-
 stolicam funditus evertunt. Prodeat in medium Sacri-
 ficulus papisticus, & quid sit veritatis charisma nos do-
 ceat: immo ipse Canisius catechisticus doct̃or respon-
 deat, an successio ep̃iscopatus à veritatis charismate di-
 uellenda sit. Quæ sit item illa principalis successio, cuius
 meminit Irenæus. Non satis autem mirari queo super-
 ciliosi istius magistri oscitantiam, qui causam sacrificu-
 lorum papisticorum agens, eam sua garrulitate pessun-
 dat. Nihil enim expressius dici potuit in totam istam col-
 luviam pontificiā quàm quæ ex Irenæo petra sunt. Ad
 apostolicam doctrinam, ad legitimam ordinationē, ad sa-
 num sermonem & conuersationem sine offensa, si quis
 Clerum pontificium reuocat, ne umbram quidem verè
 sacerdotis in noua Romana ecclesia reperiet. Ad legiti-
 mam Synodum orthodoxi Theologi Iesuuitæ & quor-
 cunque sedis Pontificiæ hodie viuunt patronos appellāt,
 vt de istis placidè, ex verbo Dei, & orthodoxo veræ Ca-
 tholicæ Ecclesiæ consensu, de vocatione videlicet & do-
 ctrina verorum & falsorum sacerdotum seu Pastorum
 Ecclesiæ agatur. De bonis autem & malis hæc distinctio
 vulgò proponitur. Quatuor sunt pastorum discrimina &
 genera. Vnum genus est eorum qui bene docent & bene
 viuunt, exemplum summi Pastoris imitantes: qui digni
 sunt duplici honore. Suos autem Sacerdotes Canisius in
 hac classe constituere non audet. Secundum genus eorum
 est qui malè docent & malè viuunt. Hi pessimi sunt, qui
 vtraque manu, quantum in ipsis est, templum Dei de-
 struunt, quales multos fore his postremis tēporibus præ-
 dixerunt Apostoli. Tertium genus eorum est, qui bene
 quidem docent, sed malè viuunt. In horum numero Pa-
 pisticos Sacerdotes tacitè collocat Iesuuita. Sed sacrificu-
 lorum istorum non modo mores, verum etiam ritus, quos
 sacros vocant, deprauatissimos esse, & normæ verbi diui-
 ni ex

hi ex diametro pugnare infinitis scriptis probatum est. Quartum genus est eorum qui malè docent & bene viuunt, vt fortè inter Iesuitas & alios monachos reperientur quidam publicis criminationibus minime obnoxij. Eiusmodi homines sunt vt plurimum tristes hypocritæ, & maximum damnum tum Ecclesiæ tū reliquæ hominum societati inferunt. Quintum genus addo, eorum qui muta sunt idola, religionis respectu, nec bene aut malè docent, sed ignorantia professorum merito sunt vocandi: ceterum impuro corporis animique tactu & afflatu munda omnia fœdant: quod Sacrificulus & monachis Papisticis imprimis cõuenit. horum enim præcipua cura est ventri seruire: cuius rei testes quotidianam experientiam, infinito: umque sub papatu degentium hominum conscientiam appellamus.

De Episcopatus successione, quam tantopere Pontificij venditant, iam dudum Iesuitis aliisque aduersarijs responsum & satisfactum est: præcipuè verò ab eruditiss. Theologo Antonio Sadeele, libris editis aduers. Turriani sophismata, speciali etiam tractatu de legitima vocatione pastorum Ecclesiæ reformatæ, & in refutatione assertionum Posnaniensium, pag. 109. 110. &c. quibus opposuit Turrianus quæ potuit, vt Papatum ruentem fulciret. Iudicium autem penes lectorem esto: nam ea nunc reperere non est animus: nec Canisium tam stupidum esse existimo, vt velit personalem successionem doctrinali antepone, aut hanc ab illa seiungere. Repugnant enim huic sententiæ Catechismi Iesuitici verba ex Ireneo desumpta, quæ charismã veritatis cum episcopatus successione coniungunt. Deinde tempora confundere non debuit Canisius, quod quum sit, infinita absurda inde consequi necesse est. Postremò, scopum Irenei expendere oportuit: agit enim adu. eos qui & si attingerent apostolorum seculum, noua tamè dogmata apostolicæ doctrinæ prorsus repugnantia, & apostolorum discipulis prorsus ignota spargebant. Illud autem de Theologis nostris nūquam probauerit Iesuitica sc̄cta. Ad doctrinæ examen igitur Pontificios reuocamus: deinde de personali successione agendum est. Ytrâque suos Sacrificulos habere Iesuitas

affirmant, nos negamus. Probandi munus illis incumbit
Sed primum Theologorum orthodoxorum aduersus
pseudepiscopatum Papisticum argumentis respondeant
necesse est.

Quod ad Tertulliani dictum, perpulehrè sane de-
pingit totam illam anarchiam Papisticam. Quid enim
istorum ordinationibus est leuius, inconstantius & teme-
rariū magis? Impuros, omniumque imperitissimos ne-
bulones, vna eadēque hebdomade Ostiarios, Lectores,
acolythos, exorcistas, Subdiaconos, Diaconos, presbyte-
ros, Episcopos, & Pontifices maximos constituunt, vt ex
eorum ritualibus & Pontificalibus libris apparet. Non
modo neophytos, sed sensu & etate infantes, aulicos, mi-
lites collocant: eorum Cardinales, Archiepiscopi, Abba-
tes, Primates, Episcopi, nullo modo sacris Scripturis, sed
rebus secularibus prorsus obstrictos, regum & principum
aulæ, summa cum totius orbis Christiani pernicie, satis
superque probant. Apostatas nostrarum Ecclesiarū quan-
tis cum plausibus excipiunt, vt eos beneficijs, quæ vo-
cant, stipendijs, & vana mūdi gloria obligēt, quia veritate
non possunt? De beneficiorum Papisticorum permuta-
tionibus, vēditionibus, de illorum Simonijs, & multiplica-
tione, quid aliud sequitur, quàm illud Tertullia-
ni, alius hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus, pres-
byter, Episcopus, qui crastina die Abbas aut nullus euadet:
hodie presbyter qui crās laicus: hodie aulicus qui cras
episcopus: hodie Canonista, caprarius, sartor, & aliquid
quod dicere nolim, qui cras Cardinalis & Pontifex? Hic,
amice Lector, vitas ipsorum Pontificum & Cardinalium
paulisper considera: deinde ad totam illam Pontificiæ ty-
rannidis colluuiem oculos conuerte. Nihil præterea ve-
lim. Laicis (addit Tertullianus) Sacerdotalia officia iniun-
gunt. Nihil magis commune in Papatu, quotidiana ex-
perientia teste: nam & si quidam episcopi & sacrificuli
in statione fixi hærent, illi quod dignitate quadam pro-
fana & pingui delectentur: isti quoniam aliter sibi prospice-
re nequeunt: at tamen nec veri Episcopi aut Sacerdotes
à nobis agnoscuntur, quum temerariè & leuiter statio-
nem sint ingressi, quam, vt caput Ecclesiæ iussit, minime
custo-

custodiunt. Nec enim est episcopus, quia aut non docet, aut male docet: immo temerarius admodum est qui inermis & imperitus rei bellicæ, exercitus Imperator cupit eligi, & tandem ab alijs rerum imperitis creatur.

De potestate Ecclesiastica, inquit Iesuitæ, controuersa est, penes quos ipsa constituta sit, Secularisne an ecclesiasticos viros. Potest quidem, quod res est, facile colligi: Omnia enim vt ecclesiasticam potestatem ciuili præferunt, ita eandem non profanis & priuatis, sed capitibus reipublicæ Christianarum, id est hominibus Ecclesiasticis deferunt. Institutio Christi id docet: idem ex personarum ciuilium & ecclesiasticarum cognitione ostenditur: tum ex officijs eiusdem potestatis ecclesiasticæ. & primò quidem ex Ministrorum ecclesiæ electione, 2. ex eorundem ordinatione. 3. ex iure missionis. 4. ex officio prædicandi euangelium. 5. ex eo quod Laici non possint pro sua autoritate doctrinam fidei tradere, aut de dogmate cõtrouerso iudicare & definire. 6. quòd ex priorum temporum historia, non penes laicos, sed Ecclesiasticum magistratum fuit omne ius formæ cultus diuini præscribendi. 7. Ex officio administrandi Sacramenta, quod Ecclesiasticorum hominum proprium est.

Trecentis thesibus Moguntinenses Iesuitæ in disputationibus de potestate Ecclesiastica nuper editis hoc argumentum, præside Petro Thyrao, exagitant. Odi profanum vulgus & arceo, vt inquit ille. Ita sæx Iesuitica non modò in populum seu laicos, verum etiam in Christianos magistratus infinitis dieterijs & conuicijs feruntur, vt ecclesiasticis principibus, vocationum, electionum & ordinationum potestatem tribuant. Theses autem illas retexere nec vacat nec libet. Summa harum thesæon est: Ex institutione Christi, personarum cõditione, & officiorum Ecclesiasticorum qualitate constat ius vocandi, eligendi, ordinandi & mittendi ministros Ecclesiæ, ad magistratum Ecclesiasticum pertinere. Nullo modo igitur ad Seculares viros, populù & magistratus politicos pertinet. Hic merus est andabatismus, fallacia diuisionis, & ignoratio elenchi. Nam multis verbis disputat Thyraus de iis quæ in controuersiam minimè cadunt, nec sa-

tis mirari possum istius confidentiam, qui de Ecclesiasticorum autoritate garrat, quos civiles magistratus gladium vsurpasse non ignorat. Et quamuis fere quingentas theses in hac potestate describenda finxerit, nullibi tamen horum Ecclesiasticorum nomina expressit, veritus ne si Pontificis Romani solius meminisset, causa caderet prorsus: aut si Episcopos nominaret, in finem occurrerent obiectiones, quæ totam hanc contentionem molem euerterent. Deinde, aërem verberat disputator, ac si quispiam repertus esset inter orthodoxos theologos, qui Papisticorum scriptorum more ius vtriusque gladii alicui concederet. Potestatis Ecclesiasticæ & civilis distinctio à nostris Theologis, Dei beneficio, tam perspicuè & eruditè tradita est, vt nihil in ea moderati & pii homines desiderare possint. Quod autem Laicos & magistratus ab electionibus Ecclesiasticis longe fugere iubet Thyreus, iniquum & contra Gratiani Canones aperte confictum esse videtur: nominationes autem, vocationes electiones & ordinationes Ecclesiasticas velim ab isto Iesuuita diligentius considerari. Postremò, statum quæstionis commutat, & quum de ordine in electionibus seruando agere debuisset, de suorum Ecclesiasticorum potestate importunè disputat. Et de his quidem hactenus. Nam quæ Turrianus prolixis scriptis, alii quæ Iesuuitæ tum de ordinationibus ministrorum Ecclesiæ, tum de potestate Ecclesiastica emisserunt in lucem, cum partim à Sadeele, partim ab aliis Theologis refutata sint, finem huic tractatui imponemus.

De disciplina ministrorum Ecclesiæ, de pœnitentiis & satisfactionibus hinc subiicienda essent capita ex Gratiani canonibus: sed quum libellus noster iam paulò prolixior factus sit, & illa capita canonum centurias aliquot contineant, in aliud tempus hanc disputationem reticere visum est, & de Cœna Domini Gratianum audire differentem.



CAPVT V.

DE SACROSANCTO COENÆ

*Dominica seu Eucharistia Sa-
cramento.*

Sectio I.

GRATIANS.

SACRAMEVTVM, est inuisibi- Definitio
nominis
& rei.
lis gratiæ visibilis forma. *De conse-
crat. distinct. 2. Can. 32. ex Augu-
stino*

Signum est res præter speciē quā
ingerit sensibus, aliud aliquid faciens ex se in co-
gnitionem venire. *Ibid. Can. 33. ex August. lib. 2. de
doct. Christ. cap. 1.*

Accedit verbum ad elementum, & fit Sacra-
mentum. *Caus. 1. quest. 1. Can. 14. ex August.*

Qui manducant & bibunt Christū, vitam man-
ducant & bibunt. Illum manducare, est refici, il-
lum bibere est viuere. Quod in sacramento visibi-
liter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter mandu-
catur & bibitur. Manducatur Christus, viuit man-
ducatus, quia resurrexit occisus. Nec quando man-
ducamus, partes de illo facimus. Et quidem in Sa-
cramento sic fit, & norunt fideles quomodo man-
ducent carnem Christi: vnusquisque accipit par-
tem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per
partes manducatur: & manet integer totus: per
partes manducatur in Sacramento, & manet in-

teger totus in coelo, manet integer totus in capite tuo. Totus erat apud Patrem quando venit in Virginem, impleuit illam, nec recessit ab illo. *Et infra.* Quod videtur, panis est & calix, quod etiam oculi renuntiant. Quod autem fides postulat instruendo, panis est corpus Christi, calix sanguis. *Et infra.* Ista ideo dicuntur Sacramenta: quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: quod intelligitur, fructum habet spirituale. *Et infra.* Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed testimonium contra se. *De Consecrat. distinct. 2. Can. 58. ex Augustino.*

Superiores Canones definitionem integram de Cœna Domini, ab orthodoxis Theologis, ex verbo Dei & D. Augustini scriptis collectam, confirmant. Ea autem est. Cœna Domini est actio sacra, adultis fidelibus omnibus in Ecclesia ad consummationem vsque seculi à Christo mandata, in qua elementorum & rituum convenientia analogia, tum mortis ipsius memoria nobis representatur, tum nostra in ipsum incorporatio spiritualiter per fidem ob signatur, tum nostra in ipso coniunctio sancitur, sollemnis denique gratiarum actio ipsi persolvitur. Ab hac definitione si quis existimat materiam seu rem Sacramenti. i. Christi corpus separari, longè fallitur. Nec enim Cœnam Domini sine ipso Domino consideramus. De his autè postea. Verbum, est tota Christi institutio ab Evangelistis & Paulo diligenter descripta: continens omnes ritus in hac actione observandos, videlicet benedicere, frangere, fundere, accipere, comedere, bibere. Elementa sunt panis ille & vinum illud distinctum à pane & vino communi: discrimen autem hoc situm est in qualitate & usu non in substantia, ut postea dicitur, & Augustinus supra testatus est. Quod videtur, (quod tangitur, quod sumitur, quod in ventrem descendit) est panis & vinum. Res significata seu inuisibilis gratia, est corpus &

pus & sanguis Christi traditi & effusi pro nobis. Cetera sunt perspicua.

IESVVITAE.

Tria continet Eucharistia: species visibiles, veritatem corporis & sanguinis dominici, & Spiritualis gratia virtutem. Quod enim oculis nostris apparet, species sunt visibiles, panis videlicet ac vini. Quod autem sub speciebus iisdem fides nostra, non sensus ac ratio comprehendit, id verum corpus est & sanguis est Christi. Ceterum quod participatione Sacramenti huius consequimur, eximia quedam est Spiritus sancti gratia, fructus nimirum & affectus sequentes. 1. Hoc est sacrum conuiuium in quo Christus sumitur, recolitur memoria passionis eius, mens impletur gratia, & futura gloria nobis pignus datur. 2. Hic panis qui de caelo descendit, & dat vitam mundo, nostros animos in vita spirituali sustentat atque confirmat.

3. Est sacra Synaxis seu communio, qua fideles tamquam eiusdem corporis membra inter se iungi, ac sanctorum priorumque omnium meritis associari significat atque prestat: tum, quod augustius est, eisdem capiti suo Christo arctissime vnit, ut in eo illi maneat, & ipse in illis, atque ita vitam eternam consequantur. 4. Est viaticum nostrae peregrinationis, quod in huius vitae deserto militi atque versantibus, & hinc ad caelestem Hierusalem contendentibus, veluti Manna Patribus datum, affert consolationem, delectationem, virtutem & gratiam longe efficacissimam. 5. Ac praecipue quidem duo

(ut egregiè docet Bernardus) in nobis operatur hoc sacramentum, ut & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis tollat omnino cõsensum. Canis. catechil. Iesuuit. pag. 202. 248.

In augustissimo Eucharistia Sacramento, & diuinitus traditis literis, & clarissimis Christiane Ecclesie patribus comprobantibus, tria maxime cõsiderantur. 1. Res quæ sub sensum cadit. 2. Christus Iesus Dei unigenitus eadem re sensibili reconditus. 3. Gratia quæ est Sacramenti effectus, quæ participantis animus illustratus, diuina natura cõsors efficitur. Assert. Posnaniens. Controu. 5. pa. 268.

Rem terrenam seu elementum Iesuuitæ speciem panis & vini constituunt, & accidens cū substantia confundentes, naturam Sacramentorum, & analogiam signorum & rerum tollunt. Deinde, dum transubstantiationem tueri conantur, in Synuistiarum errorem delabuntur. Terrib, qualis erit veritas corporis, si eius vera natura aboletur. Quod autem Spiritualis gratiæ virtutem ab ipso corpore Christi discernunt, Iesuuiticè fit, id est, vt Christum Spiritu suo spoliatum canibus & impiis, (species illas, id est aliquid & nihil edentibus) cõmunicent. Perimus autem ab istis diuinarum humanarumque peritissimis magistris integram & ad leges recte discernendi de Sacramento Eucharistiæ definitionem. De fructu autem quod addit Canisius, etiam prima fronte Christianè & orthodoxè dicta hæc appareant, tamen si quis ad vnionem nostram cum Christo refert, Iesuuitam in re sanctissima ludentem & Theologorum orthodoxorum nomine discipulis suis illudentem conspiciet. Sed de his postea, quum de transubstantiatione agemus.

Sectio II.

GRATIANS.

Nulli est aliquatenus ambigendum tunc vnum- Expositio
verborū
Christi,
Hoc est
corpus
meū, &c.
quēmq̄ue fidelium corporis & sanguinis Domini-
ci fieri participem, quando in baptisinate mem-
brum efficitur Christi, nec alienari ab illius panis
calicisq̄ue consortio, etiamsi antequam panem il-
lum comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in
vinitate corporis Christi constitutus abscedat. Sa-
cramenti quippe illius participatione ac benefi-
cio non priuatur, quando in se hoc, quod illud sa-
cramentum significat, inuenit. *De consecrat. dist. 2.
Can. 36. ex August.*

Ante benedictionem verborum coelestium alia
species nominatur, post benedictionem corpus
significatur. *Ibid. Can. 40. ex Ambrosio.*

Corpus Christi, quod sumitur de altari, figura
est, dum panis & vinum extra videtur: veritas au-
tem, dum corpus & sanguis Christi in veritate
interius creditur. *Ibid. Can. 79. ex Hilario.*

Verum corpus Christi nos recipere in S. Cœna credi-
mus & consistemus. cū igitur Canon 79. dicit corpus
Christi quod sumitur de altari, figuram esse, dum pa-
nis & vinum videtur: signa respicit quæ rem signatam
nobis representant & significant. Figurata autem lo-
quutio seu Sacramentalis, non in vocula Corpus, nec in
vocula Hoc, constituitur: sed in copula, Est. Panis e-
nim est verus panis: corpus verum corpus Christi. Pa-
nis igitur est corpus Christi, Sacramentaliter scilicet,
vt lotio seu baptismus est lauacrum regenerationis,
& Petra erat Christus, Circuncisio fœdus, Agnus
transitus, &c. Hos autem Canones protuli, vt clamo-
ribus Iesuuitarum occurrerem, qui figuratas istas locu-
tiones orthodoxæ antiquitati ignotas fuisse affirmant.

Veterum autem testimonia non profero: mihi nunc antistes iuuita Gratianus instar est multorum. Sed Antigratianos audire par est.

IESVVITA.

Quid de veritate Eucharistia sentiendum est? Id planè, ut cum tota Ecclesia contra omnes Catharnaitas cerio credamus, sub speciebus panis & vini veram Iesu Christi carnem ac verum eius sanguinè in Eucharistia exhiberi, ministerio quidem Sacerdotis, virtute autem ac potentia Domini nostri Iesu Christi, apud quem impossibile non est omne verbum. Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Dixit autem in coena illa, pridie quàm patereur, instructa, quum panem primum ac deinde calicem manibus suis apprehendisset, cùmque de huius sacramenti tum institutione tum veritate certos omnes reddere vellet, dixit, inquam, planissime: Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Dixit, hic est sanguis meus, qui pro multis effandetur, de qua institutione dixit & antea, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Dixit, Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum. Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Nec obscura sunt aliorum Euangelistarum, tum Apostoli Pauli testimonia, qua nobis hanc fidem euidenter adstruunt, ne quis dubitare possit Christum in eucharistia totum secundum diuinam humanamque naturam existere, & nobiscum manere usque ad seculi consummationem. Igitur eandem planè Christi carnem in templis habemus & sumimus, quae olim in Palestina coram cernebatur: sed ea nec

sensibus hęc patet, nec transmutationi & corruptioni est obnoxia: ut potè inuisibilis, impassibilis, immortalis, summa & diuina resplēdens gloria, quā solis fidei oculis licet hoc tempore intueri. Et sunt adhuc Sacramētarij qui adorandū hoc magis quā inuestigandum mysterium, dum sensu suo assequi non possunt, etiā negare audent, Euangely verba quamuis luculenta mirè deprauantes. Canis. catechism. Iesuuit. pag. 205.

Præsupponit, sed falsò, Canisius Christum dixisse, sub hoc pane qui non est panis, sed species panis & indiuiduum vagum, exhibetur vobis corpus meum & sanguis meus. Quis verò ferat impudentem istius rabulæ loquentiam? Secundò, quid respondet Christo distinctè de corpore, deinde de sanguine agenti? Tertid, si quis verba ab Euangelistis & Paulo descripta confect cū missæ Canone, manifestam comperiet antithesin. Christus prius accepit, fregit, distribuit discipulis suis panem quem manducarunt iussu suo, nec pronunciauerat illa verba, Hoc est corpus meum. At Sacrificuli ordinem istum actionis & sermonis inuertūt. Si de hac benedictione, iuxta scholasticorum paradoxa cum Iesuuitis cõtendere velim, in quas coniciētur angustias: Quicquid sit, quemadmodum Christus loquutus est, fecit, & iussit, ita loquendum & faciendum est in Ecclesia. Aliter Christus aliter sacrificuli papistici, tum in dictis, tum in illa sacra actione. De omnipotentia Dei quod addit, maximi esset ponderis, si ex scripturis ostenderet Christum voluisse conuertere panem in substantiā corporis sui. Ita vtrid istud crederemus vteunque modus conuersionis nos lateret. Et libenter huic Augustini sententiæ subscribimus, Quum Deus aliquid facit quod nos inuestigare nō possumus, ratio facti est potentia facientis. Quū dicimus duo esse disparata panem & corpus Domini, quæ proinde regulariter de se mutud prædicari non possunt, sed panem esse Sacramētale seu in mysterio corpus Christi, statim Iesuuitæ & alij clamant, Deum omnipotentē esse. Si dicamus

Christum ascendisse in caelos, caelo capi, nec iam hic esse corporali praesentia. Minimè, inquit, illud obstat omnipotentiae. Si dicamus naturam corporis Christi non fecisse ut simul in plura, nedum omnia loca extendatur, sacri-legium esse dicunt omnipotentiae divinae oppositum. Si affirmamus corpus Christi non suffecturum tot myriadibus vespentiū, si ore corporeo sumatur: mox ad eandem omnipotentiam confugiunt. Denique, ut de fanaticis suorum temporum Tertullianus, ita ego de Iesuicis: Confirmare (inquit) possunt haeretici Patrem posse esse Filium, Christi corpus esse immensum, quia Deo nihil factu impossibile est. Sed eodè Iesuicico argumento Gratiani confirmo sententiam. Quod enim panē Sacramentaliter esse corpus Christi dicimus, in caelis esse corpus Christi, & nihilominus communicari, aliāque eiusmodi hāc inquam, si vera esse asserimus, quia Deus omnipotēs est, quid agendum respondebunt? Quemadmodum autem manet Deus omnipotens, etiamsi mēiri, mori & seipsum negare non possit, dicimus etiam illum ita esse omnipotentem, ut quae in hoc argumento Iesuicāe probasse putant, minime possunt facere. Quaedam enim veritati eius repugnant, nempe quia voluit carnem Christi nostrae esse similem, excepto peccato. At si talem fecit quae vel ubique vel pluribus locis essentialiter sit, quod semel voluit, iam illud ne fuerit effecit. Plus est, quod expresso verbo repugnat: quia dicitur ascendisse ad caelos & venturus ad iudiciū. Iesuicæ verò clamant illud corpus semper adesse in mensa Dominica. Ita, est & non est: ascendit & non ascendit: est hic & non est hic: quae manifestā contradictionem implicant. Denique, ut nihil horum esset, quia tamen Scriptura nusquam docet Deum hāc voluisse, nullo fundamento nituntur. Concludamus, Tertulliani verbis adu. Praxeam. *Planè inquit, Deo nihil difficile: sed si tam abruptè in presumptionibus nostris hae sententia ut amur, quiduis de Deo consingere poterimus, quasi fecerit quia facere potuerit. Nō autem quia omni potest facere, ideo credendum est quoque illum fecisse, etiam quod non fecerit, sed an fecerit requirendum. Potuit, ita saluus sum, Deus peccatis hominem ad volandum instruxisse, quod & nullis prestiti: non tamen quia potuit, statim & fecit.* *Prax.*

*Præeam & omnes hereticos (& omnes Iesuuitas) statim extinxisse non tamen quia potuit extinguere: oportebat enim & mil-
nos esse & hereticos. (& Iesuuitas.) Hæc ratione aliquid &
difficile Deo, id scilicet quodcumque non fecerit, non quia non po-
tuit, sed quia noluerit. Dei enim posse velle est, & non posse
nolle.*

Planissimè loquutus est Christus, inquit Iesuuita, di-
cendo Hoc est corpus meum, &c. Sanè. Quid verò inde
elicis, Canis? sub speciebus panis & vini exhiberi carnem
& sanguinem Christi in Eucharistia. At verba Christi
tuam interpretationem falsissimam rejciūt. Panis inquit
Paulus, est cōmuniō corporis Christi. Panis & vini mul-
toties meminit etiam post cōsecrationem. Panis est com-
muniō corporis. Igitur sub panis albedine & rotundita-
te. Substantia abolita, latet & exhibetur Christi caro &
sanguis. Sed verba de poculo dicta quomodo interpreta-
beris. Hic calix seu hoc poculum est nouum testamen-
tum in sanguine meo, vt referunt Lucas & Paulus: vel te-
ste Matthæo, Hic calix (τὸ enim ad τὸ πῶλον necessariò
refertur) est sanguis meus noui Testamenti. Planissima
sunt ista, certè: sed quis, nisi Iesuuita, dicet poculum esse
re ipsa testamentum, aut sanguis Christi? Deinde cur ijs-
dem loquendi formulis non vtuntur Euangelistæ? Ad
mentem Christi animus est conuertendus. Sacramētum
instituens, locutiones Sacramentales vsurpanit, sicut ex
collatione locorum Scripturæ, vbi de Sacramētis agitur,
euentissimè apparet.

Quoad testimonia, ex sexto capite Ioannis allata,
equidem inter hunc tractatum Ioann. 6. & eucharistiæ
institutionem tantum istud interest, quod illic res ipsa seu
materia spiritualis (Christus videlicet cū suis fructibus)
simpliciter & absque externis symbolis: in institutione
autem res eadem, non simpliciter, sed symbolis externis
adhibitis veluti vestita vobis proponatur. Itaque materia,
virtus & efficacia, siue finis & fructus Eucharistiæ nobis
omnino illic declaratur, vt pote verbo simplici & verbo
Sacramēti vestito cōmunis, quū vnū & idē sit verbū vtro-
biq; vnus & idē Christus. Nihil autē ista iuuant Canisianā

interpretationem: manducandi enim rationem nullam
 Christus præscripsit, quum ad Capernaitas loqueretur,
 nisi spiritualem, & quæ sit credendo: quemadmodum
 eius verba, & veterum Patrum orthodoxus consensus te-
 stantur. Hinc colligo eandem semper illam manducandi
 rationem & solam quidem esse oportere, qua tum extra
 Sacramenta, tum in Sacramento corpus & Sanguis Chri-
 sti manducetur & bibatur. Perspicua sunt Euangelistarum
 & Pauli testimonia, ex quibus nunquam euincet Canis,
 corpus & sanguinem Christi sub speciebus panis & vini
 contineri & exhiberi. Hic .n. est status quæstionis, an illa
 verba, Hoc (i. hic panis) est corpus meum, & hic calix est
 Sanguis noui testamenti interpretatione Iesuuiticâ reci-
 piât, quod negamus, nec isti huc vsque firmis testimonijs
 cõfirmatûr. Quod enim addit Canilius, Christû in Eucha-
 ristia totum existere & nobiscum manere ad cõsumma-
 tionem vsque seculi, sophismata multa Iesuuitica concinet.
 Primû enim quæritur an nõ illa distinctio sit vera, Totus
 Christus est vbique, sed non totum Christi? Hanc Scho-
 lastici ipsi tradiderunt, quam vt Dei verbo consentaneam
 amplectimur. Eucharistiæ nomen tria complectitur, ele-
 menta seu signa sensibilia, & res significata, & totam il-
 lam à Christo institutam actionem. Esse in eucharistia &
 esse in pane non idem est. Totum Christum esse vbique,
 & carnem Christi esse simul & semel in omnibus locis,
 in cœlis, in terra, differunt ex diametro, & sunt omninõ
 opposita. De mansione Christi nobiscum vsque ad seculi
 cõsummationem, si Canisius Augustini scripta legit, de
 Christi natura diuina locum hunc intelligendum esse fa-
 tebitur: at agimus de carnis Christi præsentia, Fallacia est
 igitur diuisionis, ignorãtia elenchi, status quæstionis mu-
 tatio, & ad aliud genus disputationis diuerticulum, quæ
 omnia Sophistam non theologû decent. Idem ingenium
 Canisij apparet in conclusione, vbi ex Augustino, Prospe-
 ro & Chrysostomo ad marginem citatis, infert eandem
 plaue carnem Christi nos in templis habere & sumere,
 quæ olim in Palæstina coram cernebatur. Rursum à sco-
 po deflectit: nec enim quæritur an nos qui in terris sumus
 veram carnem Christi quæ in cœlis est, & olim in Palæ-
 stina

stina fuit, habeamus & sumamus. Hoc credimus & confi-
 temur, semper credidimus & credemus, Dei beneficio,
 antequam Canisius aut secta Iesuuitica lucē vidisset: sed
 quaeritur an, hoc est corpus meū, idem sit, ac sub hac spe-
 cie panis est corpus meum. Sed fidei Canisianae specimen
 lectori offeramus, vt videat quorsum Iesuuitae se homi-
 nes esse multiplicis lectionis aded superbe gloriētur. Au-
 gustini testimonium ex comment. in Psal. 88. profert. Ibi
 autem nullum verbum quod interpretationē papisticam
 iuuet: contra, expressis verbis carnalis & Capernaica
 seu Iesuuitica cogitatio damnatur. Addit alium locum ex
 eodem in Psal. 33. quem apposui. *Quis portatur* (inquit
 Augustinus) *in manibus suis: Manibus aliorū potest portari ha-*
mo: manibus suis nemo portatur. Quomodo intelligatur in ipso Da-
uid secundum literam, non inuenimus: in Christo autem inueni-
mus. Ferebatur enim Christus in manibus suis, quando commen-
dans ipsum corpus suum, ait, hoc est corpus meam. Ferebat-
enim illud corpus in manibus suis. Et concione secunda, Quomodo
ferebatur in manibus suis? quia cum commendaret ipsum corpus
suum & sanguinē suū, accepit in manus suas, quod norunt fideles,
& ipse se portabat quodāmodo, cum diceret. Hoc est corpus meū.
 Id nostram sententiam maximē cūfirmat, & Iesuuiticam
 euertit. Modus enim, quo se ipsum gestabat, explicandus
 est necessariō, nimirum per Sacramentum. Christus enim
 manibus suis gestauit non naturale ac proprium suum
 corpus, sed panem, id est Symbolū sui corporis: quod
 Symbolum suo modo, id est sacramentaliter, gerit no-
 men rei significatae, & de eo praedicatur quod sit Christi
 corpus. Ceterū latent in hac Canisij conclusione alia
 Sophismata, quae Christiano & docto lectori excutienda
 relinquimus. Sacramentarios autem quos vocat qui Eu-
 charistiae sacramentum negare audent, & Euāgelij verba
 luculenta mirē deprauant, si fortē non nouit Canisius,
 seipsum suōsque Scholasticos intueatur, & Sacramenta-
 riorum principes agnosceret. Plura autem de interpreta-
 tione verborum Christi inueniet lector in examine & se-
 ctionis aduersus Transsubstantiationem.

Sectio. III.

GRATIANVS.

Signū rei
signata
nomē ob-
tinet, ad
fidei con-
firmatio-
nē: Sacra-
menta e-
nim seu
signa sunt
visibilia
verba.

Si per negligentiam aliquid de Sanguine Do-
mini stillauerit in terram, lingua lambetur, & ta-
bula radetur. Si non fuerit tabula, vt non concul-
cetur, locus corradetur, & igne cōsumetur, & ci-
nis intra altare recondetur, & Sacerdos quadra-
ginta diebus pœniteat. Si super altare stillauerit
calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus
pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stil-
la peruenerit, quatuor diebus pœniteat. Si vsque
ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad
quartum, viginti diebus pœniteat; & linteamina,
quæ tetigerit stilla, tribus vicibus minister abluat,
calice supposito, & aqua ablutionis sumatur, &
iuxta altare recondatur. *De Consecrat. dist. 2. Can.*
27. Ex Pio.

Siquis per ebrietatem vel voracitatem Eucha-
ristiam euomuerit, quadraginta diebus pœniteat,
si laicus est. Clerici vel monachi, seu diaconi, &
presbyteri septuaginta diebus pœniteant. episco-
pi xc. Si pro infirmitatis causa euomuerint, sep-
tem diebus pœniteant. *Ibid. Can. 28. ex pœnitenti-*
tiali Bedæ.

Peruenit ad notitiam nostram quòd quidam
presbyteri intātum paruipendant diuina myste-
ria, vt laico, vel foeminae Sacrum corpus Domini
tradant ad deferendum infirmis: & quibus prohi-
betur ne Sacrarium ingrediantur, nec ad altare
appropinquent, illis Sancta Sanctorum commit-
tuntur. Quod quàm sit horribile, quàmque dete-
stabile, omnium religiosorum animaduertit pru-
den-

dentia. Igitur interdicat per omnia synodus, ne talis temeraria præsumptio vltius fiat: sed omnimodo presbyter per semetipsum infirmum communicet. Quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. *Ibid. Can. 29. ex Concil. Remensi.*

Sicut cœlestis panis, qui verè Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cùm reuera sit Sacramentum corporis Christi, illius videlicet, quod visibile, palpabile, mortale, in cruce est suspensum, vocaturque ipsa immolatio carnis quæ sacerdotis manibus fit, Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio: sic Sacramentum fidei, quod baptismus intelligitur, fides est. *Ibid. Can. 48. ex August.*

Qui bene non custodierit sacrificium, & mus vel aliud aliquod animal illud comederit, 40. diebus pœniteat. Qui autem perdidit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta dies pœniteat. *Ibid. Can. 94. ex Concil. Aurelianensi.*

Canones huius tertiæ Sectionis, præcedentibus adiungo, vt Lector videat veteres nomine corporis & Sanguinis Domini aliquoties signa, aliquoties res signatas intellexisse. Item nomen Eucharistia: ad signa etiam aliquando referri: nec nouas esse istas loquendi formulas, sed merè Sacramentales: alioquin multa absurda, impossibilia, & impia commenta consequentur. Quod etiam glossator Gratiani vidit & monuit. Nam in Can. 27. scribens de Sanguine, id est (inquit) de Sacramento Sanguinis: Sanguis enim Christi à corpore Christi separari non valet: ergo nec stillare nec fluere potest. Signo igitur, id est vino, rei signatæ, id est, sanguinis Domini nomen tribuitur: idem dicimus de pane Sacramentali, qui Can. 29. corpus sacrum Domini vocatur, & laicis aut forinsecis tradebatur quem ægrotis darent: quod fufius explicatur Can. 48. & Can. 94. Sacrificij nomen ad panem refertur,

Idcirco panis est corpus Christi Sacramentaliter, id est quatenus signum visibile rei signatae & inuisibilis seu caelestis nomen obtinet. Quia certe subest similitudo siue analogia in signo & signato, apta ad representationem eius rei quae alioqui inuisibilis est, ideo signum assumit signati nomen, sicut rectè inquit Augustinus, epist. 3. ad Bonifacium: *Quod si sacramenta aliquam similitudinem earum rerum, quarum sacramenta sunt non haberent, omnino sacramenta non essent: ex hac autem similitudine plerumque etiam ipsarum rerum nomina accipiunt.* Et quæst. super Levitic. 57. Solet res qua significat, eius rei quam significat nomine nominari. Hinc dictum Petra erat Christus. Non enim dixit, Petra significat Christum, sed tanquam hoc esset, quod utique per substantiam non erat, sed per significationem. Et contra Maximin. lib. 3. cap. 22. *Hæc enim sacramenta sunt, in quibus non quid sint, sed quid ostendant, semper attenditur: quoniam signa sunt rerum, aliud existentia, & aliud significantia.* At porcerat, inquit aduersarij, eadem facilitate sic Spiritus Sanctus de Sacramentis pronuntiare, ut significationem non taceret. Respondeo, sic quandoque locutum esse quoties libuit: ut, tamen Circumcisionem fœdus vocat, mox tamen signum fœderis appellat: & Paulus *ἡ βαπτισμα* appellat Baptismum, ut alibi regenerationis lacrum: ita aquam per se duntaxat, inutilem vocat, & disertè distinguit Ioannes à Baptismo Spiritus & ignis. Quominus autem propriè semper sit loquutus, præter iam indicatam rationem, in causa quoque est obsignatio, qua veluti sigillo authentico, gratia in verbo promissa, ad fidei *κατανοησέτε* munitur: nempe, ut quàm certi sumus nos signum sumere, ita credamus nos participes reddi gratiæ, & ipsius Christi, quum audimus nomina harum tribui signo. Hanc ipsi quoque Pontificij rationem in prosa ex antiquitate mutuata, decantillare soliti sunt, sed non attendentes quid dicant, *Sursum corda.* Et scitè Theodoretus in Eraniste, dial. 1. ubi hæreticus quærit causam permutationis nominum, seu cur signo rei significatae nomen tribuitur: nam orthodoxus respondet, *Manifestus est scopus eius qui divinis mysterijs initiati sunt. Voluit enim sacramentis utentes non inuentos esse in naturam rerum quæ cernuntur, sed per nominis per-*
muta-

mutationem credere ei mutationi quæ ex gratia facta est. Quis enim naturale corpus & panem appellauit, & rursus seipsum uirtem nominauit, is uisibilia symbola corporis & sanguinis appellatione honorauit, non naturam mutans, sed gratiam nature adiciens. Hæc enus ille. Ita quoque arham pro contractu, anulum desponsationis pro coniugio, dextram pro fide accipimus: quamuis hæc omnia sint duntaxat pignora contractus coniugij & fidei.

Sed ne hoc quidem satis est. Nam si familiariter sua uoce ubique signi nomen Dominus pronūciasset de hisce mysterijs, futurum erat pro ea leuitate qua turgent homines, ut uacua rebus signa, reique absentis commonefactiones duntaxat ymbratiles in Sacramentis proponi existimarent. Huic stultæ imaginationi ut occurreret Dominus, quandoque disertè rei ipsius nomē signo tribuit. Verè enim Electis præstat quod figurat. Sic quia in Baptismo ablutionem peccatorum Symbolo significat, verè quoque abluat fideles. In Cœna, corporis & sanguinis sui communicationem, verè ergo sic communicat corpus suum, ut per fidem habitet in cordibus nostris. Ephes. 2. Proinde Paulus panem quem frangimus, & poculum benedictionis, *ærioriar* corporis & Sanguinis Domini appellauit. I. Corinth. 10. Hinc dixit August. lib. 3. de doctrina Christiana, *literam sequi, & signa pro rebus quæ his significantur accipere seruilis est infirmitatis.* Hanc ob causam panem non dicit signum, sed corpus suum: ut sumpto signo uideamus nobis quoque præberi signatum. Perinde enim ut Paulus Euangelium dixit potentiam esse Dei ad salutem omni credenti, hoc est, uocicum illud instrumentum per quod potenter efficax est Deus ad salutem nobis conferendam: ita se habet quoque ratio Sacramentorū. Quin idem pronuntiare de Sacramentis nulla uetat religio: nepe esse Dei potentiam ad salutem omni credenti, hoc est, efficax instrumentum, promissioni additum, cuius interuentu dirigit Deus & perducit ad salutem credentes. Integram uerò de expositione uerborum Christi analytin & explicationem petat lector ex orthodoxorū Theologorum scriptis. Porro quid Antigratiani de ista nominū permutatione sentiant uidentum est.

I E S V V I T A.

Producis quatuor exempla ex scripturis, quibus probare conaris, usitatum esse in scriptura, quum de Sacramētis loquitur, nomina rerū ipsarum tribuere signis. Sed bene habet, quod prouidit Spiritus sanctus, ut quibus exemplis causam tuā adiuuari posse existimasti, eisdem maximè ledatur, immò vincatur.

I. Dicamus prius de agno vetere, de quo ait Scriptura Exodi, *victima transitus domini est, pro quo septuaginta dicunt, Pascha hoc domino.* Age nunc: credisne agnum illum, qui pascha typicum erat, fuisse figuram Sacramenti Eucharistiae, quod est pascha nostrum? quia per eum fiat à vita huius mundi ad caelestem transitus? puto non audebis negare, ne Paulo contradicas, qui ait, *umbram habebat Lex futurorum bonorum, & omnia in figura contigisse illis.* Si igitur ille agnus, siue illud pascha, figura erat nostri, ergo nostrum non est figura & signum tantum veri Paschae, quod est Christus, sed potius nostrum Sacramentum, cuius typus & figura siue umbra fuit ille agnus, est ipse Christus pascha nostrum, sicut Apostolus ait, *pascha nostrum immolatus est Christus. tu verò ex eo, quod agnus ille dicebatur transitus, cum non esset transitus, sed quod significaret transitum, putabas effici, ut similiter sacramentum Eucharistiae, etsi dicitur corpus Christi, non sit tamen, sed figura, siue signum corporis Christi.* Cum contra potius hoc efficiatur, ut sicut sacramentum illius veteris agni Pascha illorum vocabatur, & erat (Pascha enim transitum signi-

significat) sic sacramentum nomi agni immaculati Pascha nostrum dicatur, & sit, quod est Christus, Apostolo teste, qui ait, pascha nostrum immolatus est Christus. Nisi fortè putas, fuisse Christum pascha nostrum in cruce, & non esse in Cœna Dominica. efficitur etiam, & quia ille typicus & verus agnus, qui comedebatur, tantum erat figura nomi & mystici agni, qui à fidelib. comeditur, panis mysticus nostri altaris, qui comeditur, & est pascha nostrum, non sic signum agni, sed ipse agnus sub specie, siue signo panis: alioqui ille typus, siue figuratus, illa inquam typica & umbratilis manducatio agni caruisset in nouo Testamento vera & reali manducatione nostri agni: & quomodo verum esset illud Ioannis, veritas per Christum facta est? nõ enim veritas rei per fidem tantum, & spiritum suppletur: alioqui Iudei, quia lex, quam habebant, spiritalis erat, & ipsi eandem fidem, quam nos habebant, Christum in suis sacramentis habuissent.

2. Alterum exemplum tuum erat circumcisio, quæ, inquis, dicitur fœdus, cum esset saltem signum siue symbolum fœderis inter Deum & Abraham facti. hæc tu. nec hic intellexisti, quid dices. sic enim scriptum in Exodo, ponamque fœdus meum inter me & te. & paulò post, statuum pactum meum inter me & te: & paulò post, hoc est pactum meum, quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & quæ sequuntur. En pactum istud, siue fœdus, quod Græcè est *δὲν δόξον*, ad mādātū pertinet. quare circūcisionem fuisse fœdus, siue pactum, significat datum fuisse mandatum de circūcisio-

ne *Abrabæ*, quæ erat signaculum iustitiæ *Abrabæ* in præputio, ut *Paulus* interpretatur: res ergo quæ mandatur, sine ullo tropo dicitur, & est mandatum. & sicut circumcisio non erat signum mandati, sed ipsum mandatum, sic non erat signum fœderis, siue pacti, quod pertinebat ad mandatum, sed potius signum erat iustitiæ fidei secundum *Apostolum*, nisi tu fortè corrector quoque *Apostoli* vis esse. Sic quoque magister tuus, *P. M.* tropum esse dixit, cum ait *Euangelium*, hic calix nouum testamentum est in meo sanguine: ex quo effici volebat, ut similiter tropus esset in illis verbis, hoc est corpus meum. at non est tropus hic calix nouum Testamentum est, ut ille falso putauit: pro eo enim est, ac si diceretur, hic calix noui Testamenti est in meo sanguine, sicut est apud *Lucam*, hic est sanguis meus noui Testamenti. Testamentum enim est ut *Dionysius Alexand.* ait in illa ad *Paulum* *Samol.* admirabili epist. de qua superius memini, dare se ipsum, & dicere, hoc facite in meam commemorationem. Testamentum enim siue pactum, utrumque enim est Græcè apud 70. *diu. dicitur*, ad mandatum pertinet, sicut scriptum est de typo huius noui Testamenti, *Exod. 24.* hic sanguis Testamenti quod mandauit ad vos *Deus*. Quare ut hic non est tropus, ita nec in eo est, quod de archetypo dixit *Dominus*, hic calix nouum Testamentum est.

3. Tertium exemplum tuum est: dicitur, inquis, & baptismus in nouo Testamento lauacrum regenerationis, quam solus *Spiritus sancto* suo, fordes omnes abluens peccati, efficit *Dominus*. Nec hic est tropus metonymiæ: baptismus enim ablu-
tionem

tionem significat: quod autem ablutio corporis ad animam pertingat, & per eam fiat regeneratio noua creaturae, ad Sacramentum à Christo institutum, qui talem virtutem ei tanquam instrumento dedit, pertinet.

4 Quartum exemplum, de quo scribis: hoc siquidem sensu (ais) & veterum sacrificia dicebantur peccata: non quod reipsa peccata essent: sed quia in eis, teste Apostolo, commemoratio fieret peccatorum. Hac tu, sed falleris, ut in superioribus. Non enim scriptura sacrificia vocat peccata, quia essent signa peccatorum, ut ad rem tuam accommodare hoc contra veritatem corporis Christi in sancta Eucharistia possis. Sed sic dixit Osas Prophetas, cap. 4. peccata populi mei comedent, de Sacerdotibus qui hostias pro peccatis comedebant, ut perspicui potest ex Num. cap. 10 vers. Sic quoque interpretatur Cyril. in comment. huius prophete, dictum esse comedere sacerdotes peccata populi, id est hostias pro peccatis. Quid ergo hic sensus ad id quod vis & sentis, ut sacrificia dicantur peccata pro eo, quod est, signa peccatorum? Turrian. l. lib. de Euch. adu. Andream Volanum, cap. 15.

Multiplici sophismate ludit Turrianus, sicut & in toto opere, cui Volanus docto libro respondit. Ego verò, quantum fert instituta collationis huius finis, Gratiani Canones à Iesuuiticis strophis vindicabo. Transubstantiationis dogma Sacramentorum naturam & significationem funditus euerit, ideo non mirum est Turrianum & alios Iesuuitas permutationem cuius veteres, præcipue verò Augustinus & Theodoretus, meminerunt, tam pertinaciter impugnavit, scilicet ut ne tantillum quidem veritati cedant. Sed ad Turriani phrasin: & primùm de agno vetere. Agnus vocatur à

Mose, Exod. 12. Pascha. 1. transitus Iehouæ. Septuaginta verterunt Pascha hoc Domino, id est agnus seu pecus adhibita ad representandum transitum siue præclaram illam populi ex Ægypto migrationem. Agnus autem ille non fuit transitus aut liberatio populi, sed illius certissimum signum. Deus enim propter nomen suum sanctum Israelitas eduxit ex Ægypto. Quod autem ait Turrianus agnum illum fuisse pascha typicum & figuram Sacramenti Eucharistiæ, explicatione indiget. Agnus certe fuit semper signum Sacramentale Israeliticæ Ecclesiæ respectus: sed non signum vacuum, nam si veros Israelitas consideres rei signatæ fuerunt participes, teste Paulo. 1. Corinth. 10. Video autem quid velit Turrianus: Patres nostros videlicet eandem escam spiritualem non edisse, ut præsentiam illam carnis Christi sub specie panis stabiliat. Hoc si verum est, Patres illos nulla fide fuisse præditos, nullum caput viuificum habuisse, nec in Deum sperasse dicendum est. Quæ enim fides, si Christi membra non sumus? & quomodo eius membra, si eius non reddamur participes, ita ut ille in nobis, nos in eo simus? Illa non capiunt Iesuuitæ, quippe qui de vnione electorum cum Christo portenta antiquitati orthodoxæ incognita fabricent. Porro agnum illum legalem fuisse etiam typum veri illius agni qui tollit peccatum mundi, agnoscimus & profiteamur. Quod inde colligit Iesuuita est *à neq̄s vtor.* Non enim distinguit inter typos & signa Sacramentalia. Deinde priorem agni considerationem cum posteriori confundit: non solum enim typus, sed etiam signum Sacramentale fuit: quapropter transitus Iehouæ vocatur. Tertio, mutat & inuertit statum quæstionis, peccat homonymia, ignorance elenchi, & multiplicatione terminorum. Non enim dicimus Eucharistiam seu nostrum pascha esse figuram & signum tantum veri paschæ. quod est Christus. Sed dicimus panem illum, vinum illud esse Symbola corporis & Sanguinis Christi. Petit item principium: vult enim agnum veterem fuisse solummodo figuram, quod Paulus negat: nec Turriano fauet dictum Apostoli, omnia in typo contigisse illis. Nam conclusio quam inde elicere præsumit, si Sophistam audire par est, histo-

historias Sacras in allegoricum sensum ita mutabit, vt omnia illa in Ægypto & deserto Dei miracula in figura euenisse tandem somniabit. At inquiet, de caremonijs sacris agitur. Sane quidem. Num verò Israelitæ caruerūt veris Sacramentis? Quod si habuerunt, signo & re signata veri Israelitæ, hypocrita autem solo, signo donati sunt. Si re signata fideles priuati sunt, nullum igitur Dei verbum, nulla in deserto & Iudæa ante Christum incarnatū vixit Ecclesia. At vide huius disputatoris astutiam. quantū potest veritatem à veterum Sacramentis remonet, vt figuras constituat quæ Euangelicorum Sacramentorum naturam & partes aboleant. Rem verò Sacramentorū nostrorum ita distinguimus à signis, vt illud etiam addatur, tam certo nos fieri rei signatæ participes quàm ipse signi, sed diuerso modo, quemadmodum alibi fufius dicitur. Agnus quidem noster immolatus in cruce seipsum dedit discipulis in Coena, sed non sequitur nulla esse signa in Sacramento, aut eorum substantiam euanescente, aut Capernaïtico more nos fieri participes carnis ipsius agni, aut illud corpus pro nobis crucifixum in fauces & ventres impiorum descendere, aut à nobis non percipi nisi in os quantus quantus est ingeratur. veritas per Christum facta cuius mentio apud Ioannem, cap. 1. 17. signa Sacramentalia & nomenclaturam mutationem non tollit: nec inde euincunt Iesuuta agnum sub lege credentibus ita fuisse figuram, vt rei significatæ, id est Christi non fierent participes. Apud Ioannem verò, lex primū gratiæ opponitur, & significat rigorem legis seu maledictionem. Deinde opponitur veritati, & significat legis umbras, quas euanescere oportuit adueniente luce, hoc est ipso Christo. Veritas certe est Christus, nobis in cibum vitæ æternæ datus: non sequitur tamen regulam Theodoretici de nominū permutatione in Sacramentis esse falsam. Vnde patet totum illum Turriani consuetum mentem esse *ouipaxius*. Nam quid ex eius dictis consequitur? Agnus fuit typos agni Christi: ergo in Eucharistia nullum est signum quod rei signatæ nomen accipiat. Vides, lector, acumen Turrianicum, multiplici sophistica refertum.

2. Alterū sophisma excutiamus. Circumcisio non erat signū fœderis, sed ipsum mādatum & signum iustitiæ fidei, secundum Apostolum. Ergo locus de circumcisione apud Mosē non potest applicari ad regulam de permutatione nominum, quando signo rei signatæ nota tribuitur. Hic Turrianus falsitatis reus tenetur, cuius tamen ausus est Volanum insimulare, quem Apostoli correctorem nominat. Expressis etenim verbis Circumcisio Gene. 17. II. vocatur à Mosē signum fœderis inter Deum & Abrahamum. Præterea mandatū & actio ipsa Circumcisionis temerè confunduntur à Turriano. Item, fœdus seu pactū in Circumcisionis ceremoniam non consistit, sed in hac promissione, Ero Deus tuus & seminis tui post te. Manet igitur illud, circumcisionem esse signum fœderis, & nihilominus tamen fœdus à Mosē vocatur, iuxta regulam de nominum permutatione in Sacramētis. Quod autem Turrianus negat tropum vllum inesse in illis verbis, hic est calix noui Testamenti in meo sanguine, vel, hic calix est sanguis meus noui Testamenti, eò tendit vt tropum in verbis de pane etiā reperiri debeat. Respondeo, materiam vel formam calicis non esse nouum Testamentum, aut Christi sanguinem: oblatione calicis, seu materiam seu formam illius spectes, nouum fœdus non fuisse sancitum. Tropum atamen nullum hinc videri oculatus Turrianus, quia videre recusat.

3. Ablutionem corporis ad animam pertinere, in baptismo asserit Turrianus, vt regulam nostram ex loco epistolæ ad Titum, cap. 3. vers. 5. conuellat. addit Christum baptismo, tanquam instrumento, talem virtutem tribuisse. Multiplici autem paralogismo fallit & fallitur Iesuista. 1. Homonymia: quid enim nomine baptisimi intelligat non aperit. Aqua lauat, sanguis Christi, item, sed vario modo. 2. Signum, rem signatam, & actionem ipsam seu applicationem signi & significati confundit. 3. Instrumento datam fuisse virtutem animas ablucendi à peccatis, quomodo probabit, si regulam nostram non amplectitur? Aqua est lauacrum regenerationis, vt panis est corpus Christi. Vnde, inquit, Augustinus, tanta virtus aquæ, vt corpus tingat, cor abluat, nisi faciente verbo, non quia dicitur: sed quia creditur? Voca-

tur igitur Baptismus lauacrum regenerationis à Paulo, sed addendum fuit virtuti Spiritus sancti opus istud tribui, vt pote qui nos regeneret & renouet. Dicit Paulus, Ephel. 5. Lauacro aquæ mundari Ecclesiam, sed addit Christum esse qui mundat, & quidem interuentu verbi. Instrumentum autem illud virtutem aliquã sibi insitam habere Turrianus nõ probat, nec probare potest: nã tota illa lotio interna opus est Sp. sancti, qui fidem nostram iuuat visibili gratiæ & virtutis suæ instrumento, quod tantum corpus attingit: alioqui & signum nõ modo in rem signatam transmutabitur, verum etiam tum signum tum res signata confundentur & abolebuntur.

4. Hostias pro peccato peccata dicta fuisse, nõ quod peccata essent, sed quod peccata representarent, rectè asserit Volanus: quod quã leuuita impugnare conatur, seipsum imprudens cõficit. Faretur enim Sacerdotes peccata populi manducare, id est hostias pro peccato. Hostiæ igitur non propriè sed figurate peccata vocatur, & signum pro signato sumitur. At (inquit) non sunt signa peccatorum. Quid igitur representabant? Sed ludit Sophista in nomine signi: & errores crassissimos in Theologia profert, quos quum Volanus & alij solidè refutauerint, ad Gratianum reuertor, cuiusque Canones hac Sectione tertia à nobis descriptos dico nõ posse sine manifesta repugnantia horrendaque blasphemia in Ecclesiis Christianis probari, nisi Axioma illud amplectamur, videlicet Signo rei signatæ nomen tribui à Christo, apostolis & apostolicis viris, propter analogiam rerum visibilium, terrenarum, inuisibilium & celestium. Analogia autem ea est. 1. Inter panem & vinum, corpus & sanguinem Christi. Panis est aptissimum & præcipuum nutritionis carnalis instrumentum. Ita corpus Christi vnicum & solum est animarum eferentium ferculum. Vinum sitim sedat, naturam fatigatam refocillat, tristes exhilarat. Hos verò eisdem fructus animis nostris præstat vnicus ille sanguis Christi, sicut prolixè demonstratur, Ioann. 6. 2. Quod ad sacrificium attinet, fractio panis nõ obscure illud adumbrat. Vt enim integra panis massa scinditur, frangitur, & diuiditur: sic horribilibus doloribus, & mortis angustis attritus, corporisque & neruorum lacerationibus

contritus, contusus & concisus fuit Saluator noster pro nobis. Nec proprie loquendo panis vel fractus, vel datus est pro nobis, etiam si nobis & in nostrum vsum iam frangatur & porrigatur, vt corpus pro nobis datum & fractum efficaciter representet. 3. Præbitio & sumptio, hoc est comestio & haustus panis & poculi, commodè nobis representant arctissimam Christi vnionem nobiscum. Quàm verè enim panem illum fractum comedimus, & poculum benedictum bibimus, tam verè per fidem & spiritali modo Iesum Christum totum, cum omnibus suis opibus, nobis applicamus. Et vt nihil nobis firmiter adhæret quàm quod per os ingressimus, adeò quidem vt illud in vnâ nobiscum substantiam coalescat, ita per fidem & spiritali modo corpus & sanguinè Domini nostri, miro scedere ita nobis vnimus, vt vnum cum ipso corpus mysticum conficiamus: nec efficacius membra corporis physici cum capite cohæreant, & inde sensum ac motum percipiant, quàm nos si mus vnum cū Christo, vt optimo iure nos in ipso, ipse in nobis esse ac viuere affirmari possit. Et vt nos doceret in ipso vno habere quicquid ad hanc saluificam coniunctionem requiritur, non vt cibum duntaxat, sed etiam vt potum se ipsum proponit, vt quemadmodum vita hæc cibi & potus vicibus sustentatur, ita nihil sit quod in ipso animæ nostræ non reperiant. Ioann. 6. 4. Quod ad quartum attinet: tametsi non est ex præcipuis significatis, pulchra tamen analogia hoc quoque ipsum, nempe mutua membrorum omnium sub vno capite coniunctio, consensus & concordia depingitur, quod apparet primùm ex toto huius actionis ritu. Omnes enim ad eandem mensam accedimus, eundem cibum & potum sumimus, vt eiusdem familiæ membra. Deinde magis etiam expressè, ex pane & vino quæ sumimus, charitatis emergit significatio: si quidem omnes ex eodem pane & poculo participamus. At verò vnus ille panis ex multis confectus granis est: poculum illud ex multorum acinorum succo confectum est, quæ tamen omnia tam multa sic in vnum planè corpus coaluerunt, vt diuidi vel seorsim nequeant. Ita fideles, tametsi ordinibus, gradibus, conditionibus & vitæ genere

genere multū inter se discrepēt, mutuo tamen amore ita in vnum corpus coalescāt oportet, vt nulla diuulsio, nulla distractio, nulla controuersia istam diuinam vnitatē conurbet. Hinc Augustinus subinde hoc Sacramentum appellat charitatis vinculum. Paulus autem 1. Corinth. 10. totum hoc mysterium his verbis explicat, Quoniā vnus panis, vnum corpus multi sumus. Nam omnes vnus panis simus participes. Et hæc quidem de analogia signorum & rerum signatarum, quæ à Transubstantiatione Pontificia tollitur. Accidentia enim, sine subiecto & substantia sua propria, cum alia substantia veram analogiam nec habent nec habere possunt. Ad quartam Sectionem accedamus.

Sectio. III.

GRATIANVS.

Vtrum sub figura, an in veritate hoc mysticū Signorum & rei signata distinctio & cōiunctio calicis Sacramētum fiat, Veritas ait, caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Alioqui quomodo magnum erit, panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorari dentibus fas non est, voluit Dominus huic panem & vinum in mysterio verè carnem suam & sanguinem suum, consecratione Spiritus Sancti potentialiter creari, & quotidie pro mundi vita mysticè immolari: & sicut de virgine per Spiritum sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex substantia panis, & vini, mysticè idem corpus Christi consecratur. Corpus Christi, & veritas, & figura est: veritas, dū corpus Christi, & sanguis virtute Spiritus Sancti in virtute ipsius ex panis & vini substantia efficitur: figura verò est id quod

exteriorius sentitur. *De Consecrat. Distinct. 2. Can. 72. ex Augustino.*

Quid sit sanguis agni, non iam audiendo, sed bibendo didicistis. Qui sanguis super utrumque postem ponitur, quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. *Item.* Hæc salutaris victima illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat: qui licet resurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur: tamen in semetipso immortaliter & incorruptibiliter viuens, pro nobis iterum in hoc mysterio moritur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur: eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. *Ibid. Can. 73. ex Gregorio.* -

Panis & vini substantiæ, id est signa, à corpore & sanguine Christi distinguuntur expressis verbis. Hauritur sanguis Sacramentalis. i. vinum quod sanguinem Christi significat ore corporis: ore cordis autem realis Christi sanguis: id est, Christianus ad percipiendum & hauriendum istum sanguinem non fauces, non ventrem parat: sed credit & bibit. Veritas à mysterio discernitur, ut Sacramentum i. Signum à re sacramenti, panis Domini & panis Domini duo sunt. Verum ita distinguuntur, ut tamen non separentur. Quæ sit autem ista signorum & rerum signatarum coniunctio, Gratiani canones apeririunt, tam arcta videlicet, ut fiat nominum signi & signati permutatio ad fidem nostram certius confirmandam. Hanc verò coniunctionem Theologi considerant tripliciter, videlicet in significatione, ob signatione, & præbitione rei significatæ. i. Prima igitur coniunctio spectatur in significatione. Deus res ipsas & arcanas non contentus verborum similitudinibus & parabolis illustrare, ipsarum quoque rerum imagines, velut pictas tabellas oculis nostris obicit, mira quadam conuenientissimæque similitudine & analogia, ve-

lut

In *χρησθησάντων* quadam mysteria spiritualia patefacientes
 & familiaria constituentes. Exempli gratia, Audimus nos
 carne Christi ali ad vitam eternam. Res hæc id est Chri-
 sti caro est inuisibilis, quippe supra cælos euecta. Acce-
 dit ergo verbum visibile, panis Eucharisticus. Analogia
 est conuenientissima à pane ad carnem, à corporis nu-
 trimento ad animæ pabulum, ab externa manducatione
 ad spiritualementum esum. Proinde ut panis nutrit corpus, ita
 ut solùm vel aptissimum sit instrumentum nutritionis.
 ita caro Christi est solus ille animæ nostræ cibus, susten-
 tans illam in spem & gustum futuræ vitæ. Ideo dixit Au-
 gustinus, Si Sacramenta aliquam similitudinem earum
 rerum quarum sunt Sacramenta non haberent, ne Sacra-
 menta quidem essent, 2. Altera signorum cum rebus
 signatis coniunctio spectatur in obignatione. Nec enim
 nudum est Sacramentale signum, sicut videmus pictam
 tabellam Cæsaris, quæ nihil aliud est quàm *τυμπάκιον*
 personæ, vel nunc vel olim viuentis. At signa Sacramen-
 talia hanc vim habent ut Deus illorum interuentu fide
 excitata, gratiam, corpus Christi, & bona ex illo fluentia
 in nobis plenius obignet, & illa quasi palpabilia efficiat,
 applicetque singulariter. Huc referendæ sunt similitu-
 dines ex principum diplomatibus, ex instrumentis & cõ-
 tractibus publicis, docendi gratia petita. 3. Tertius con-
 iunctionis modus præbitionis est, qua reuera præbetur
 id quod signis figuratur. Nec enim ludit Deus signa in-
 situendo, quorum nulla sit veritas. Immo sicut non fal-
 lit in verbo vocali, sed quod promittit re vera præstat:
 ita quod in signo, hoc est verbo visibili monstrat, reue-
 ra quoque præbet. In promissione vocali dicitur Ioann.
 6. Qui manducat Christi carnem, & bibit eius sanguinem,
 habet vitam eternam. In promissione visibili, pane & vino
 Eucharistico, idem monstratur. Dominus autem re vera
 præstat quod promissit & monstrauit, nempe nos pasci
 esu & potu carnis & sanguinis eius ad vitam eternam.
 Itaque minimè ponimus signa vacua, quemadmodum le-
 suitæ & alij aduersarij calumniantur. De modo autem
 istius perceptionis, quem spiritualementum esse dicimus, id est

cuius obiectum est non corpus sed animus credentis, potest ea commodius differemus.

IESUVITAE.

Legatur Augustinus inter alios Patres, in multis in locis, sed in libro praesertim qui sententiarum Prosperi inscribitur, ubi inter cetera nominis Eucharistiam nostram inuisibili Christi carne consistere, & visibili panis specie asserit, quam ipsum Christum Dominum inuisibili diuinitate & humanitate visibili. Hoc est quod dicimus (ait, Can. 48. de Consecrat. dist. 2.) quod modis omnibus probare contendimus, Sacrificium Ecclesiae duobus modis confici, duobus constare: visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne & sanguine: & Sacramento & re Sacramenti, id est corpore Christi, sicut Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine, cum ipse Christus verus sit Deus & verus homo. Neque illud tamen negamus, sacrosanctam Eucharistiam corporis Christi figuram quondam vel appellatam esse à Patribus, nonnunquam vel optimo iure appellari posse. Scimus Patribus non esse inusitatum illud, quamvis & ipsura non sit frequentissimum. Nam ut ex ultimo hoc D. Augustini loco manifeste constat, duo sunt quae in Eucharistia attendi possunt. Est exterior corporalis nutrimenti species, & est spiritualis animae cibus inuisibilis, per eandem illam speciem significatus atque exhibitus. Illud signum est, & quidem signum corporis Christi: verum non absentis sed praesentis vitae spiritualis nutrimenti. Nam

& men-

Et mendax alioqui refectionis signū esset: Et signum aliquod esse rei etiam presentis nihil etiam prohibet, id quod in fumo & igne est clarissimum. Iesuuitæ Poshnaniens. controuerf. 4. pag. 266. 267.

Signum in eucharistia est species panis & vini, & signum rei presentis in terra, ut fumus est ignis proximi signum. Confirmant suam sententiam Poshnanienses, Augustini dicto, qui Sacrificium Ecclesiæ. i. Sacramentum S. Cœnæ visibili elementorum specie & inuisibili carne & sanguine Christi, Sacramento videlicet & re Sacramenti, constare testatur.

1. Ludūt in voce speciei quæ illis nihil est aliud præterquam accidens sine substantia, & indiuiduum vagum. Augustinus autem & alij orthodoxi patres speciei nomine Sacramentum, id est verum panem & verum vinum intellexerunt, & veram panis viniq; substantiam. Sermo Dei (inquit Ambrosius, de ijs qui iniuriuntur, cap. 9.) species mutat elementorum. Item. Ante benedictionem alia species nominatur. Et August. ipse, Can. Hoc est, de consecrat. dist. 2. Panis qui corpus Christi est, suo modo vocatur corpus Christi, cum reuera sit Sacramentum corporis Christi, &c. Panis igitur, species, Sacramentum, rei Sacramentali oppositum, idem sunt Augustino.

2. Fallunt & falluntur in voce visibilis. Si enim accidentia volunt esse visibilia, & palpabilia etiam: tum dicat necesse est nos & accidentibus vesci, quemadmodum noster internus homo Christo vescitur. Tandem accidentalis erit Christi communicatio, aut accidentia sua hæc quidem in parte nihil habere cum vero & substantiali Christi corpore commune, ac proinde Sacramenta dici nullo modo posse fateantur oportet. Illud igitur vocabulum nullam huiusmodi externam speciem euincit qualem fingunt Poshnanienses: sed Christi corpus quod est in cœlis, quodque non corporis nostri, sed fidei tantum oculi aspiciunt, duntaxat remouet. Sic aqua in baptismo ap-

pellatur forma visibilis, iuxta vniuersalem Sacramento-
rum definitionem. Sic Augustinus, *Aliud Iudei habebant,
aliud nos: sed specie visibili, quod tamen idem significaret. Item,
Quod videtur specie habet corporalem: quod intelligitur, fructum
habet spirituales.* Et Chryostomus in Mathæum, ho-
mil. 83. *Christus in sensibilibus intelligibilia nobis tradidit.* Ie-
rum August. de consecrat. dist. 2. Can. vt quid: *Quod per-
tinet ad virtutem Sacramenti distinguit ab eo quod per-
tinet ad visibile Sacramentum & addit, Qui manducat in-
tus: non foris: qui manducat in corde, non qui premit dente.* Simi-
liter de pijs & verè credentibus ante Christi aduentum,
tract. 26. in Ioann. *Visibilem cibum (Manna) Spiritualmente in-
tellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustauerunt.*

3. Ex his cum inuisibilem Posnaniensium errorem per-
spicimus, tum quid sit corpus inuisibile Christi intelli-
gimus: nempe quod illud in cælo constitutum nos fidei,
mentis, intelligentiæque nostræ oculis videamus. Neque
possunt ex illa vocula concludere, Christi corpus est in-
uisibile: ergo accidentibus includitur & tegitur. Ambro-
sius enim, lib. 3. de Spiritu S. simili dicendi genere de ba-
ptismo dixit, *Sacri fontis vnda nos abluat. Sanguis Domini nos
redemit. Alterum igitur inuisibile, alterum visibile testimonium
sacramento consequimur spiritali.* Et Origenes in Luc. hom-
24. *Ioannis baptisma visibile fuit, Christi verò inuisibile.* Quis
inde Christi sanguinem aquæ accidentibus & formis oc-
cultari atque obduci concludat? Quemadmodum autem
se res in baptismi Sacramento habet, sic etiam in corpo-
ris Christi mysterio. Sicut sanguis Christi quo lauamur,
inuisibilis est, ita corpus eius, quo pascimur, inuisibile est.
Et sicut inuisibilis hæc in Christi sanguine ablutio san-
guinem Christi visibiliter pro nobis effusum mentibus
nostris proponit, eodem modo caro Christi inuisibiliter
percepta, illam ipsam Christi carnem nobis demonstrat,
quæ olim aspectabiliter & palam cruci suffixa & vulne-
rata fuit. Integra igitur constat Augustini sententia, nec
latentem aliquam sub accidentibus, seu realem, seu car-
nalem præsentiam desiderat.

4. Idem

4. Idem Sophisma latet in illis verbis, *Est exterior corporalis nutrimenti species: ex quo sic argumentari licet adu. Iesuuitas.* Accidentia seu exterior species panis & vini non alunt corpora nostra, quemadmodum animas nostras corpus Christi nutrit. Ergo accidentia speciesque panis & vini non sunt Sacramenta corporis Christi. Contra, Irenæus, Cyprianus & alij veteres panis substantiam nutrice corpora nostra affirmant. Ergo panis substantia est sacramentum corporis Christi. Cyprianus enim, *ferm. de Cœna Domini, signum seu significationem huius sacramenti, in reficiendo & alendo consistere ait.* Et Rabanus ipse, *lib. I. cap. 31. Quia panis corporis cor confirmat, ideo ille congruenter corpus Christi nuncupatur: & quia vinum sanguinem operatur in carne, ideo illud ad sanguinem Christi referunt.* Et Irenæus *Eucharistiam ex re terrena & caelesti constare dicit.*

5. Quod autem species volunt esse signa præsentis id est occultatæ carnis Christi sub illis speciebus, & fingunt nos vacua signa habere. puridum est cauillū, quemadmodum jam ante ostensum est, & in sequentium sectionum explicatione iterum ostendemus. Cæterum, quod ex fumi & ignis similitudine inferunt signum aliquod esse posse rei præsentis, non conuenit: signa enim data & naturalia confundunt. Deinde, ubicunque est species illa panis, sequeretur necessario semper ibi esse corpus Christi: at si mus aut canis illas species rodit, tunc Christum confugisse isti asserunt. Sic igitur ex fumo in ignem seiplos conijciunt, & fumum superstitionum suarum venditant. Tandem verò eueniet, vt qui fumos adeo impudenter vendunt, fumo etiam extinguantur.

Rr. ij.

Sectio V.

GRATIANS.

Aduersus
Transub-
stantiatio-
nem papi-
sticam.

Timorem docet nos Apostolus dicens, Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: fidem verò edocet nos sermo Domini, dicens, hoc est corpus meum, quod pro vobis dabitur. Hoc facite in meam commemorationem. *Item.* Talem ergo affectum & fidem preparare debet in animo suo is, qui panem & calicem Domini percipit. *De conse. Distinct. 2. Canon. 25. ex Basilio.*

Si per negligentiam aliquid de sanguine Domini stillauerit in terram, lingua lambetur, & tabula raderetur. Si non fuerit tabula, vt non conculetur, locus corradetur, & igne consumetur, & cinis intra altare recondetur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat, &c. *Ibid. Canon. 27.*

In quibus isti ignorantie tenebris, in quo hactenus desidia torpore iacuere? vt nec auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in ecclesia Dei in omnium ore tam consonum est: vt nec ab infantium linguis veritas corporis & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur: quia in illa mystica distributione spiritualis alimonie hoc impartitur, hoc sumitur, vt accipientes virtutem cœlestis cibi, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus? Idem est cibus refectionis, est cibus sanguinis. Sicut enim caro Domini verè est cibus: ita sanguis verè noster est potus. *Idem.* Est etiam corpus, de quo dictum est, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Circa hoc corpus aquile sunt, quæ aliis circunvolitant spiritualibus. *Idem.* Vnde & corpus

corpus Christi edimus, vt vitæ æternæ possimus esse participes. *Idem.* Cuius clarè argumentis vtimur, suis vtamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysteriis veritatem. & *infra* Quid hîc quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus Christus partus ex virgine. *Ibid. Can. 38.*

Hoc est, quod dicimus: hoc modis omnibus approbare contendimus, sacrificium scilicet ecclesie duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie, & inuisibili D. nostri Iesu Christi carne & sanguine, sacramento, & re sacramenti, id est, corpore Christi: sicut Christi persona constat & conficitur Deo & homine, cum ipse Christus verus sit Deus, & verus homo: quia omnis res illarum rerum naturam & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificiû ecclesie Sacramento, & re Sacramenti i. corpore Christi. *Item.* Caro eius est quam forma panis opertâ in sacramento accipimus, & sanguis eius, quem sub vini specie & sapore potamus. Caro videlicet carnis, & sanguis Sacramentum est sanguinis: carne & sanguine, vtrôque inuisibili, intelligibili, spiritali, significatur visibile Domini nostri Iesu Christi corpus, palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & diuina maiestate. Sicut ergo cœlestis panis qui Christi caro est, suo modo vocatur corpus Christi, cum re vera sit Sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, quod palpabile, mortale in cruce positum est: vocaturque ipsa immolatio carnis, que Sacerdotis manibus fit, Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio: sic Sacramentum fidei, quod baptismus intelligitur, fides est *Ibid. Can. 48. ex Augustino.*

Ex superioribus sectionis quintæ Canonibus
sequentes aphorismos colligo.

1. In Cœna Domini, post consecrationem, fideles panem & vinum Domini, id est vera veri corporis & sanguinis Domini signa & symbola ut & res significatas distinctè percipiunt.

2. Signa rerum significatarum nomen ita obtinent, ut nihilominus tamen signorum substantia tota remaneat.

3. Fit quidem transubstantiatio, non panis & vini in corpus & sanguinem Christi: sed Christo fide apprehenso, in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transimus.

4. Corpus Christi non est sub specie panis, sed in cœlis, ut pote circa quod soli electi circumuolant alis spiritualibus.

5. Christianorum verè credentium unio cum Christo est ineffabilis & præter naturæ ordinem.

6. Cœna Domini constat Sacramento, i. signo, & re Sacramenti, carne videlicet & sanguine Christi.

7. Panis est corpus Sacramentale Christi: vinum sanguis sacramentalis eiusdem: visibile autem & palpabile corpus, his symbolis significatur.

8. Panis Cœnæ vocatur cœlestis & Christi caro, sed suo modo, id est, quatenus carnis illius cruci affixæ est Sacramentum.

Postremum Canonem Iesuuitæ Posnanienses pro sua transubstantiatione, sed mutila tum, supra citarunt: ego autem integrum adscripsi, ex cuius lectione confido lectores percepturos Augustinum & orthodoxam illam antiquitatem errores papisticos de transubstantiatione & carnali præsentia minime coluisse. Nec difficile esset eiusdem antiquitatis plura testimonia congregare, ad sententiæ nostræ confirmationem. Tantum addam glossatoris confessionem in hæc Canonis 48. verba, sicut ergo cœlestis panis qui Christi caro est suo modo vocatur corpus Christi, &c. Cœlestis (inquit ille glossator) id est cœleste Sacramentum, quod verè representat Christi

Christi carnem, dicitur corpus Christi improprie. Vnde dicitur suo modo, sed non rei veritate, sed significante mysterio, vt sit sensus, vocatur Christi corpus, id est, significat. Iterum etiam descripsi canonem 27. cuius consideratio non præfactis ingeniis ostendit nullam fieri substantiæ panis aut vini transmutationem in corpus & sanguinem Domini. Quis enim, nisi pertinax quidam Iesuita, dicet realem Christi sanguinem in terram stillare, aut (vt fert Canon 28.) reale corpus Christi per ebrietatem & voracitatem euomi posse? Sed ad species ipsas ista verba referunt. At in voce speciei fallunt & falluntur. Accidens enim non cadit, nisi imaginatione: nec rubedo aut albedo cadere in terram euomive potest. Necesse est igitur substantiam signorū remanere, aut Christum ipsum infirmum & infinitis ludibriis obnoxium, summa cum blasphemia, asserere. De Transubstantiatione autem nostra in Christum, obseruandus est Canon. 38. Cætera sunt perspicua.

IESVVITÆ.

Quid verò de transubstantiatione? Hic duo in primis animaduertenda, eaque aperte profiterenda sunt: alterum, sacerdotem qui conficiat Eucharistiam legitime ordinatum esse oportere: alterum, tantam inesse vim in verbis illis arcanis & consecratorijs, quibus idem Sacerdos Christi vice panem & vinum in altari consecrat, vt panis quidem in corpus, vinum autem in sanguinem Domini subito transmutetur. Verè stupenda, solaq; fide metienda transmutatio, quæ omnipotente Christi virtute per ea ipsa verba operante fit: nec immerito à sancta Catholica ecclesia Transubstantiatio appellata est, quòd panis viniq; substantia in corpus san-

guinémque Christi certò conuertatur. Si enim ualuit tantum sermo Elie, ut ignem de caelo deuocaret, non ualebit Christi sermo (sic enim colligit Ambrosius) ut species mutet elementorum? De totius mundi operibus legisti, Ipse dixit, & facta sunt: Ipse mandauit, & creata sunt. Sermo ergò Christi, qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quae sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quam mutare naturas. Atqui Christi sermone nihil apertius, dñs ait, Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus: ut nullus omnino relietus sit locus suspicandi, post consecrationem panem & uinum in Eucharistia manere. Canil. Catechism. Iesuuit. pag. 214.

Ecclesia Catholica ab Apostolorum temporibus per uniuersum orbem semper firmissima fide credidit, in sanctissimo Eucharistiae Sacramento contineri uerum & integrum Christi corpus & sanguinem, idque propter manifesta ipsius Christi uerba, quae in ultima Coena dixit: Accipite & manducate, hoc est corpus meum: & accipite & bibite, hic est sanguis meus. Quae uerba ita sunt clara, ut neque metonymia neque metonymia, neque alteri ulli figura locum relinquunt.

1. Sicut enim, si Christus dixisset, hic est panis triticeus, hoc est uinum Rhenanum quod uobis hauriendum porrigo, nihil fuisset obscuritatis: ita, nemo dubitare debet, quin uerum corpus & sanguinem suum dederit, cum dixit, accipite & manducate, hoc est corpus meum: accipite & bibite hic est sanguis meus.

2. Similis est oratio illa Dei Patris, Mat. 3. & 17. Hic est filius meus dilectus: in quo si impium est figuram ponere, & de vero Dei filio dubitationem mouere, impium etiã erit in his verbis figurã constituere, hoc est corpus meum.

3. Nulla verba antecedentia vel consequentia declarant figuratam locutionem, quemadmodũ in parabolis & similitudinibus fieri consuevit, veluti apud Mattheum, semen est verbum Dei, & ad Corinth. Petra erat Christus. Atque ita in reliquis. Parabole & similitudines antecedentes indicant illud (est) idem valere quod significat: hic autem nihil apparet huiusmodi, cum ex abrupto, accepto pane dixerit Christus, Accipite, comedite, hoc est corpus meum: accipite & bibite, hic est sanguis meus, quasi dicat: hoc ipsum quod vobis trado edendum & bibendum est corpus meum & sanguis meus. Estque merito obseruandus textus, Luc. 22. ubi Græcè pro eo, quod nos habemus, pro vobis effundetur, legitur participium ἐκχυνόμενον, hoc modo, Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine, pro vobis effundendus, id est, potus ille qui erat in calice: vt intelligas eundem illum sanguinem qui calice bibendus dabatur, in cruce pro nobis postridie effusum.

4. Doctrina quam tot seculis retinuit Ecclesia, apertiorumque verborum Christi expositio, neque omnipotentia Dei aduersatur, apud quem non est impossibile omne verbũ, neque charitati qua dilexit nos & semetipsum pro nobis tradidit. Nulla subest igitur ratio, cur ad nouas metonymias & tropos, hæcenus isti loco ignotos, debeamus confugere,

& non potius clara verba ad eum quem pro se ferunt sensum exponere, nullisque nouis atque non necessariis obscuritatibus inuoluere.

5. Leges omnes à prudentibus legislatoribus late, simpliciter, proprie, perspicue, non figuratè, non obscurè, non perplexè efferrri debent: ne quis ignorantiam pratexens, & verborum ambiguitatem, legem violet. Iam verò Christus hoc Sacramentum instituens, simul etiam præcepit, legemque tulit, ut idem à sacerdotibus in Ecclesia conficeretur, Hoc facite, inquit, in meam commemorationem. Clavis igitur verbis est usus, qua sine ıpropo id valent quod sonant.

6. Verba testamentorum nullum figuratum debent habere sermonem, sed esse clara atque perspicua, ad omnes lites & difficultates ab heredibus tollendas. Constat autem à Christo nobis in vltima Coena prædictis verbis testamentum relictum: sic enim aiebat, Luc. 22. Hic est calix nouum testamentum in meo sanguine. sicut igitur, si cui parens testamento reliquisset domum cum vineis & hortis: non de tabella qua fortè in suppellectili paterna reperiretur, picta domus, horti, vinea & orto: ita verba Testamenti nostri saluatoris, non de similitudine corporis, sed de ipso vero corpore accipienda sunt.

7. Rex quisquam alicui reipublicæ seriò promittens, vel certam pecunie vim, vel aliud eximium donum, indignam se rem faceret atque ridiculam, si pictam pecuniam vel imaginem illius doni mitteret. Christus igitur qui Ioan. 6. tam mul-

is verbis tamque serio spondit Ecclesia sua daturum se corpus & sanguinem suum in cibum & potum, certe illufisset. Ecclesia sua, si prater frustum panis, quo corpus illud significaretur, nihil reliquisset.

8. Christus hoc sacramentum Eucharistia veteri manna praeponit, quod descendit de caelo. At verò si solus esset panis quo Christi corpus significaretur, praestantius multò fuisset manna, angelorum manibus paratum (panem enim angelorum manducauit homo, Psal. 77.) de caelo descendens, & in se habens omnem saporis suauitatem: cum noster hic panis à solo pistore in furno coctus, nihil excellens prater significationem, praeberet, qua tamen ei cum manna communis est.

9. Beatus Apostolus, reum facit corporis & sanguinis Domini, sibi que iudicium affirmat manducare & bibere; qui indignè sumit Eucharistia Sacramentum, multòsque indigna communionem tui infirmari, tum imbecilles esse, tum ex hac vita migrare. Hoc autem ex solius figura usu, non magis eueniret Christianis quam quondam Iudaeis, quibus similis figura fuit in manna (vt Apostolus indicat, I. Corinth. 10.) & agno Paschali: quorum sanè neminem ex eo vel mortuum fuisse legimus, vel peccatum nouum comississe, quia indignè, hoc est, cum peccato mortali de manna vel agno suumpisset.

10. Si in sacramento Eucharistia verum Christi corpus non continetur, indignè egit Christus cù Ecclesia sua, quam per vniuersum orbem annis totis in tali errore atq; idololatria, occasione suorum verborum reliquit, qualis in orbe terrarum nunquam

vel visus vel auditus fuit. Tolerabilior enim est error eorum, qui pro Deo colunt statuam auream, aut argenteam, aut alterius materia imaginem, quo modo gentiles Deos suos venerabantur: quam eorum qui frustum panis, quod hactenus per uniuersum orbem tot annis fecerunt Christiani. Neque hic excusatur simplicitas maiorum, tum quod sapientissimi fuerint doctores, Augustinus, Chrysostomus, Hieronymus: tum quod longè potiori ratione excusandi essent infideles idololatrae, qui statuas adorauerunt.

II. Totis octingentis annis post Christum natum, tanta fuit in hac veritate veterum omnium consensus, ut non modò nemo hominum de hac re dubitauerit, sed etiam plerisque alios fidei articulos ex hoc Sacramento multi tum declarauerint, tum confirmauerint. Sanctus Irenæus, lib. 4. cap. 35. Gregorius Nyssenus, *Serm. de corpor. Christi*, & Cyrillus Alexandrinus, lib. 4. in Ioan. cap. 14. 15. 18. & lib. 10. c. 13. corporum nostrorum resurrectionem sic comprobant, et dicant fieri non posse, ut ea caro que Christi iam immortalis corpore nutrita sit, morte sempiterna deleatur. Ephesina Synodus & Theodoretus, epistola ad Nestorianum, dial. 2. & 3. ex Ignatio & Amphiloquio, docent Saluatorem nostrum Christum non spirituale sed veram carnem assumpsisse, vereque esse filium Dei incarnatum, quòd in Eucharistia non alterius hominis, sed filij Dei veram carnem manducemus. Simile quid scripserat multò ante Iustinus martyr, apol. 2. ad Antonin. Hilarinus lib. 8. de Trinit. & Cyrillus Alexandrinus, lib. 10. in Ioan. ca. 13. & lib. 11. cap. 26. qui

26. qui ex eo probant filium Dei cum Deo patres, non sola voluntate, sed natura quoque atque substantia vnum esse, quod per naturam & corporis sui veritatem, non solo fauore aut voluntate nobis adsit, nobisque miscetur sacra Eucharistia. Hoc enim aiunt significari Christi verbis, ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis vnum sint. Ioann. 17. Patres multi, Chrysostr. homil. 83. in Matth. 60. & 61. ad populum, & 45. in Ioann. Cyrillus Alexandrinus in Ioan. lib. 4. cap. 15. & 17. & ad Calostrianum, Cyrillus Hierosolymitanus, catech. 4. Gregorius Nyssenus, serm. de corp. Christi, Leo Pontifex, serm. 14. de pass. dom. Damascenus, li. 4. cap. 14. Haymo, in epist. ad Corinth. I. cap. 10. & alij agnoscunt in nobis veram cum Christi naturali corpore vniionem, quod re ipsa suscipimus, & quo re vera, sine tropo ullo vel similitudine Ecclesia sponsa cum sponso Christo corporaliter coniungitur. Chrysostr. multus est in commendanda Christi, prae matribus in filios charitate. Cui enim matres vel nutricibus, infantes committant, Christus non alieno cibo, non lacte suo nutrit, sed proprio corpore nos & sanguine pascit. Similiter (inquit, homil. 2. ad populum. Antioch.) Helias discipulo melotens reliquit: filius autem Dei ascendens suam nobis carnem dimisit: sed Helias quidem exiit, Christus autem & nobis reliquit, & ipsum habens ascendit. Augustinus & Prosper Aquitanicus fatentur Christum in vltima Cœna sic à semetipso gestatum manibus suis (concione I. in Ps. 33. part. 2. de predictionibus & promissis. ca. 25.) quo-

modo non potest seipsum quisquam gestare, nempe
 veritate corporis sui, non similitudine vel figura,
 cum facile sit cuilibet imaginem suam manibus te-
 nere. Denique fuit veteribus ita in confesso hæc
 catholica fides, ut tametsi maxime vellent celatim
 gentiles hoc mysterium (unde toties in concionibus
 & libris patrum, norunt fideles, nouit qui mysteriis
 initiatus est) non potuerit tamen caueri, quin ex cõ-
 muni fide aliquid in vulgus emanaret, licet obscu-
 re, ex quo criminarentur Christianos, tanquam qui
 homines vorarent, ut ait Eusebius, lib. 5. hist. cap.
 1. vel qui infantes necarent & crudas carnes gu-
 starant, ut est apud Tertullianum in apologet. vel
 qui sanguinem libarent, ut refert Prudentius, in
 hymno de S. Laurent. vel qui in abditis Deum vi-
 darent, sicut B. Augustino obiecit Maximus
 Maudarensis Ethnicus, epist. 43.

12. Cum octo & amplius seculis, per orbem
 totum hanc doctrinam de Eucharistia magno con-
 sensu Ecclesia coluisset, primus Bertramus qui-
 dam obscurus homo, circa annum 830. adu. Pas-
 chasium scribere est ausus, quod Christi carnem in
 Eucharistia eandem esse dixisset, quæ nata esset
 ex virgine Maria. Sed hoc represso, sub annum
 1050. produit Berengarius quidam homo indoctus
 (ut autor est Guimundus) qui ad nominis sui glo-
 riam sepultum errorem renouauit. Sed is variis
 conciliis Romano Vercellensi, Turonensi, & altero
 Romano damnatus, tertio vel quarto rela-
 psus est, & resipuit. sub finem quidem vite rela-
 psus (ait Gulielmus Malmesberiensis lib. 3. de gestis
 Anglorum) tandem ipso die Epiphania, ut refert
 Ger-

Gerson, sermō de errore dolens, in hanc sententiam locutus est: Hodie apparebit mihi Dominus ad meam salutem, ut spero, propter pœnitentiam, aut ad damnationem, ut timeo, propter eos quos mea praua doctrina decepi. Cùm itaque primi huius erroris auctor es noti sint, & multis seculis recētiores veteribus, & statim ut pestes Ecclesie extincti, nō est cur nouis authoribus damnatas hæreses suscitemus, vel suscitatas recipiamus.

12. Innumera miracula ad huius fidei Catholica confirmationem, tum veterum temporibus, tum nostra etate plurimis locis edita, manifestè conuincunt non esse hîc figuram corporis dominici, sed veritatem. Hæc miracula referuntur ab Amphilochio, Cypriano, Augustino, Optato, Bernardo, & aliis, quæ meritò persuadere homini Christiano possunt, Christum, qui in salutem Ecclesie sue vniuersam sanguinem profudit, electam sponsam non eò dementia atque abominationis abripi passum esse, ut (quod nulla barbaries admisit) frustum panis pro Deo coleret, adoreret, sumeret. Dicit namque meruô, & Christo obici à nobis posset, Domine imposuisti nobis: miracula edidisti: Ecclesiam que per orbem terrarum ita docuit audiri iussisti: totis 1500. annis hæc fides seruata est, & qui secus docere teniarunt anathemate percussi: nihil vidimus omnipotentia tua manus, nihil charitate tua indignum. Cofterus, Enchirid. concrouers. cap. 5. de Sacramento Eucharistiæ, pag. 188. 189. &c.

Eusebius Emislenus, perspicuè dixit. Benedicēda verbis cœlestibus creaturæ sacris altaribus imponuntur,

antequam inuocatione summi nominis consecratis: substantia illic est panis & vini: post verba Christi, corpus & sanguis Christi. Ambrosius: antequam consecratur, panis est, ubi autem verba Christi accesserint, corpus est Christi. Hieronymus: Clerici Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt. Cyrillus Hierosolymitanus: Si ad nuptias corporales aquam in vinum mutauit, nunquid non mutat ad nuptias spirituales vinum in suum sanguinem, cum vinum sit sanguini magis propinquum, quam aqua vino? Cyrillus etiam Alexandrinus affirmat, Deum influere oblati vite, & ea in veritatem propria carnis conuertere. Chrysostomus: Qui non manducat carnem Domini, nec bibit sanguinem eius, non habebit vitam eternam. Qua per nullius alterius, quam sanctis efficiuntur manibus sacerdotum. Apud Augustinum quoque & Ambrosium haec eadem verba, siue alterius tantum, siue utriusque illa sint, legimus. Memini sermonis mei cum de Sacramento tractare, dixi vobis, quod ante verba Christi, quod offertur, panis dicatur: ubi Christi verba de prompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Idem Augustinus, siue quis alius ex patribus sit ille cuius verba à Gratiano distinct. 2. de consecrat. can. Vtrum, & à magistro sententiarum hoc modo citantur: sicut de virgine per Spiritum sanctum vera caro creatur: ita per eundem ex substantia panis & vini, mysticè idem corpus Christi consecratur. Rabanus, ex aliorum etiam patrum sententia: sicut nomine Christi, ipso teste, etiam à membris Diaboli demonia pelluntur, ita eiusdem

eiusdem virtute Sacramento altaris corpus & san-
 guis conficitur. Idem alibi: In hoc ergo verbo (hoc
 est enim corpus meum) conficitur illud corpus. Quia
 diuinum verbum est. Idem, quotiescunque fit (quod
 Christus circa confectiōem Eucharistia instituit)
 catholice, verè hoc fit, quod dictum est, Hoc est
 corpus meum. Quibus verbis fundamentum habe-
 re sententiam hanc monstravit in ipsa institutione.
 Quia videlicet præceptū illud, Hoc facite, ad ver-
 ba illa etiā, quæ antecedunt, Hoc est corpus meum,
 referre oportet, sic, ut etiam efficiant sacerdotes,
 Christi corpus & sanguinem esse, illud quod sub
 speciebus panis & vini Christus indicauit, videli-
 cet eius corpus & sanguinem. Rectissime autem hūc
 author dixit: Quotiescunque id, quod iussit Chri-
 stus, fit catholice, verè hoc fieri, quod dictum est,
 Hoc est corpus meum: ut animaduertat aduersa-
 rius cum collegis prædicantibus se ideo panem &
 vinum in corpus & sanguinem Christi conuertere
 neque velle, neque etiam posse, quoniam Euchi-
 ristiam celebrat non catholice ex institutione Domi-
 ni, sed hereticè pro sua libidine. Credo testimonia
 hæc abundè satis esse prudenti Lectori, ut aduer-
 sarij frontè admittetur, qui scribere non erubuerit,
 recens hoc commentum conuersionis esse ignotum
 vetustati erudita per multa secula, id est 800. an-
 nis vsque ad tempora Caroli magni. Item anno
 primū 1060. per Lanthfrancum & Magistrum
 sententiarum renouatam esse hanc doctrinam, &
 anno 1216. per Honorij P. & 1264 per Urbanum
 confirmatam. At inquit, Patres volūt nihil aliud
 quàm non nuda solum signa, panem scilicet commis-

nem, quemadmodum Irene^o loquitur, & vinū, sicut alios in conuiujs, exhiberi in cœna Domini, sed ipsissimum corpus Christi, & sanguinem: seu, ut idem loquitur, Eucharistiam duabus rebus constare, terrenam & cœlesti. Et quod aliqui, inquit, de mutatione loquuntur, non naturalem aut substantialem, sed sacramentalem intelligunt. Quid? tantum-ne cum pane esse corpus Christi Emissenus vult, cum inquit, antequam inuocatione summi nominis consecrentur, substantia illic est panis & vinum. Post verba Christi, corpus est & sanguis Christi, &c? An potuit clarius indicare per consecrationem fieri, ut non eadem substantia maneat post, quæ fuit antea, & ut aliqua substantia sit ibi post, quæ non fuit antea, nempe corpus Christi? Et quis hic non videat mutationem substantialem poni? Quæquam verum est quidem, sic substantiarum hîc conuersionem, ut Cyrillus Alexandrinus loquitur, fieri, ut hoc non naturaliter, sed sacramentaliter, hoc est, admirabiliter diuinè que fiat. Omitto ceteras sententias patrum, quas descripsi, quæ cum plurimæ & præclaræ pro substantiatione adeoque consecrationis efficacia sint, nihil de Theodoro laboro, qui, ut citas, dixerit, hic non transmutari naturam, & manere signa mystica in priori sua substantia. Cuius testimonium non, ut inquis, dissimulaui, sed propter illud, in libro meo scripsi: non exiguam vanitatem esse tantæ tamque illustri confessioni Patrum, vnius vel alterius sententiam opponere: quippe qui ex communi aliorum doctrina, aut exponi, aut reuocari etiam possit ac debeat. Item locum citavi, ubi alibi exposuissim substantiã & naturam quædoque paulo latius accipi

accipi, pro rei videlicet qualitate & proprietate, quæ vice substantia vini & panis, perinde nuriat, videri, & tangi possit, ac vinum & panis. Aut exponas igitur, secundum hanc doctrinam, Theodoretis sententiam: aut eam communiori certiorique sententia aliorum patrum sine piaculo postponas licet. Et idem dico de Gelasio, cuius locum alibi tractaui pluribus. Gregorius de Valentia, in apolog. de sacrificio Missæ, pag. III. II. 2. & c.

Augustinus, lib. 5. de Civitate Dei, cap. 27. dicit nihil esse loquacius vanitate, quæ non ideo potest quod veritas, quia si voluerit plus etiam clamare potest quam veritas. Pro sua vanitate aduersus Dei veritatem loquaces Iesuuitas audiisti, lector, quorum præstigias & sophismata si verbotim persequamur, nobis iustum volumen conscribendum esset. Paucis itaque istorum dicta retexemus, quæ in sequentes aphorismos includere liber: deinde breuem subiiciemus præcipuarum rerum expositionem, & orthodoxam antiquitatem à Iesuuitarum calumnijs vindicabimus. Hi sunt igitur, Canisij, Costeri, & Gregorij Valentiniæ Canones aduersus Gratianum.

1. *Verbis arcanis & consecratorijs à Sacerdote legitimè ordinato prolatis tanta vis inest, ut fiat substantiatio panis in corpus, vini in sanguinem Domini.*

Sacrificulos missaticos non legitimè ordinatos esse ex 4. capitis disputationibus liquet, nec ignorat lector quid de sacerdotum concubinariorum missis Canones statuant. Quæ sint illa verba arcana non declarat Canisius, nec de ijs cum Scholasticis magistris convenire potest. Præterea Christi cōsecratio papulicæ cōsecrationi repugnat ex diametro. Accepit, benedixit, fregit, dedit discipulis suis panē, & dixit Hoc est corp⁹ meū. Illi verò,
Sf. ij.

hunc ordinem inuertunt. Quo iure autem ipsi viderint. Porro concomitantiam suam destruere videtur Iesuuita. Etenim si vinum mutatur in sanguinem, quid est corpus illud quod ex pane fit? At prius discere debuit Canisius quis sit Sacramentorum finis, quàm temere de rebus incompertis disputationes & catechismos conscribere. Mirum est autem magistros istos Christianas Ecclesias & conscientias de sacrosancto Cœnæ mysterio os Domini reuerenter, consulentes, tanto cum fastu damnare, & in nostrum quomodo, quod vocant, furenter declamitare, quum illi ipsi de mutatione panis in carnem Christi temerè definiât. Sed omnia ijs liceant, qui de Christo quicquid lubet sentiunt.

2. *Transsubstantiatio fit omnipotente Christi virtute, per verba operante.*

Aut sola Christi omnipotentia id fit, aut vi verborum. Vtrumque vero coniungens Canisius, vtrumque destruit: nec enim ista sunt subordinata. Verba sunt omnipotentis Christi verba, & ab ipsomet Canisio vocantur consecratoria, ab alijs sophistis operatoria. Quorsum igitur omnipotentia? nisi fortasse vnum sine altero Iesuuitis non satis validum videatur. Item, qua Christi potentia id fit, vt panis fiat caro? certè quia dixit, vt Canisius postea testatur. Sed de hac exceptione antea dictum est, & petit principium sophista nosse: negamus enim transsubstantiationem papisticam: & prius de Christi voluntate tabulas exhibeat Iesuuita, quàm de omnipotentia imprudens garrat. Recurrit ad verba, Hoc est corpus. Circulatio hæc est Iesuuitica: & ad eundem lapidem impingit: iterum enim negamus Christum dixisse, Post verba aliquot efflata in panem conuertetur iste panis in corpus meum: aut, sub specie huius panis est corpus meum: aut, sub hoc pane, qui tantummodo post verba prolata speciem panis referet, latet corpus meum. Alias monstruosi illius vocabuli Transsubstantiationis interpretationes Canisio & Scholasticis relinquimus. Nunc ad multiloquum

Coste.

Costerum accedo.

3. *Ecclesia Catholica semper & ubique transubstantiationis dogma recepit, propter verborum Christi perspicuitatem quæ omnem tropum excludunt.*

Petitio principij. Illud enim tanquam falsissimum pernego. Deinde fallacia est in nomine Ecclesiæ Catholicae. Nouam enim Romanam fuisse ab Apostolorum temporibus, nunquam euincunt Iesuuitæ. Semper, ubique, & ab omnibus papisticam transubstantiationem receptam fuisse, quibus testibus probare conentur, videbimus, quum ad Patrum dicta peruentum erit.

4. *Christus non figuratè, sed perspicuè & propriè locutus est.*

Figuratæ loquutiones proprietatem & perspicuitatem ex sermone Christi Prophetarum & Apostolorum minime auferunt, sicut ex infinitis Scripturæ testimoniis liquet, præcipuè vero in institutione & explanatione Sacramentorum sub lege & Euangelio. Item, in solenni illa promissione de reparatione generis humani per Christum, quæ est totius doctrinæ Christianæ fundamentum, Genes. 3. semen mulieris conteret caput serpentis, &c.

5. *Sicut impium est ponere figuram in illis verbis. Hic est Filius meus dilectus: ita impium est figuram ponere in verbis illis, Hoc est corpus meum. Similis enim est ratio.*

Immò prorsus differunt hæc duo enuntiata. Christus enim est *Deus & homo* in vna persona quæ duabus naturis ita constat, vt quanuis minimè separatæ sint, tamen non confusæ, sed suis proprietatibus incommunicabilibus perpetuè distinctæ sunt: quemadmodum ex S. Scripturis orthodoxa antiquitas recte definiuit. Vnio igitur

illa est personalis, nec vna natura alteram repræsentat. Sacramentalis verò alia est. Panis autem non coniungitur Christo, vt ex his duobus aliquid assurgat: nec Christus panem sibi assumit, quæ non sine blasphemia cogitari aut scribi possint. Præterea, pater cælestis non clamat, sub hac visibili specie hominis, sub hoc accidente quod caret substantia est filius meus, sed hic homo est filius meus. Fateantur ergo Iesuuitæ panem esse panem, & dicant, Hic panis est corpus Christi: tunc cum illis de proprietate istarum propositionum agemus. Nec enim nunc nobis est negotium cum Syouistiis. Retorquedo thesim in Costerum. Sicut duplex consideratur substantia seu natura in his verbis, Hic est filius meus: ita duplex consideranda est substantia in hac Sacramentali locutione, panis scilicet & corpus. alioqui oratio est dissimilis. Item, Quemadmodum panis mutatur in corpus Christi: ita natura humana mutata est in diuinam, vel diuina in humanam, si Costero fidem adhibemus. Iterum, Sicut ex panis substantia & corpore Christi post consecrationis papisticæ verba fit Christus totus sub specie visibili latens: ita post illa verba, Hic est filius, homo & Deus ille tertium quid euadit, quod neque simpliciter Deus neque homo est. Postremò, substantiam panis euauisse aiunt vt corpori Christi substantiæ cæderet. In vnione autem hypostatica vtriusque naturæ, quænam illarum euauit, vt alteri locum daret? Abstineo ab aliis eiusmodi absurdis detegendis, quæ Costerum infinitarum blasphemiarum reum esse demonstrant.

6. *Nulla antecedentia vel consequentia verba declarant figuratam esse locutionem, quemadmodum in parabolis & similitudinibus fieri consuevit. Ergo cum ex abrupto Christus pane accepto dixerit, Hoc est corpus meum: sequitur nullum esse tropum in verbis Cœna.*

Immo verò & antecedentia & consequentia Institutionis verba figuratum esse Christi sermonem cunctant. Antecedentia, desiderio desideravi (loquens de agno) hoc pascha comedere vobiscum. Agnus non erat liberatio ex Ægypto, sed liberationis seu transitus signum. Item, accepit panem, benedixit, fregit, dedit, iussit discipulis accipere, comedere, & addidit, Hoc est corpus meum. Verba ista igitur non sunt ex abrupto prolata, & antecedentia iubeant ista figuratè intelligi: alioqui dicat Iesuuita Christum accepisse & fregisse corpus suum, sanguinem suum effudisse: discipulos carnem Christi sensualiter manducasse, vt Nicolaus Papa Berengarium iubet confiteri. Deinde sequentia verba tum panis, tum calicis metonymiam ostendunt. Particula demonstratiua hoc, vel ad panem, vel ad corpus refertur. Si ad corpus, Christus dixerit, Hoc corpus est corpus meum, quod cum antecedentibus minimè conuenit. Si ad panem, quomodo sine tropo panem esse corpus Iesuuita confirmabit? In parabolis & similitudinibus (inquit) ista fiunt: non in Sacramentis. Immo in Sacramentis illa locutio est trita, vt antea ostendimus: & Augustini testimonio confirmamus, libr. 3. de doctrin. Christi. cap. 16. Si præceptiua locutio flagitium aut facinus videtur iubere, aut vtilitatem vetare, figurata est. Nisi manducaueritis, inquit Christus, carnem filij hominis & sanguinem eius biberitis, non habebitis vitam in vobis. facinus vel flagitium videtur iubere. figura est ergo, præcipiens passioni Domini esse communicandum, & suaviter atque vtiliter recondendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixa & vulnerata sit. Hactenus Augustinus. Sæpissimè autem in Sacramentis præcedit figurata locutio, sequitur demum propria. Vt in Circumcisione, figurata loquutio est Circumcisio, est scædus: sequitur demum propria, est

signum fœderis: figurata, sanguis agni seu agnus est pe-
 sah, id est, transiens: sequitur propria, sanguis ille erit vo-
 bis signum & monumentum transitus. Exod. 12. vers. 11. &
 13. figurata, Panis est corpus Christi, sequitur propria,
 Hoc facite, hoc est (interprete Paulo) hunc panem edite
 in mei memoriam. Porro, quærimus à Iesuitis, figuratam
 locutionem osoribus, quid de illis sentiendū sit, qui articu-
 los symboli de Christo in phâtasmatâ Marcionitica trãf-
 formât, dū exponunt Christum visibiliter esse natū, cru-
 cifixum, sepultum, resurrexissè, ascendissè in cœlum, &
 inde rediturum, sed inuisibiliter suo corpore sub specie-
 bus latere infinitis locis, vbi affixus hæret & adoratur?
 Estne hoc seruare τὸ πρῶτον in articulis fidei? Bone Deus,
 qui tropi, seu potius quàm portentosæ strophæ! Nos au-
 tem in articulis fidei τὸ πρῶτον retinemus, & Sacramenta in-
 telligimus Sacramentaliter, & de illis figuratè dicta ex-
 ponimus per dicta de iisdem in Scriptura propriè. Quod
 Costerus in numero parabolârum & similitudinum illud
 Pauli 1. Cor. 10. Petra erat Christus, reponit, insulsum &
 falsum est, teste Augustino, sicut etiam ex Apostoli con-
 textu colligere licet.

7. *Quicquid perpetuo Ecclesie consensui &
 diuina omnipotentia repugnat explodendum est.
 figurata locutio in expositione verborum Cœnæ
 consensui Ecclesie & Dei omnipotentia repugnat.
 Ergo, &c.*

Minorem negamus, quàm Costerus dictator minimè
 probat, sed perpetuò petit principium, ludit homony-
 miis, Ecclesie consensum putat esse papisticam tyran-
 nidem, & Dei omnipotentiam ab eius voluntate diuellit.

8. *Leges, Testamenta, donationes, claris & per-
 spicuis verbis, nō figuratis concipi debent: alioquin
 falleretur homines. Christus mandatum, testamen-
 tum, donum Ecclesie relinquens, aperitè non figu-
 ratè loquutus est, & illuisset Ecclesie sua si præ-
 ter*

ter frustum panis, quo corpus eius significaretur, nihil reliquisset. Ergo panis transmutatur in corpus Christi.

Lex seu mandatum Christi in Cœna est, hoc facite. Interpretationem Pauli amplectimur, Quotiescunque ederitis (inquit) panem hunc, & poculum hoc biberitis, mortem Domini annuntiatis usquequo venerit, &c. Nec tropum in hoc mandato consideramus: sed ipsimet leuitæ mirificum tropum in hoc mandato confingunt, nam illis, Hoc facite, idem est ac, vos sacrificuli offerite in missa ipsum Christum Deo Patri pro peccatis viuorum & mortuorum. deinde tropum illum muniunt auctoritate Virgilij, Quum faciam vitula pro frugibus, id est quum sacrificabo. Postea in figuratis locutionibus quod dicunt nullam esse perspicuitatem, testes sunt pleraque leges diuinæ & humanæ. Supra regulam Augustini citauimus, de tropo in mandatis Christi recipiendo, nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Alia mandata addamus quæ sunt Sacramentalia. Circumcidite præputium cordis vestri, Deuteronom. 10. 16. Abluto corpore aqua pura teneamus confessionem, inquit Apostolus, Hebr. 10. 23. In Christo circumcisi estis circumcisione quæ fit sine manibus, Coloss. 2. 11. Baptizare, & ablue peccata tua. Act. 22. 16. Si quis dicat, sanguis Christi mundat nos ab omni peccato: Baptismus abluit peccata: ergo aqua baptismi propriè est sanguis Christi, vel sanguis corporaliter est in specie aquæ, & corporaliter eo lauamur: huic respondebo, sanguis victimarum dicebatur sanguis fœderis, hoc est reconciliationis cum Deo: & tamen non ipse sanguis Christi, sed eius sacramentum & symbolum erat: ergo idem iudicandum est de baptismo: Item, sanguis Christi non est amplius extra corpus Christi, quod non est in cœlo. Non ergo sanguis neque sine reliquo corpore, neque cum eo inuisibiliter & corporaliter existit in aqua, in manu ministri, in corpore eius, qui baptizatur. Testamentum Christi perspicuis verbis est sanctum, sed non

prum est Cœnam Domini esse Christi absentis picturam. Credimus Dominum Christum esse in Cœna, nos vesci & pasci illius carne & sanguine ad vitam æternam. Sed fides de Spiritu S. efficacia est pictura & ludicrum quid bono illi Costero, nec immeritò sanè, quippe qui myſteria nulla recipiat nisi carnalia & capernaitica, id est non myſteria, neque Sacramenta, sed idola & meras chimæras. Nec dicimus si uſtum panis à Christo relictum fuiſſe Eccleſiæ ſuæ: iterum ſurdis iſtis occinimus, Christum nobis veram carnem ſuam uiuificam nobis dare in cibum vitæ æternæ, quem non ore corporis ſed fidei percipimus, iuxta illud, vt quid paras dentes & ventrem: crede, & manducaſti.

9. *Eucharistiæ ſacramentum eſt manna præſtantius. At manna eſt panis, Angelorum manibus paratus, de cœlo deſcendens, & in ſe habens omnem ſaporis ſuanitatem. Ergo non ſolus panis eſt in Eucharistiæ, qui corpus Christi ſignificet, ſed etiam ipſum Christi corpus.*

De diſcrimine & conuenientia ſacramentorum veteris & noui teſtamenti diſputationem retexere minimè necesse eſt. Si materiam Cœnæ & Sacramenti, cuius manna fidelibus ſignum fuit, ſpectes, vna & eadem eſt, teſte Paulo, I. Corinth. 10. Ineptias autem Costeri qui manna angelorum manibus paratum fuiſſe dicit lubens omitto: quid etiam ſit panis angelorum theologaſter ille nondum didicit, & imperitè admodum, vt ſophiſtis ſolenne eſt, res viſibiles & cœleſtes confundit. Sed nos inſigni iniuria afficit, dum ſigna vacua in Eucharistiæ ſacramento nos ſtatuerè ſomniat.

10. *Qui indignè ſumit Eucharistiæ ſacramentum, reus ſit corporis & ſanguinis Domini. Non poteſt autem fieri reus corporis qui ſolam eius figuram edit. Ergo Christi corpus editur cum ſpecie panis.*

Impij & indignè sumentes panem & vinum Eucharisticum, idè rei sunt corporis, quia Christum oblatum respuerunt. Christus repudiatus damnat, receptus viuificat, Iohann. 6. Sed fallit monachus multipliciter. Paulus meminit panis & vini post consecrationem, quod Transubstantiationi papisticae ex diametro repugnat. Iesuuita vult impios sumere Eucharistiae Sacramentum. quid? forsasse accidentia. An verum & reale Christi corpus? Aliter sentit Christus, Paulus, orthodoxa antiquitas. Vt paucis agam, panem Domini possunt reprobi sumere, minime verò panem Dominum. Non credunt: igitur non manducant. Quid sit autem reus fieri, explicat Iesuuiticè Costerus: somniauit enim non posse reprobos reos fieri nisi ipsum Christi corpus vorent. Reus autem fit qui Christi meritum & virtutem aspernatur, qui non diiudicat corpus Domini. Cibum illum vitae aeternae ventris esse cibum nunquam demonstrabit: iuxta illud, Ecce panis angelorum, factus cibus viatorum, verè panis filiorum, non mittendus canibus.

II. *Impossibile est Ecclesiam per 1500. annos in errore vixisse. Ecclesia autem à Christo passo, ipsius corpus in Eucharistia contineri credidit, a liquis à Christo indignis modis excepta & malè edoctræ esset.*

Ecclesiam Dei negamus Transubstantiationem papisticam agnouisse aut recepisse, imò omni ἀπολατρεία explosa alis spiritualibus ad corpus Christi euolauit, cor sursum habuit ad Dominum, manum fidei caelo admo- uit, vt vbi Christi corpus euectum apprehenderet. Papisticam Ecclesiam, id est Catholicæ Ecclesiæ pestem, dogma illud amplexam esse dicimus, quod fidei articulos conuellit, naturam Sacramentorum oppugnat, Christi naturas confundit, impios electis coniungit, Christum porcis & canibus laterandum offert. Nec Christus Ecclesiæ suæ illudit, sed filij illius perditionis sectatores

tores tradidit in reprobam mentem, vt crederent mendacio.

12. *Veteres omnes totis octingentis annis post Christum Transsubstantiationem panis & vini in corpus & Sanguinem Christi varijs modis approbarunt.*

Mutationem Sacramentalem agnoscunt veteres omnes quorum sententias hęc non expendimus: peculiarem enim tractationem ista desiderant, quę etiã ab eruditiss. P. Martyre in defensione de Eucharistia perspicuē & ad vnguem explicata sunt. Idem respōdemus testimonijs à Gregorio Valētiano citatis, quę si opus erit, altera parte huius operis, Deo iuvante, considerabimus. Quod Bertramum & Berengarium autores orthodoxę sententię de Cœna Domini adu. Transsubstantiationem Costerus fuisse dicit pernegamus: ex Augustini enim & aliorum veterum doctrina hauserunt quod in lucem ab illis editum & Pontificem Romanorum tyrannide postea extinctum est. Quid autem dixerit Berengarius ante supremum vitę diem, nihil nostra refert, quamuis non desint multa testimonia quę Costerianis opponere possemus, & meritò quidem: at veluti infirmitas humana diuinę veritati præiudiciũ ferre, ita pertinacia infinitorum stultorum tenebras in lucem mutare non potest. Miracula autem illa quę decima tertia sectione Costerus attulit, non excutimus, tum quod ista partim nihil ad nos, partim aut conficta sint, aut mysterium iniquitatis iusto Dei iudicio confirmant. Tandem vt tyrones theologię aduersus speciosas illas larvas ex veterum testimonijs à Costero & Valentiano mutuatas, vt mendacię turpitudinem obducerent, cautiore reddamus, regulas à P. Martyre iam olim editas, & ex eiusdem tractatione de Eucharistia excerptas hęc adscribere libet.

1. Quando veteres de Eucharistia grandius loquuntur, & vehementius agunt, primum est

considerandum Scripturam sanctam alternatione quadam, quod symbolorum est, consueuisse rebus attribuere, & quæ vicissim rerum, adscribere signis. Qua eadem ratione vtuntur, vt sæpe illos videas de rebus agere, atque si de symbolis loquerentur: ac è diuerso ita de Symbolis scribere, quasi res & significata pertractent.

2. Si diligenter inspexeris quæ supra & infra dicuntur, semper videbis patres attestari hanc alimoniam spiritualement esse, non autem gulæ, ventris, aut dentis.

3. Si quandoque dicant nos cum Christo carnaliter communicare, ita vt etiam corpus alatur Eucharistia, ista sic accipienda sunt vt intelligamus filium Dei, quando cõceptus fuit ex virgine, & naturam humanam assumpsit, tum nobiscum carnaliter cõmunicasse. Deinde nos in eo manemus, vicissimque ille in nobis manet, quando nos verbis eius credimus, & cum fide Sacramenta percipimus, quia sic communicando additur nobis spiritus, & caro nostra & nostrum corpus, quæ naturæ iam erant eiusdem cum Christo, redduntur earundem conditionum cum eo, capacia sicut immortalitatis & resurrectionis: cumque obsequantur & inserviant Spiritui, verè aluntur ad vitam æternam. Et ita corpus nostrum in Eucharistia bifariam pascitur, primùm symbolis, deinde hac instauratione ad vitam æternam: atque ita Christus dicitur per hoc Sacramentum in nobis manere. De prima communicatione quam habemus cum illo per natiuitatem & incarnationem, testimonium habes ex epist. ad Hebr. cap. 2.

4. Consideres deinde verbum consecrandi non aliud significare apud patres quàm rem communem

munem & prophanā sacro vsui dedicare, hoc est sanctum reddere. Non itaque est vt, cū in patribus occurrit vox consecrationis, illico nobis fingamus Transubstantiationem. Quod autem aliqua mutatio ibi sit, non inficiamur, nimirum qua res illæ iam Sacramenta fiant, ad significandum nobis efficaciter, offerendum & exhibendum per vim Spiritus sancti, quo ad animum & fidem, corpus & sanguinem Domini.

5. Sciendum præterea inter nos & Capernaïtas quo ad res ipsas non esse discrimen. Illi putarunt se verū corpus & veram carnē Christi manducaturos: quod & nos fieri concedimus. Cæterum discrimen est in modo & ratione manducationis. Quod illi carnaliter faciendum putarunt, nos fieri spiritualiter docemus: alioquin verū corpus & verus sanguis exhibetur, quia fides non complectitur ficta sed vera.

6. Item, cū legitur in Patribus, corpus Christi contineri aut haberi his mysteriis, per ista nihil aliud accipiendum est, quam denotari, ostendi, demonstrari atque significari.

7. Cūque audis Patres dicentes, Hic panē aut vinum amplius non esse, hoc debes intelligere non simpliciter, sed quoad reipsum, quādo piē communicas: quia illic tibi non est cogitandū vel de pane, vel de vino: mens tua & sensus oportet solū inherere rebus quę tibi representantur. Ideo dicitur, Sursū corda. & ab istis animū subuehas ad inuisibilia quę tibi offeruntur. Scripturę etiā sacrę nō abhorret ab hoc tropi genere. Paul⁹ inquit, Nō est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, qui tamē non negasset corpus & carnē aggrauare animā, & reficienda esse, cū alibi scribat, Caro

concupiscit aduersus Spiritum. Neque etiam ignoraui multos esse malos homines, qui caro & sanguis dicuntur, à quibus tamen infestamur & cum illis est nobis quotidiana lucta. Sed intelligebat Paulus de illa summa & præcipua contentione, vnde istæ aliæ ortum habent. Dixit etiam in Christo non esse marem, neque foeminam, neque seruum, neque liberum, cum tamen ista officia, & istæ personæ à Christo & Ecclesia non remoueantur, imò de illis præcepta seorsim descripta sint. Sed intelligebat Paulus ista non esse in Christo quo ad regenerationem, remissionem peccatorum & vitam æternam consequendam, quæ summa sunt in Christianismo: & in illis distribuendis Christus non respicit hos status & istas condiciones. Scribit idem Apostolus regnum Dei non esse in sermone: nec tamen voluit propterea ab Ecclesia, quæ regnum Dei est, remoueri conciones, admonitiones, & lectiones, quæ verbo sunt: sed tantum respiciebat illam summam vim & efficaciam Spiritus, qua omnia in Ecclesia regi debent. Ita loquuntur Patres cum negant symbolorum naturam manere, quod non est, vt diximus, simpliciter accipiendum, sed quoad nostram fidem & cogitationem, quas non oportet illis inherere.

8. Adijcias istis, fidem tantæ esse efficaciam, vt res præsentis faciat, non quidem realiter aut substantialiter, (id est in terris, sub pane & vino, aut eorum accidentibus) sed spiritualiter. Nam illas verè complectitur. Atque ita dicebat Apostolus, Christum ob oculos Galatarum fuisse crucifixum. Sic & Abraham dictus est vidisse diem Domini. Atque hoc pacto veteres eundem Christum habuerunt

buerunt in Sacramentis, quo & nos fruimur. Et ita vides ad hanc præsentiam non requiri res, quo ad naturalem constitutionem, mutare locum, aut nobis adesse cum omnibus suis materialibus & physicis conditionibus.

9. Est etiam obseruandum, per alternationem & communicationem proprietatum, quia natura diuina Christi nobis verissimè adest, hoc ipsum communicari posse humanitati. Vt Christus cum loqueretur in terra dicebat filium hominis esse in coelis, & sic humanitati attribuebat quod fuit diuinitatis. Et hoc pacto in communionem naturam humanam Christi nobis adesse concederem, id si per communicationem idiomatum exponerem.

10. Postremò, si quæras cur patres his tropis aut hyperbolis vsi sunt, dicemus: partim vt phrasin Scripturæ sequeretur, partim vt animos hominum vehementius percellerent. Deinde vt ostenderent istam significationem Sacramentorum non comicam aut tragicam esse. Nam in illis personatus quispiam potest Hectorem aut Priamum præsentare, nec præterea quippiam consequetur, quod magni momenti sit. Hic verò res repræsentata vi Spiritus Sancti & datur & imprimetur in animis nostris per fidem, sequunturque multa dona & gratiæ, ac potissimum arcana & ineffabilis vnio cum Christo, vt verè vnum cum illo efficiamur. Hactenus Martyr.

Costeri autem & Valentiani testimonia ex Patribus allata à regulis supra positis explicantur, & eò recidunt.

I, Resurgemus: quia corpora nostra in his terris carne Christi nutrita sunt in spem vite æternæ.

Tt. j.

Respondeo, non inde consequi corpus Christi esse sub specie panis: nec communionem nostram cum illo esse carnalem & carnali modo fieri. Sed Christus totus fide apprehensus & nobis per immensam sui Spiritus efficaciam vnitus, non modo animæ nostræ, sed nobis totis, tum corpore, tum anima constantibus, vim illā vitæ æternæ magis ac magis influere, & communicare credimus.

2. *In Eucharistia manducamus non spiritua-
lem, sed veram Christi filij Dei carnem.*

Respondeo: carnem Christi non vocamus spiritua-
lem, si spiritus carni opponatur, vt ait Christus, Spiritus
carnem & ossa non habet (sed veram ipsam carnem pro
nobis natam cruci affixam, & in cælos euectam credi-
mus nos manducare & bibere. At modum istum cre-
dimus esse spiritualem: non carnalem, terrenum, Capere
nauticum, oralem. Duo autem appellatione modi istius
spiritualis intelligunt orthodoxi Theologi. Nempe spi-
ritus sancti arcanam operationem, qua fit, verè mirabili
modo, vt Christi carnis interuentio nobis mysticè com-
municata, totius meriti Christi virtus in remissionem
peccatorum, sanctificationem, inchoationem & verum
beatitudinis illius æternæ in cælis tandem anima & cor-
pore consequendæ sensum, ad nostras vsque animas pe-
netret. Deinde, instrumentum quo hæc per Spiritum san-
ctum nobis exhibita apprehendimus, applicamus nobis
& retinemus. Hæc enim omnia quæ ex Dei gratia per
meritum Iesu Christi parata nobis bona Spiritus sanctus
nobis confert, fide tãquã manu & ore animæ percipimus
& haurimus. Testimonijs Scripturæ id probatur, videlicet
Coloss. 1. Eph. 3. Ioann. 6. 1. Cor. 10. Gal. 2. 1. Cor. 12. & alijs
vbi de Baptismo, de Cœna Domini, & de vnione nostra cū
Christo agitur, quæ facinus & horrendum flagitium iu-
bere videntur, si Transsubstantiationem pontificiam re-
cipias. De nostra autem in Christum transinuatione, &
vnione Christi cum fidelibus, apud Iesuistas altum &
perpetuum silentium.

3. *Christus non solo fauore aut sola volunta-
te nobis*

te nobis ac est, sed etiam nobis miscetur sacra Eucharistia, & sumus unum cum illo, ut pater est in filio, & filius in patre.

Resp. Christus totus nobis est præsens, sed non totum Christi, ut doctè explicatū est ab orthodoxis Theologis. vnitur seu miscetur Christus nobis, sed hæc vnio non est carnalis, nec fit carnali modo aut instrumento: alioquin infinita impiæ & blasphemia consequentur.

4. *Veram cum Christi naturali corpore agnoscunt in nobis vnionem veteres Patres.*

Resp. Et nos agnoscimus: illam autem dicimus non esse corporum nostrorum cum Christi corpore, aut eius in nostris ingressum, influxum, & simile quid, nec ipsius corporis Christi massam in animas etiam nostras penetrare: sed idem in anima nostra efficere Christi carnem viuificam, quod panis & vinum in corpore nostro. Si qui verò ex Patribus corporaliter nos iungi Christo dixerunt, id respectu signi quod nomen rei signatæ commutationis sacramentalis ratione dictum est: nec hyperbolas istas reieciimus, modò ad fidei analogiam, sacramentorum naturam, articulorum fidei corporisque Christi veritatem reducantur.

5. *Christus carnem suam nobis reliquit, & ipsam habens ascendit.*

Si de carne reali intelligas, refero ista ad communicationem idiomatum: sed interpretor de carne seu corpore sacramentali, vel de ipsa Christi carne quam nostræ fidei perpetuò præsentem in mysteriis esse velit. Chrysostomus, ex quo hunc Aphorismum colligunt Iesuuitæ, ead. homilia, paulò ante scripserat, Erat posthac duplex Helias ille: & erat sursum Helias, & deorsum Helias. non dicent Heliam sursum & deorsum fuisse, quo ad substantiam: sed corpore præsentiaque reali sursum fuit, deorsum verò spiritu atque virtute, quæ pallio seu melote ipsius, aptissimo symbolo, demonstrabuntur: vt pane ac vino carnis atque sanguinis Christi vis potestatisque ostenditur.

6. *Christus, teste Augustino & Prospero, gestavit semetipsum in manibus suis in ultima Coena. At facile est sui imaginem gestare: nec ista veteres proponerent, si de corpore figurato ageretur. Ergo reale corpus Christi est sub specie panis.*

Resp. Maiorem explicat Augustinus ipse, qui homil. 2. in Psalm. 33. dicit Christum gestasse semetipsum quodammodo in manibus suis. Modum autem istum esse sacramentalem constat ex infinitis eiusdem Augustini locis, quorum supra meminimus. Prosperum ex Augustino interpretandum esse alicuius iudicij homines, vltro fatebuntur. Si vero corpus reale à Christo gestabatur, duplex fore igitur Christi corpus, vnde inoueretur & blasphemiae necessario fluunt. Deinde institutionis verba hanc interpretationem repudiant: nec conuenit allegoricum Augustini dictum, & de cuius explanatione merito quis contendere possit, ad confirmationem articulorum fidei in medium proferre. At non tam absurdè loquutus est præstantis, ille Theologus.

7. *Ante consecrationem panis est, post consecrationem fit ore & manibus sacerdotum corpus Christi.*

Resp. Ante consecrationem panis est communis, post consecrationem, id est declarationem institutionis Christi à ministris Ecclesiae voce factam, panis ille quem manibus suis tractant & distribuunt adstantibus est sacramentale corpus Christi. Recipimus autem hinc sacramentales loquutiones veterum, qui panem Eucharisticum ac communem differre aiunt velut cælum & terra: qui fideles asserunt ipsam Christi carnem in fauces ingerere, & eius sanguinem potare, alii spiritualibus nos circumuolare & euehi vsque in cælum: mensam Domini non esse graculorum sed aquilarum, & alias huiusmodi: quoniam in Sacramentis rei signatae nomen sæpissimè signo tribuitur, vt antea dictum est. Nihil autem ista ad consecrationem aut Transubstantiationem papisticam. Aliis locis veteres dicunt, nos ipsam Christi carnem & ipsum

ipsum sanguinem accipere in Cœna Domini: quod credimus & confitemur. Nusquam autem in eorum scriptis legitur Iesuicita quantumvis oculatus, sub specie panis latere Christi corpus & sanguinem, vt ab impijs & infidelibus etiam comedatur. Quod etiam imprudens fallus est Valentinus ille, pag. 113. postquam enim in omnes partes sese conuertit, vt commentum de Transubstantiatione panis in corpus stabiliret, tandem addit, Quamquam verum est quidem, sic substantiarum hæc conuersionem, vt Cyrillus Alexandrinus loquitur, fieri, vt hoc non naturaliter, sed sacramentaliter, hoc est admirabiliter diuinè fiat. Conuersio igitur verè Sacramentalis est, & tamen admirabilis, planèque diuina. Vnde fit enim vt panis communis fiat nobis Sacramentum corporis Christi? De consecratione autem, quibus verbis, quando & quomodo fiat, tum quæ sit eius definitio prius decet Iesuicitas à scholasticis doctoribus discere, si possunt, deinde nobiscum perspicuè & placidè agant. Qui sint autem sacrificuli missatici, antea dictam est: nec de puritate oris & manuum istius colluiciei declamare apud lectores fert meus animus.

8. *Vnius vel alterius sententia qua consecrati Patrum aduersatur abijcienda est. Theodoretus negauit Transubstantiationem Papisticam, contra mentem aliorum Patrum. Ergo est eius sententia explodenda.*

Resp. ad maiorem. Primùm veteres in hoc consensisse vt pontificiam *μυστήριον* amplecterentur, per nego. Deinde, si quis iure & iuxta verbi Dei præscriptum multis alijs contradicit, eius sententiam amplectendam, aliorum repudiandam esse dico. Nec enim multitudo, aut consuetudo, aut temporis longinquitas veritati præiudicium facere potest. Ad normam verbi Dei referendæ sunt igitur Theodoreti & aliorum sententiæ. Quo ad minorem, Theodoretum negamus hæc in re contra mentem orthodoxæ antiquitatis aliquid protulisse. Idem dicimus de Gelasio. Stat igitur firmum Theodoreti axio-

ma, qui expressis verbis asserit, quæ iterum lectori suggerimus ex prioris dialogo: Qui naturale corpus suum frumentum & panem vocavit, atque se ipsum vitem nominavit. Idem ipse etiam ea quæ videntur symbola corporis & sanguinis sui appellatione honoravit, non equidem naturam ipsam transmutans, sed adiciens gratiam naturæ. Fallit deinde Iesuita, qui vnicum Theodoretum nobis reliquit: nam ex P. Martyris & aliorum Theologorum scriptis potuit discere, quæ sit veterum patrum aduersus Transubstantiationis commentum sententia.

Et de his quidem hæctenus. Alia verò capita de Eucharistie Sacramento, veluti de presentia, manducatione, communione piorum tum laicorum tum clericorum sub utraque specie, sacrificio & missa, ex Gratiano differere constitueram: quum verò id persequi temporis iniuriâ non mihi sit concessum, in alteram Gratiani Anti-Iesuitæ partem, quantum Deus dederit, reicere visum est.

F I N I S.



*Errata typographica quæ primo intuitu in lectione
responsionis Serram occurrerunt, sic corrigito.
Prior numerus paginam, posterior lineam
denotat.*


Pag. lin. 15. esse, lege esset. p. 6. l. 1. dicant, l. dicam. ibid. lin.
28. περιουσιον, l. περιουσιον. ibid. l. 20. circumspiri, l. cir-
cumscripi. pag. 8. l. 34. es, l. eas. p. 9. l. 11. exceptionem, l. excep-
tionem. ibid. l. 12. negationes, l. nugariones. ibid. l. 23. l. αυτη
φαινομενα συμπαινει. ibid. l. αυτη δει τω θεου. p. 13. l. 34. αυτην-
λογου, l. αυτην λαγου. p. 14. l. 5. pupis, l. puppis. p. 230. l. 31 Nu-
l. Num. ibid. l. 1. αυτην, l. αυτην. p. 24. l. 31. Manfolea, l. Mau-
folea. p. 35. l. 23. apprehendit, l. apprehendant. p. 43. l. 25. pro δε-
προπορει, δεπροπορει. p. 9. l. 29. fide innitit, l. innititur.
p. 84. l. 20. Sadeolis, l. ex Sadeclis. p. 39. l. 28. κατατι, l. κατα τι.
p. 99. l. 11. cacoethos l. escoethes. ibid. lin. ead. quilibet, l. quid
liber. p. 126. l. 22. peritarem, l. veritatem. p. 131. l. 16. lymphaticus.
p. 137. l. 36. tr. bui, l. tribuitur. p. 138. l. 16. Ostrepere, l. obstrepe-
re. pag. 139. l. 1. pro, l. pro. p. 152. l. 18. seruiant, l. seruiunt. p. 164.
l. 13. bellicatione, l. vellicatione. p. 165. l. 23. successioatium
ius. p. 166. l. 1. Causa, l. cause. p. 169. l. 34. Nam iusti, l. Non iusti.
p. 173. l. 18. tam, at, depone at. p. 187. l. 3. probrum quam, deest
potius. p. 190. l. 2. proteum, l. Proteum. p. 194. l. 22. Deus, deest
tuus. p. 191. l. 4. col. imat, l. collimant. p. 197. l. 20. κατατι, l. δε,
l. το κατα τι. pag. 201. lin. 9. offundis, l. effundis. p. 207. l. 35.
explicet, l. explicet. p. 208. l. 9. nobis, l. vobis. p. 237. l. 8. lapis, l.
lapis. p. 241. l. 13. Imo, l. Imo. p. 245. l. 31. Atqui, l. Atque. p. 246.
l. 9. doctrinam, l. doctrinarum. p. 249. l. 34. quid, l. qui. p. 290. l.
31. qua, l. quas. p. 295. l. 11. Scriptura, l. Scriptura. p. 297. l. 13. pta-
ra, l. scriptura. ibid. l. 14. scitum, l. explicatum. p. 314. l. 16. ean-
dem, l. eundem. p. 316. afficere, l. efficere. p. 320. l. 28. perif-
mata, l. porifmata. p. 321. l. 30. toto, l. totos. p. 324. l. 19. ante
vocem. p. 330. l. 2. à dicto simpliciter, l. ad dictum simpliciter.
p. 333. l. 19. Originem, l. Origenem. p. 336. l. 2. obsignant, l. ob-
signentur. p. 348. l. 8. leg. & ibid. l. 11. breuitate. ibid. l. 16. l. αυτη
λ. αυτη. ibid. l. 18. v. nigenito. ibid. l. 25. l. cernimus. p. 350. l. 4. leg.
medio. ibid. l. 8. innitates. l. inuitans. ibid. l. 27. exposse. l. ex-
postulet. ibid. l. 25. l. Ecclesia. & p. 355. l. 19. iudicio, l. indicio.
p. 356. l. 17. l. αυτην, l. αυτην. p. 366. l. 16. elementarijs, l. elemētarijs.
p. 367. l. 13. Esaita, l. Iesuita. p. 374. l. 11. de scripta, l. descripta.
ibid. l. 23. καταλογω, l. καταλογω. ibid. l. 28. veritati, l. verita-
tis. p. 379. l. 35. l. auspicio non. p. 390. l. 24. in margine, i. Tim.
repone, s. cap. vers. 5. p. 391. l. 33. liberaliter, l. liberaliter. p. 393.
l. 10. vlla. ue. l. vllue. p. 397. l. 1. eam, l. eum. p. 399. l. 28. damnando,
l. damnato.


*Errata in Gratiano Anti-Iesuita, sic emendabit
candidus Lector.*

Pag. 401. lin. 18. Cuius lege, quo p. 402. l. 12. perseueretiam,
l. pericuerantiam. pag. 407. l. 22. Alirer, l'alirer. pag. cad. l. 29.
Colooenses, pro Colonienses p. 415. l. 29. varantur, l. vagan-
tur pag. 416. l. 7. Canonam, l. canonem. p. 433. l. 12. cassabitur, l.
cessabitur. p. 438. l. 14. αν τει θυος, l. αν τει θυος. p. 444. l. 19.
Conscientia, l. conscientia. ibid. l. 24. preiudicium, l. praedi-
cium. p. 451. l. 16. onstituisse, l. constituisse. p. 480. l. 10. fidam, l.
fidem. p. 491. l. 18. εσσητικος, l. εσσητικος. p. 532. l. 16. latebro-
leg. blatero pag. 520. l. 13. Orduniores, l. ordinatores. p. 533. l. 23.
ατακτος, l. ατακτος. p. 541. l. 33. fragmenti, l. fragmentis. p. 542.
l. 36. primatum, l. primatus. p. 543. l. 1. instructi, l. instructi. p. 570.
l. 30. reliquis, l. reliquis. p. 564. l. 3. vaua, l. vana. p. 577. l. 5. Daco-
nus, l. Diaconus. p. 577. l. 12. Lynchai, l. Lyncei p. 583. l. 6. ga-
duum, l. graduum. p. 595. l. 33. posta, l. postea. p. 603. l. 5. rit, l. est.
p. 608. l. 28. πνευματικος, l. πνευματικος. p. 612. l. 30. Spiritus, l. Spi-
ritu. pa. 613. l. 2. institutum, l. institutum, item, l. 17. veri, dele.
p. 614. l. 9. fuir, l. fuit. p. 615. l. 36. typus, l. typus. p. 620. l. 3. fit, l. fit.
p. 621. l. 11. χριστιανικος, l. χριστιανικος. item l. 13. retum, l. rerum.
item sacramentale, l. sacramentale. item μυστηριων, l. μυστη-
ριων. pag. 624. lin. 2. definitionem, l. definitionem p. 626. l. 30.
aquile, l. aquila. p. 628. l. 10. transubstantiatio, l. transubstan-
tatio item lin. 18. ineffabilis, l. ineffabilis. item lin. 28. mutila-
tum, l. mutilatum item l. 26. suo, l. suo. p. 631. l. 14. accepit, l.
accipite. pag. 634. l. 1. auditus, l. auditus, p. 652. lin. 26. aeternam,
l. aeternam.

22. u
uat
uda
aa
10.4
oy
uar
H
H
H
ab
mu
eu
bet
mun
oub
I
ou
un
m
o ho

W





china ⁴³ ~~de~~ legatura 7 all

U
m
h
ca
re
ad
re
at
m
o
m
v
a
re
m
oo
re
a

ymmmuz. b. ha. b
nyy6 unroo yru
ly6 ambar. wvy
gaxi yud wvum
quvui y : wvya
ax. l. amv uudo
s. amvmba yu
zati duy. ynyai
mbny. amvum. w
y. h. q. l. j. d. r. v. v
nyy. v. b. n. y. v. u.
v. a. y. u. b. i. q. y. w
a. l. w. y. y. y. u. b. a
v. a. y. q. o. n. b. j. u. a
y. y. d. y. v. m. s. q. o
v. s. y. u. y. w. a. t. j. u. y
v. o. n. b. n. y. w. u. m. u.
v. o. b. m. y. y. w. o.

laxt. v. i. a. a. u. u. v. d. s. t. y. m. y. w. o. l. b.
m. i. a. y. w. v. u. u. y. m. u. v. a. d. u. a. n. v. w. i.
i. e. m. d. i. u. o. n. b. s. u. y. q. i. n. y. w. v. o. a. n.
y. p. z. m. a. v. a. t. u. u. v. a. v. i. a. a. i. o. u. o. n. s. u. a.
a. s. w. o. n. m. o. b. y. y. z. p. u. a. v. a. t. s. m. p. u.
j. u. m. n. q. o. u. i. a. w. m. y. s. u. s. i. l. l. a. z. a. u.
w. z. s. y. u. n. y. m. a. l. l. e. s. t. a. p. d. u. m. y. m.
m. a. v. a. d. s. o. y. y. o. p. s. o. p. a. c. i. o. t. e.
v. m. u. l. t. i. m. a. d. i. o. u. o. n. a. n. b. v. a. n. v.
a. m. s. n. i. o. u. y. m. i. s. s. o. n. o. v. a. v. i. o. u.
a. v. a. t. o. n. b. m. u. m. i. q. u. n. q. o. u. t. a. t.
s. u. v. i. s. o. n. o. y. u. u. v. a. d. s. y. p. u. u. m. j. u. n.
t. u. n. i. p. a. r. a. t. d. y. m. a. v. a. t. m. y. o. n. u. e.
v. y. a. t. e. j. u. m. s. i. s. m. b. u. o. t. q. u. m. y. u.
y. o. v. v. a. i. s. o. u. o. r. d. u. u. v. o. s. a. v. i. t. u. m.
o. n. b. v. u. y. y. u. i. d. l. v. m. a. s. w. v. a. v. i.
n. o. w. u. o. u. m. y. u. b. a. t. e. v. a. p. t. e. r. a.
a. y. i. n. v. o. o. t. a. t. i. q. a. z. m. y. v. j. o. u. d. i. u. r. o.

1543

u. a. t. u. u. u. m. u.

v. u. d. i. p. v. u. v. u. n. y. v. i. u. n. v. i. a. i. m. y. v.

